




C. SUETONII TRANQUILLI

VITA DIVI CLAUDII.

C. SUETONII TRANQUILLI

VITA DIVI CLAUDII.

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE

QUOD

ANNUENTE SUMMO NUMINE

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

FLORENTII DE BOER,

MATH. MAG. PHIL. NAT. DOCT. IN FAC. DISC. MATHEM. ET PHYS. PROF. ORD.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITTERARUM HUMANIORUM DECRETO

PRO GRADU DOCTORIS

SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA GRONINGANA


RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS PUBLICO AC SOLEMNI FACULTATIS EXAMINI SUBMITTET

HENRICUS SMILDA,

NATUS IN PAGO AKKRUM.

DIE VIII MENSIS JULII A. MDCCCXCVI HORA II.

GRONINGAE, APUD J. B. WOLTERS.



Stoomdrukkerij van J. B. Wolters.

PARENTIBUS CARISSIMIS.

Opusculo absoluto intimo ex corde tibi, Clarissime BOISSEVAIN, *Promotor aestimatissime, gratias quam maximas ago.*

Numquam obliviscar, qualem te in hoc libello conscribendo ergo me praebueris.

Vobis quoque Viri Clarissimi SPEIJER, VAN DER WIJCK, HECKER, *quorum lectionibus interfui, semper me devinctum sentiam.*

Utinam et vos, Clarissimi BAEHRENS *et* HALBERTSMA, *hoc loco memorare possem. Quod tamen vobis vivis iam non tribuere possum, memoriae voveo.*

Tibi denique Clarissime POLAK, *pro singulari erga me benevolentia gratias quam maximas ago.*

C. SUETONII TRANQUILLI

DE VITA CAESARUM.

LIBER V.

DIVUS CLAUDIUS.

I. Patrem Claudii Caesaris Drusum, olim Decimum mox Neronem praenomine, Livia, cum Augusto gravida nupsisset,

Dio 48, 44, 1. 4. Ἦν δὲ (ἡ Λιουία) — γυνὴ δὲ τοῦ Νέρωνος, μεθ' οὗ συνδιέφυγεν, ὥσπερ εἴρηται· καὶ ἐκύει γ' ἐξ αὐτοῦ μῆνα ἕκτον. — συνοικοῦσα δ' ἤδη ἡ γυνὴ τῷ Καίσαρι, τίκτει Κλαύδιον Δροῦσον Νέρωνα.

Velleius II, 95, 1. Druso, quem intra penates Caesaris enixa erat Livia.

Tac. Ann. V, 1. Exin Caesar cupidine formae aufert marito, incertum an invitam, adeo properus, ut ne spatio quidem ad enitendum dato penatibus suis gravidam induxerit.

Suet. Aug. 62. ac statim Liviam Drusillam matrimonio Tiberii Neronis et quidem praegnantem abduxit.

Caesaris. Hoc cognomen gentis Iuliae, quod Augustus omnesque agnati eius habuerunt, Claudius demum assumpsit, postquam princeps factus est.

Decimum mox Neronem. Ex patriciis gentibus soli Claudii praenomen Decimum gesserunt, et ex Claudiis fortasse soli Claudii Nerones (cf. Mommsen Röm. Forsch. I, 16). Plenum nomen Druso fuit Decimus Claudius Drusus Nero, duo cognomina enim Drusum Neronem eum habuisse novimus ex Dione. l. l. „*Κλαύδιον Δροῦσον Νέρωνα*" et Suet. Tib. 4: *Nec multo post diem obiit, utroque liberorum superstite, Tiberio Drusoque Neronibus.* His temporibus tamen patricii praenomina, quae plebeiis quoque gentibus in usu erant, aspernati, cognominibus suis pro praenominibus uti coeperunt. Sic primus vel certe inter primos Sullae dictatoris filius cognomen Faustum ut praenomen gessit; cf. Bullet. de Corr. Hell. 1886 p. 371: *Φαῦστο[ς Κορνή]λιος Σύλλα Ἐπαφρόδιτος*. Cic. pro Cluent. 34, 94. Caes. b. c. I, 6. Sic Drusus quoque in locum praenominis Decimi iam pervulgati, praenomen Neronem, antea cognomen suum, assumpsit; quo factum

C. 1. intra mensem tertium peperit, fuitque suspicio, ex vitrico per adulterii consuetudinem procreatum. Statim certe vulgatus est versus:

Τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία.

Suet. Tib. 4. Uxoremque Liviam Drusillam, et tunc gravidam — petenti Augusto concessit.

(Victor) Epitome I, 24. Liviam quasi marito concedente sibi coniunxit, cuius iam erant filii Tiberius et Drusus.

Dio 48, 34, 3. *ἤδη γὰρ καὶ τῆς Λιουίας ἐρᾶν ἤρχετο καὶ τὴν διὰ τοῦτο καὶ Σκριβωνίαν τεκοῦσάν οἱ θυγάτριον ἀπεπέμψατο αὐθημερόν.*

id. 48, 44, 5. *ὁ δ' οὖν ὅμιλος ἄλλα τε ἐπὶ τούτῳ πολλὰ διεθρύλει, καὶ τοῖς εὐτυχοῦσι τρίμηνα παιδία γεννᾶσθαι ἔλεγεν· ὥστε καὶ ἐς παροιμίαν τὸ ἔπος χωρῆσαι.*

---

est ut hac aetate Nero et praenomen et cognomen esset, cf. titulum Saepinatem C. I. L. IX 2443 = Dessau Inscr. Lat. Sel. n. 147: *Ti. Claudius Ti. f. Nero — Nero Claudius Ti. f. Drusus Germanicus .... murum portas turris d(e) s(ua) p(ecunia) f(acienda) c(uraverunt).* In nummis (cf. Eckhel VI p. 176) et in titulis (excepto tamen titulo Marruvii reperto C. I. L. IX 3663 = Dess. n. 149: *Antonia Claudi Neronis [Drusi Germanici fratris Ti.] C[a]esaris [Aug.]*, qui ob ipsam hanc causam offendit) Drusus semper praenomen Neronem habet.

Livia. Livia Drusilla (Suet. Aug. 62. Tib. 4. Dio 48, 15) filia M. Livii Drusi Claudiani (cf. C. I. L. IX 3660 = Dess. n. 124. C. I. L. VI 882a, V 6416, 6. IX 4514. X 799 = Dess. n. 122) et Alfidiae (cf. C. I. L. II 1667. Bull. de l'école française à Athènes I (1871) p. 231. C. I. L. IX 3661 = Dess. n. 125: *Alfidia M. f. mater Augustae*); nata a. d. III kal. Febr. (cf. Henzen Acta fratr. Arv. p. 51 sq.) a. 697/57 (cf. Dio 58, 2 = Zon. XI 2 p. 441, apud Plinium H. N. 14, 60 scribendum est LXXXVI pro codicum lectione LXXXII cf. Nipp.-Andr. ad Tac. Ann. V, 1) nupserat Ti. Claudio Neroni (cf. C. I. L IX 3662 = Dess. n. 125a: *Ti. Claudius Nero pater Ti. Caesaris Aug.:* Velleius II, 79. Dio 48, 15. 44. Suet. Aug. 62. Tib. 4.)

nupsisset. a. 716/38 cf. Dio 48, 44. Velleius II, 94, ipso despondente marito (cf. Dio l. l. Velleius II, 79. 94).

intra mensem tertium. cf. Dio l. l. *ἐκύει μῆνα ἕκτον.* Falso, et quantum scio, solus (Victor) Epit. I 24 tradidit Drusum natum esse antequam Livia Augusto nupsisset. Antea Augustus pontifices interrogaverat, an sibi gravidam Liviam ducere liceret; Tac. Ann. I 10: *Consulti per ludibrium pontifices an concepto necdum edito partu rite nuberet.* Dio 48, 44, 2: *διστάζοντος οὖν τοῦ Καίσαρος, καὶ πυθομένου τῶν ποντιφίκων, εἴ οἱ ὅσιον ἐν γαστρὶ ἔχουσαν αὐτὴν ἀγαγέσθαι εἴη, ἀπεκρίναντο ὅτι εἰ μὲν ἐν ἀμφιβόλῳ τὸ κύημα ἦν, ἀναβληθῆναι τὸν γάμον ἔχρην· ὁμολογουμένου δὲ αὐτοῦ, οὐδὲν κωλύει ἤδη αὐτὸν γενέσθαι.*

Suspicio. Cuius causam Dio 48, 34 affert. Ob hanc suspicionem sine dubio infantem statim ad patrem remisit, cf. Dio 48, 44, 4: *καὶ αὐτὸν ὁ Καῖσαρ καὶ ἀνείλετο, καὶ τῷ πατρὶ ἔπεμψεν, αὐτὸ τοῦτο ἐς τὰ ὑπομνήματα ἐγγράψας, ὅτι Καῖσαρ τὸ γεννηθὲν Λιουΐᾳ τῇ ἑαυτοῦ γυναικὶ παιδίον Νέρωνι τῷ πατρὶ ἀπέδωκε.* Favebat illi suspicioni, quod Augustus Drusum, ceteris Claudiis disparem, tantopere dilexit (cuius amoris infra Suetonius documenta affert), filiumque eius, Germanicum, aliis ita anteposuit, ut etiam de eius adoptione cogitasse cre-

Is Drusus in quaesturae praeturaeque honore dux Raetici, C. 1.

Liv. Perioch. 138. Raeti a Tiberio Nerone et Druso domiti.

Velleius II, 95, 1. Neronem Caesar haud mediocris belli mole experiri statuit, adiutore operis dato fratre ipsius Druso Claudio — quippe uterque e diversis partibus Raetos Vindelicosque aggressi — gentes — perdomuerunt.

Strabo IV, 6, 9 p. 206. Πάντας δ' ἔπαυσε τῶν ἀνέδην καταδρομῶν Τιβέριος καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Δροῦσος.

Dio 54, 22, 3. ὁ Αὔγουστος πρῶτον μὲν τὸν Δροῦσον ἐπ' αὐτοὺς (τοὺς Ῥαιτοὺς) ἔπεμψε.

Horat. Od. IV, 4, 17 sq. Videre Raetis bella sub Alpibus — Drusum gerentem Vindelici.

Horat. Od. IV, 14, 10 sqq. Drusus Genaunos, implacidum genus, Breunosque velocis — deiecit.

Consol. ad Liv. v. 15. eripuit Alpes — et titulum belli dux duce fratre tulit.

Florus IV, 12, 4. Sed omnes illius cardinis populos, Breunos, Cennos, atque Vindelicos per privignum suum Claudium Drusum perpacavit.

Orosius VI, 21, 12. Drusus Galliam Raetiamque sortitus.

---

deretur (cf. Suet. Gai. 4. Tac. Ann. IV, 57).

Nullum tamen certum documentum, (ipse enim Suetonius quoque, nihil in utramque partem addens, rem in incerto reliquit), apud scriptores exstat, quod enim vulgo pro documento tradunt (cf. Schiller Hist. Imp. Rom. I 189 A. 1) Sen. Apocoloc. 9, 5: *cum divus Claudius et divum Augustum sanguine contingat nec minus divam Augustam aviam suam*, id nihil probat; Augustus enim Claudii avunculus maior erat per sororem Octaviam, Claudii aviam.

in quaest. praetur. hon. Anno 735/19 senatus auctore Augusto concesserat Druso, ut quinquennio maturius quam per leges liceret, magistratus peteret. cf. Dio 54, 10, 4: *καὶ τῷ Δρούσῳ πέντε ἔτεσι θᾶσσον παρὰ τὰ νομιζόμενα τὰς ἀρχὰς αἰτῆσαι ἐπέτρεψεν.* Tac. Ann. III 29. Quaestor igitur esse potuit a. 737/17 (annum unum et vicesimum ingressus, ut Germanicus quoque, cui idem licuit (Suet. Gai. 1), natus a 739/15 (cf. Suet. l. l.), quaestor fuit a. 760/7 [Dio 55, 31, 1]).

Ut tamen Drusum a. 738/16 demum quaestorem fuisse ponam movet me Dio 54, 19, 6: *τὸν δὲ δὴ Τιβέριον καίτοι στρατηγοῦντα παραλαβὼν ἐξώρμησεν (ὁ Αὔγουστος) — καὶ τήν γε ἀρχὴν αὐτοῦ πᾶσαν ὁ Δροῦσος ἐκ δόγματος διήγαγεν.* Cum enim contra morem Romanum sit (neque ullum exemplum exstet), iuris dictionem privato mandari (cf. Mommsen StR. I[3] 224 sq. = I[2] 217 sq. I[3] 670 = I[2] 646), necesse est ut Drusus illo anno magistratus fuerit. Cum autem praetor demum a. 743/11 factus sit, et aedilitate vel tribunatu functus esse, ut patricius, non credendus sit (cf. Mommsen StR. I[3] 555 sq. = I[2] 537), hoc tantum restat ut statuamus a. 738/16 Drusum quaestorem fuisse (cf. tamen Mommsen l.l. I[3] 576 A. 3 = I[2] 557).

Quamquam ornamenta praetoria ob bellum Raeticum a. 739/15 acceperat (Dio 54, 22, 3), nihilominus (cf. Mommsen StR. I[3] 457 = I[2] 441) a. 743/11 praetor urbanus (*ἀστυνόμος* Dio 54, 32, 3. cf 33, 5. 34, 1) factus est.

Raetici. Raetos, anno 739/15 Drusus

C. SUETONII TRANQUILLI

VITA DIVI CLAUDII.

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE

QUOD

ANNUENTE SUMMO NUMINE

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

FLORENTII DE BOER,

MATH. MAG. PHIL. NAT. DOCT. IN FAC. DISC. MATHEM. ET PHYS. PROF. ORD.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITTERARUM HUMANIORUM DECRETO

PRO GRADU DOCTORIS

SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA GRONINGANA


RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS PUBLICO AC SOLEMNI FACULTATIS EXAMINI SUBMITTET

HENRICUS SMILDA,

NATUS IN PAGO AKKRUM.

DIE VIII MENSIS JULII A. MDCCCXCVI HORA II.

GRONINGAE, APUD J. B. WOLTERS.



Stoomdrukkerij van J. B. Wolters.

PARENTIBUS CARISSIMIS.

Opusculo absoluto intimo ex corde tibi, Clarissime BOISSEVAIN, *Promotor aestimatissime, gratias quam maximas ago.*

Numquam obliviscar, qualem te in hoc libello conscribendo ergo me praebueris.

Vobis quoque Viri Clarissimi SPEIJER, VAN DER WIJCK, HECKER, *quorum lectionibus interfui, semper me devinctum sentiam.*

Utinam et vos, Clarissimi BAEHRENS *et* HALBERTSMA, *hoc loco memorare possem. Quod tamen vobis vivis iam non tribuere possum, memoriae voveo.*

Tibi denique Clarissime POLAK, *pro singulari erga me benevolentia gratias quam maximas ago.*

C. SUETONII TRANQUILLI

DE VITA CAESARUM.

LIBER V.

DIVUS CLAUDIUS.

I. Patrem Claudii Caesaris Drusum, olim Decimum mox Neronem praenomine, Livia, cum Augusto gravida nupsisset,

Dio 48, 44, 1. 4. Ἦν δὲ (ἡ Λιουΐα) — γυνὴ δὲ τοῦ Νέρωνος, μεθ᾽ οὗ συνδιέφυγεν, ὥσπερ εἴρηται· καὶ ἐκύει γ᾽ ἐξ αὐτοῦ μῆνα ἕκτον. — συνοικοῦσα δ᾽ ἤδη ἡ γυνὴ τῷ Καίσαρι, τίκτει Κλαύδιον Δροῦσον Νέρωνα.

Velleius II, 95, 1. Druso, quem intra penates Caesaris enixa erat Livia.

Tac. Ann. V, 1. Exin Caesar cupidine formae aufert marito, incertum an invitam, adeo properus, ut ne spatio quidem ad enitendum dato penatibus suis gravidam induxerit.

Suet. Aug. 62. ac statim Liviam Drusillam matrimonio Tiberii Neronis et quidem praegnantem abduxit.

Caesaris. Hoc cognomen gentis Iuliae, quod Augustus omnesque agnati eius habuerunt, Claudius demum assumpsit, postquam princeps factus est.

Decimum mox Neronem. Ex patriciis gentibus soli Claudii praenomen Decimum gesserunt, et ex Claudiis fortasse soli Claudii Nerones (cf. Mommsen Röm. Forsch. I, 16). Plenum nomen Druso fuit Decimus Claudius Drusus Nero, duo cognomina enim Drusum Neronem eum habuisse novimus ex Dione. l. l. „*Κλαύδιον Δροῦσον Νέρωνα*" et Suet. Tib. 4: *Nec multo post diem obiit, utroque liberorum superstite, Tiberio Drusoque Neronibus.* His temporibus tamen patricii praenomina, quae plebeiis quoque gentibus in usu erant, aspernati, cognominibus suis pro praenominibus uti coeperunt. Sic primus vel certe inter primos Sullae dictatoris filius cognomen Faustum ut praenomen gessit; cf. Bullet. de Corr. Hell. 1886 p. 371: *Φαῦστο[ς Κορνή]λιος Σύλλα 'Επαφρόδιτος.* Cic. pro Cluent. 34, 94. Caes. b. c. I, 6. Sic Drusus quoque in locum praenominis Decimi iam pervulgati, praenomen Neronem, antea cognomen suum, assumpsit; quo factum

C. 1. intra mensem tertium peperit, fuitque suspicio, ex vitrico per adulterii consuetudinem procreatum. Statim certe vulgatus est versus:

Τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία.

Suet. Tib. 4. Uxoremque Liviam Drusillam, et tunc gravidam — petenti Augusto concessit.

(Victor) Epitome I, 24. Liviam quasi marito concedente sibi coniunxit, cuius iam erant filii Tiberius et Drusus.

Dio 48, 34, 3. ἤδη γὰρ καὶ τῆς Λιουίας ἐρᾶν ἤρχετο καὶ τὴν διὰ τοῦτο καὶ Σκριβωνίαν τεκοῦσάν οἱ θυγάτριον ἀπεπέμψατο αὐθημερόν.

id. 48, 44, 5. ὁ δ᾽ οὖν ὅμιλος ἄλλα τε ἐπὶ τούτῳ πολλὰ διεθρύλει, καὶ τοῖς εὐτυχοῦσι τρίμηνα παιδία γεννᾶσθαι ἔλεγεν· ὥστε καὶ ἐς παροιμίαν τὸ ἔπος χωρῆσαι.

---

est ut hac aetate Nero et praenomen et cognomen esset, cf. titulum Saepinatem C. I. L. IX 2443 = Dessau Inscr. Lat. Sel. n. 147: *Ti. Claudius Ti. f. Nero — Nero Claudius Ti. f. Drusus Germanicus .... murum portas turris d(e) s(ua) p(ecunia) f(acienda) c(uraverunt).* In nummis (cf. Eckhel VI p. 176) et in titulis (excepto tamen titulo Marruvii reperto C. I. L. IX 3663 = Dess. n. 149: *Antonia Claudi Neronis [Drusi Germanici fratris Ti.] C[a]esaris [Aug.]*, qui ob ipsam hanc causam offendit) Drusus semper praenomen Neronem habet.

Livia. Livia Drusilla (Suet. Aug. 62. Tib. 4. Dio 48, 15) filia M. Livii Drusi Claudiani (cf. C. I. L. IX 3660 = Dess. n. 124. C. I. L. VI 882a, V 6416, 6. IX 4514. X 799 = Dess. n. 122) et Alfidiae (cf. C. I. L. II 1667. Bull. de l'école française à Athènes I (1871) p. 231. C. I. L. IX 3661 = Dess. n. 125: *Alfidia M. f. mater Augustae*); nata a. d. III kal. Febr. (cf. Henzen Acta fratr. Arv. p. 51 sq.) a. 697/57 (cf. Dio 58, 2 = Zon. XI 2 p. 441, apud Plinium H. N. 14, 60 scribendum est LXXXVI pro codicum lectione LXXXII cf. Nipp.-Andr. ad Tac. Ann. V, 1) nupserat Ti. Claudio Neroni (cf. C. I. L IX 3662 = Dess. n. 125a: *Ti. Claudius Nero pater Ti. Caesaris Aug.:* Velleius II, 79. Dio 48, 15. 44. Suet. Aug. 62. Tib. 4.)

nupsisset. a. 716/38 cf. Dio 48, 44. Velleius II, 94, ipso despondente marito (cf. Dio l. l. Velleius II, 79. 94).

intra mensem tertium. cf. Dio l. l. ἐκύει μῆνα ἕκτον. Falso, et quantum scio, solus (Victor) Epit. I 24 tradidit Drusum natum esse antequam Livia Augusto nupsisset. Antea Augustus pontifices interrogaverat, an sibi gravidam Liviam ducere liceret; Tac. Ann. I 10: *Consulti per ludibrium pontifices an concepto necdum edito partu rite nuberet.* Dio 48, 44, 2: *διστάζοντος οὖν τοῦ Καίσαρος, καὶ πυθομένου τῶν ποντιφίκων, εἴ οἱ ὅσιον ἐν γαστρὶ ἔχουσαν αὐτὴν ἀγαγέσθαι εἴη, ἀπεκρίναντο ὅτι εἰ μὲν ἐν ἀμφιβόλῳ τὸ κύημα ἦν, ἀναβληθῆναι τὸν γάμον ἔχρην· ὁμολογουμένου δὲ αὐτοῦ, οὐδὲν κωλύει ἤδη αὐτὸν γενέσθαι.*

Suspicio. Cuius causam Dio 48, 34 affert. Ob hanc suspicionem sine dubio infantem statim ad patrem remisit, cf. Dio 48, 44, 4: *καὶ αὐτὸν ὁ Καῖσαρ καὶ ἀνείλετο, καὶ τῷ πατρὶ ἔπεμψεν, αὐτὸ τοῦτο ἐς τὰ ὑπομνήματα ἐγγράψας, ὅτι Καῖσαρ τὸ γεννηθὲν Λιουΐᾳ τῇ ἑαυτοῦ γυναικὶ παιδίον Νέρωνι τῷ πατρὶ ἀπέδωκε.* Favebat illi suspicioni, quod Augustus Drusum, ceteris Claudiis disparem, tantopere dilexit (cuius amoris infra Suetonius documenta affert), filiumque eius, Germanicum, aliis ita anteposuit, ut etiam de eius adoptione cogitasse cre-

Is Drusus in quaesturae praeturaeque honore dux Raetici, C. 1.

Liv. Perioch. 138. Raeti a Tiberio Nerone et Druso domiti.

Velleius II, 95, 1. Neronem Caesar haud mediocris belli mole experiri statuit, adiutore operis dato fratre ipsius Druso Claudio — quippe uterque e diversis partibus Raetos Vindelicosque aggressi — gentes — perdomuerunt.

Strabo IV, 6, 9 p. 206. Πάντας δ' ἔπαυσε τῶν ἀνέδην καταδρομῶν Τιβέριος καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Δροῦσος.

Dio 54, 22, 3. ὁ Αὔγουστος πρῶτον μὲν τὸν Δροῦσον ἐπ' αὐτοὺς (τοὺς Ῥαιτοὺς) ἔπεμψε.

Horat. Od. IV, 4, 17 sq. Videre Raetis bella sub Alpibus — Drusum gerentem Vindelici.

Horat. Od. IV, 14, 10 sqq. Drusus Genaunos, implacidum genus, Breunosque velocis — deiecit.

Consol. ad Liv. v. 15. eripuit Alpes — et titulum belli dux duce fratre tulit.

Florus IV, 12, 4. Sed omnes illius cardinis populos, Breunos, Cennos, atque Vindelicos per privignum suum Claudium Drusum perpacavit.

Orosius VI, 21, 12. Drusus Galliam Raetiamque sortitus.

---

deretur (cf. Suet. Gai. 4. Tac. Ann. IV, 57).

Nullum tamen certum documentum, (ipse enim Suetonius quoque, nihil in utramque partem addens, rem in incerto reliquit), apud scriptores exstat, quod enim vulgo pro documento tradunt (cf. Schiller Hist. Imp. Rom. I 189 A. 1) Sen. Apocoloc. 9, 5: *cum divus Claudius et divum Augustum sanguine contingat nec minus divam Augustam aviam suam*, id nihil probat; Augustus enim Claudii avunculus maior erat per sororem Octaviam, Claudii aviam.

in quaest. praetur. hon. Anno 735/19 senatus auctore Augusto concesserat Druso, ut quinquennio maturius quam per leges liceret, magistratus peteret. cf. Dio 54, 10, 4: *καὶ τῷ Δρούσῳ πέντε ἔτεσι θᾶσσον παρὰ τὰ νομιζόμενα τὰς ἀρχὰς αἰτῆσαι ἐπέτρεψεν.* Tac. Ann. III 29. Quaestor igitur esse potuit a. 737/17 (annum unum et vicesimum ingressus, ut Germanicus quoque, cui idem licuit (Suet. Gai. 1), natus a 739/15 (cf. Suet. l. l.), quaestor fuit a. 760/7 [Dio 55, 31, 1]).

Ut tamen Drusum a. 738/16 demum quaestorem fuisse ponam movet me Dio 54, 19, 6: *τὸν δὲ δὴ Τιβέριον καίτοι στρατηγοῦντα παραλαβὼν ἐξώρμησεν (ὁ Αὔγουστος) — καὶ τήν γε ἀρχὴν αὐτοῦ πᾶσαν ὁ Δροῦσος ἐκ δόγματος διήγαγεν.* Cum enim contra morem Romanum sit (neque ullum exemplum exstet), iuris dictionem privato mandari (cf. Mommsen StR. I^3 224 sq. = I^2 217 sq. I^3 670 = I^2 646), necesse est ut Drusus illo anno magistratus fuerit. Cum autem praetor demum a. 743/11 factus sit, et aedilitate vel tribunatu functus esse, ut patricius, non credendus sit (cf. Mommsen StR. I^3 555 sq. = I^2 537), hoc tantum restat ut statuamus a. 738/16 Drusum quaestorem fuisse (cf. tamen Mommsen l.l. I^3 576 A. 3 = I^2 557).

Quamquam ornamenta praetoria ob bellum Raeticum a. 739/15 acceperat (Dio 54, 22, 3), nihilominus (cf. Mommsen StR. I^3 457 = I^2 441) a. 743/11 praetor urbanus (*ἀστυνόμος* Dio 54, 32, 3. cf 33, 5. 34, 1) factus est.

Raetici. Raetos, anno 739/15 Drusus

C. 1. deinde Germanici belli Oceanum septentrionalem primus Romanorum ducum navigavit transque Rhenum fossas

Velleius II, *97*. cura Germanici belli delegata Druso Claudio.

Dio 54, *32. 33. 36; 55*, *1 = Zon. X*, *35 p. 418 sq.*

Liv. Perioch. 139—142.

Eutropius VII, *9.* hoc tamen bellum (Germanicum) per Drusum privignum suum administravit.

Florus IV, *12*, *22.*

Orosius VI, *21*, *12.* Drusus maximas fortissimasque gentes armis subegit, 15—17 Drusus in Germania.

Claudii Oratio de iure honorum Gallis dando = Dess. n. 212. Col. II lin. 36. patri meo Druso Germaniam subigenti.

Dio 54, *32*, *2.* ἔς τε τὸν ὠκεανὸν διὰ τοῦ Ῥήνου καταπλεύσας τούς τε Φρισίους ᾠκειώσατο, καὶ ἐς τὴν Χαυκίδα διὰ τῆς λίμνης ἐμβαλὼν ἐκινδύνευσε, τῶν πλοίων ὑπὸ τῆς τοῦ ὠκεανοῦ παλιρροίας ἐπὶ τοῦ ξηροῦ γενομένων.

Tac. Ann. II, *8.* precatusque Drusum patrem, ut se eadem ausum iuvaret, lacus inde et Oceanum — pervehitur (Germanicus).

Tac. Germ. 34. ipsum — Oceanum — temptavimus — Nec defuit audentia Druso Germanico, sed obstitit Oceanus in se simul atque in Herculem inquiri.

---

profligavit apud Alpes Tridentinas, missus in eos ob incursiones, quas semper in Italiam et Galliam faciebant. (Strabo IV, 6, 9 p. 206 κατέτρεχον ἀεί, Dio 54, 22). Hanc victoriam tituli testantur. C. I. L. V 4310: *[Nero]ni Claudio. [T]i [f.] Druso ... ni et Trumplini.* C. I. L. V 8003. 8002 = Dess. n. 208: *Viam Claudiam Augustam, quam Drusus pater Alpibus bello patefactis derex[e]rat.*

Germanici belli. Sugambri a 742/12, incursionem in Galliam fecerant (cf. Strabo VII, 1, 3 p. 291: ἦρξαν δὲ τοῦ πολέμου Σούγαμβροι πλήσιον οἰκοῦντες τοῦ Ῥήνου, Μέλωνα ἔχοντες ἡγέμονα, Dio 54, 32, 1), quibus profligatis, ipse Drusus bellum Germaniae intulit. Legatus enim a. 741/13 in Gallia ab Augusto relictus erat. (cf. Dio 54, 25, 1).

Oceanum septentrionalem mare quod hodie *Noordzee* appellatur.

navigavit. anno 742/12 ut Dio tradit Rheno devectus per fossam Drusianam et lacum Flevum in fines Frisiorum pervenit. Quibus in amicitiam pop. Rom. receptis oceanum intravit, insulasque, inter quas Strabo l.l. et Plinius l.l. Burcanam (hodie Borkum) nominant, cepit. Deinde Bructerorum classem in ostio Amisiae profligavit, pervenitque usque ad flumen Visurgim in fines Chaucorum. (cf. Dio l.l. Mommsen Hist. Rom. V, 25). Rediens magnum periculum perpessus, cum naves propter recessum maris in sicco destituerentur, a Frisiis novis amicis, servatus est.

Vulgo cum Suetonio et Tacito (Germ. 34) pugnare creditur Velleius II, 106, dicens de expeditione Tiberii Caesaris anno 758/5 facta: *classis — ab incognito ante mari flumine Albi subvecta — exercitui Caesarique se iunxit.* Quamquam Velleius multa adulatorie exaggeravit, nescio annon hac in re idem fecerit. Drusus enim, usque ad Visurgim pervenit. mansit igitur classis eius in spatio intra terram et

novi et immensi operis effecit, quae nunc adhuc Drusinae vocantur. Hostem etiam frequenter caesum ac penitus in intimas solitudines actum non prius destitit insequi, quam species C. 1.

Strabo VII, 1, 3, p. 291. ἐχειρώσατο (ὁ Δροῦσος) — καὶ τὰς ἐν τῷ παράπλῳ νήσους, ὧν ἐστὶ καὶ ἡ Βυρχανὶς, ἣν ἐκ πολιορκίας εἷλεν.

Plinius H. N. IV, 97. inde insulae Romanis armis cognitae, earum nobilissima Burcana.

Tac. Ann. II, 8. Fossam, cui Drusianae nomen.

Velleius II, 97. magna ex parte domitorem Germaniae, plurimo eius gentis variis in locis profuso sanguine.

Seneca cons. ad Marciam 3, 1. intraverat (Drusus) penitus Germaniam et ibi signum Romani fixerunt, ubi vix ullos esse Romanos notum erat.

Plin. Epist. 3, 5, 4. Germaniae latissime victor.

---

insulas, at Tiberii classis teste ipso Augusto (Res. gest. divi Aug.[2] c. 26.) navigavit ad fines Cimbrorum, plenum et apertum mare perpessa, cf. ann. Rhen. 1894, p. 30, ita ut, meo quidem iudicio, recta Velleius loqui potuerit de mari antea incognito.

Non recte ad expeditionem Drusi spectare putat Schiller (Hist. I. R. p. 218 A. 2) Plin. H. N. II, 167, ubi de expeditione Tiberii sermo est, ut monumenti Ancyrani c. 26 (quod tamen U. Zernial in editione Germaniae Taciti ad Germ. c. 34 contulit), neque Bergkio (Mon. Anc. p. 97) assentiri possum ad testes de Drusi navigatione addenti Pedonem Albinovanum (Sen. Suas. 1, 15), et Crinagoram (A. P. IX 283); hi enim non Drusum, sed Germanicum carmine celebrarunt, cf. Teuffel, H. L. R.[4] p. 536. Schanz, H. L. R. II p. 169. Rubensohn Crinag. epigr. (Berol. 1888), p. 18.

fossas. Tacitus l.l. tantum de una fossa loquitur, quae Rhenum et lacus, (hodie Zuiderzee) coniunxit.

Ubi fossae (vel fossa) fuerint incertum (cf. v. cl. Blok Hist. pop. Belg. I, p. 30), verisimile tamen puto fossam, de qua Suet. et Tac. loquuntur, eandem esse ac flumen, cui hodie nomen *Drususgracht*, quod coniungit Rhenum inde a pago *Westervoort*, cum vetere Isala apud urbem *Doesburg*. Sed hoc flumen non effossum, sed tantum dilatatum esse credo, cum in tot sinus se flectat, neque Asbachio (Ann. Rhenan. 85 (1888) pg. 16) assentior putanti totam Isalam a Romanis effossam esse.

Hostem-caesum. De magno proelio audimus a. 743/11 apud Arbalonem (Plin. H. N. 11, 55, Obsequens 72.) commisso, cum hostes Drusum a Visurgi flumine redeuntem in angusto loco inopinantem aggressi inclusissent; in quo sine dubio victoria a parte Germanorum stetisset, nisi illi loco freti et contemptu hostium incompositi manus cum Romanis contulissent, (Dio 54, 33, 3). cf. quoque Dio 55, 1, 2, (a. 745/9). *καὶ τοὺς προσμιγνύντας οἱ οὐκ ἀναιμωτὶ κρατῶν.*

in solitudines actum. a. 743/11 usque ad Visurgim (Dio 54, 32, 2); a. 745/9 usque ad Albim (Dio 55, 1, 2) et Salam (hodie Saale?) cf. Strabo VII p. 292) pervenit, cf. Seneca ad Polyb. (34) 5.

species barb. mul. Suetonius (quem secutus est Abraham, Zur Gesch. der Germ. Kriege unter August, p. 5 sq.) haec facta esse ponit a. 743/11, cum postea ovationem Druso concessam esse (a. 743/11 cf. Dio 54, 33, 5) tradat. Dio l.l. contra, haec paulo ante exitum Drusi narrat, cui potius credendum, quia speciem

C. 1. barbarae mulieris, humana amplior, victorem tendere ultra sermone Latino prohibuisset. Quas ob res ovandi ius et triumphalia ornamenta percepit; ac post praeturam confestim inito consulatu atque expeditione repetita, supremum diem morbo

Strabo VII, 1, 3, p. 291. ἐχειρώσατο δ' οὐ μόνον (ὁ Δροῦσος) τῶν ἐθνῶν τὰ πλεῖστα.

Dio 55, 1, 3. γυνὴ γάρ τις μείζων ἢ κατὰ ἀνθρώπου φύσιν ἀπαντήσασα αὐτῷ ἔφη. ποῖ δῆτα ἐπείγῃ Δροῦσε ἀκόρεστε; οὐ πάντα σοι ταῦτα ἰδεῖν πέπρωται. ἀλλ' ἄπιθι· καὶ γάρ σοι καὶ τῶν ἔργων καὶ τοῦ βίου τελευτὴ ἤδη πάρεστι = Zon. X, 35 p. 419.

Dio 54, 33, 5. διὰ μὲν οὖν ταῦτα τάς τε ἐπινικίους τιμὰς καὶ τὸ ἐπὶ κέλητος ἐς τὸ ἄστυ ἐσελάσαι, τῇ τε τοῦ ἀνθυπάτου ἐξουσίᾳ ἐπειδὰν διαστρατηγήσῃ χρήσασθαι ἔλαβε.

Dio 55, 1, 1. ὁ Δροῦσος μετὰ Τίτου Κρισπίνου ὑπάτευσε καὶ αὐτῷ σημεῖα οὐκ ἀγαθὰ συνηνέχθη. — οὐ μέντοι καὶ ἐφρόντισέ τι αὐτῶν, ἀλλ' ἔς τε τὴν τῶν Χάττων ἐσέβαλε.

Cons. ad Liv. v. 139. Nunc primum aspiceris consul victorque parenti.

Dio 55, 1, 4. καὶ ἐν τῇ ὁδῷ νόσῳ τινὶ πρὶν ἐπὶ τὸν Ῥῆνον ἐλθεῖν τελευτήσαντος.

---

mulieris Druso etiam causam mortis fuisse tradit, cf. Seyffert Quaest. ad Aug. bella Germ. (1887), p. 23 sqq.

ovandi ius. Ita recte Suetonius; decreta enim ovatio est a. 743/11, ovans demum urbem introiit a. 744/10, ut patet ex Dione 54, 36, 4: *καὶ μετὰ τοῦτο ἔς τε τὴν Ῥώμην σὺν τῷ Αὐγούστῳ ἀνεκομίσθησαν (ὁ Δροῦσος καὶ ὁ Τιβέριος) — καὶ ὅσα ἐπὶ ταῖς νίκαις ἐψήφιστο — ἐπετέλεσαν.* Triumphus etiam anno 745/9 decretus erat Druso, cf. Dio 55, 2, 5: *καί γε αἱ ἀνοχαὶ δεύτερον τὴν χάριν αὐτοῦ (Δρούσου), πρὸς τὸ τὰ νικητήρια ἐν ἐκείναις αὐτὸν ἑορτάσαι, γενήσεσθαι ἔμελλον. ἀλλ' ὁ μὲν προαπώλετο.*

triumphalia ornamenta i. e. ius ludis publicis gerendi coronam lauream, et vestem triumphalem, ponendique statuam triumphalem.

Primum haec ornamenta Augustus Tiberio dederat a. 742/12, cf. Dio 54, 31, 4: *ὁ δ' Αὔγουστος οὐκ ἐπέτρεψεν ἑορτάσαι, τὰς δὲ τιμὰς τὰς ἐπινικίους ἀντέδωκε,* cf. Suet. Tib. 9. Drusus ea accepit, ut Dio docet a. 743/11, sed simul cum ovatione, quamquam ornamenta triumphalia triumphi loco dabantur.

Idem Dio addit Druso post praeturam imperium proconsulare secundarium datum esse, qua de re tacet Suet.

percepit. sc. a senatu, auctore Augusto, cf. C. I. L. XIV 3608 = Dess. n. 986: *hunc .... senatus .... triumphalibus ornamentis honoravit auctore imp. Caesare Augusto.*

confestim inito consulatu. Drusus consul fuit a. 745/9 cum T. Quinctio Crispino, (cf. C. I. L. VI 457 = Dess. n. 93. Bullet. Comm. 1888 p. 232. Notizie degli Scavi 1892 p. 266. C. I. L. V 3109. fasti Praenestini ad a. d. III Kal. Febr.), praetor biennio ante ut vidimus. Nonnulli tamen, ut Oudendorpius, ob vocabulum *confestim* putaverunt, Drusum secundum Suet. a. 744/10 praetorem fuisse. Non recte, nam ut Gai. 1: *quaesturam quinquennio ante quam per leges liceret* (a. 750/7) *et post eam consulatum* (755/12) *statim gessit*, *statim* significat: praetura non functus; sic *confestim* hoc loco significationen habet: biennio non inter

obiit in aestivis castris, quae ex eo scelerata sunt appellata. Corpus C. 1.

Seneca Cons. ad Marc. III, 1. In expeditione decesserat ipsis illum hostibus aegrum cum veneratione et pace mutua prosequentibus nec optare quod expediebat audentibus.

Liv. Perioch. 142. Ipse (Drusus) ex fractura, equo super crus eius collapso, tricesimo die quam id acciderat, mortuus.

Strabo VII, 3, p. 292. ἔστι δὲ καὶ Σάλας ποταμός, οὗ μεταξὺ καὶ τοῦ Ῥήνου πολεμῶν καὶ κατορθῶν Δροῦσος ἐτελεύτησεν ὁ Γερμανικός.

Florus IV, 12, 28. defuncto ibi fortissimo iuvene.

Suet. Tib. 7. Drusum fratrem in Germania amisit, cuius corpus pedibus toto itinere praegrediens, Romam usque pervenit.

Liv. Perioch. 142. Corpus a Nerone fratre, qui nuntio valetudinis evocatus raptim accucurrerat, Romam pervectum.

Dio 55, 2, 1. (Αὔγουστος) τὸν Τιβέριον κατὰ τάχος ἔπεμψε· καὶ ὃς ἔμπνουν τε αὐτὸν κατέλαβε καὶ ἀποθανόντα ἐς τὴν Ῥώμην ἐκόμισε, τὰ μὲν πρῶτα μέχρι τοῦ χειμαδίου τοῦ στρατοῦ διά τε τῶν ἑκατοντάρχων καὶ διὰ τῶν χιλιάρχων, ἐκεῖθεν δὲ διὰ τῶν καθ' ἑκάστην πόλιν πρώτων βαστάσας.

Tac. Ann. III, 5. Fuere, qui compararent, quae in Drusum-Augustus fecisset. Ipsum quippe asperrimo hiemis Ticinum—progressum neque abscedentem a corpore simul urbem intravisse.

---

iecto, quod leges inter praeturam et consulatum esse volebant (cf. Mommsen StR. I³ 528, A. 1 = I² 509).

morbo obiit. die XIV mens Sept. cf. Kal. Antiatinum a. d. XIIX Kal. Oct: *infer(iae) Dr[usi]*.

Secundum Livii epitomatorem Drusus ex fractura cruris mortuus est, Dio contra, de morbo a diis immisso videtur cogitavisse. Suetonius mihi cum neutro facere videtur. Credendum enim, si Livio fidem habuisset, causam morbi accuratius eum traditurum fuisse, neque tamen Dionis fontem secutus est, cf. ann. ad *speciem mulieris barb.* p. 5. Cum Suet. faciunt Val. Max. V, 5, 3. Plin. H. N. 7, 84. Velleius II, 97.

Aestivis castris. Haec castra ibi fuisse verisimile est, ubi ara Drusi, de qua loquitur Tacitus Ann. II 7: *et veterem aram Druso sitam disiecerant*, quae ut ex eodem Tacito l. l. patet, fuit prope castra Variana. Quibuscum bene facit, quod Tiberio, ut ad fratrem suum perveniret ducenta milia passuum per modo devictam barbariem conficienda erant. (Val. Max. V, 5, 3). cf. Zangemeister West-Deutsche Zeitschr. 1887 p. 238.

Castra scelerata i. e. calamitosa ut explicat Servius ad Verg. Georg. II 256. Sic *porta scelerata* (Florus I 12) nominatur, per quam Fabii, qui postea apud Cremeram profligati sunt, egressi erant; *vicus sceleratus*, ubi rex Servius Tullius interfectus erat; *campus sceleratus*, ubi incestae virgines Vestales vivae sepeliebantur; cf. Dess. n. 2646: [..*inter*] *fecto a latro[ni]bus in Alpes Iul[ias] loco quod appellatur Scelerata.*

Corpus. Nuntio valetudinis allato, Augustus ad Drusum misit Tiberium, qui longum iter uno cum comite emensus (Plin. H. N. VII, 82. Val. Max. V, 5, 3) fratrem vivum vidit (Val. Max. l.l. Seneca ad Polyb. (34) 5. cons. ad Liv. v. 89). Corpus defuncti, quod milites sibi vindicare voluerant, ad hiberna allatum est a centurionibus tribunisque (Dio l.l.), inde Romam per primores singularum urbium.

C. 1. eius per municipiorum coloniarumque primores, suscipientibus obviis scribarum decuriis, ad urbem devectum sepultumque est in campo Martio. Ceterum exercitus honorarium ei tumulum excita-

Seneca Cons. ad Marc. 3, 1. Accedebat ingens civium provinciarumque et totius Italiae desiderium, per quam effusis in officium lugubre municipiis coloniisque usque in urbem ductum erat funus triumpho simillimum. — 2. (Livia) longo itinere reliquias Drusi sui prosecuta tot per omnem Italiam ardentibus rogis.

Consol. ad Liv. v. 173. Funera ducuntur Romana per oppida Drusi.

Dio 55, 2, 3. *καὶ ὁ μὲν ἔς τε τὸ Ἄρειον πεδίον ὑπὸ τῶν ἱππέων, τῶν τε ἐς τὴν ἱππάδα ἀκριβῶς τελούντων καὶ τῶν ἐκ τοῦ βουλευτικοῦ γένους ὄντων, ἠνέχθη, κἀνταῦθα πυρὶ δοθεὶς ἐς τὸ τοῦ Αὐγούστου μνημεῖον κατετέθη.*

Consol. ad Liv. v. 68. et cepit generos iam locus ille duos — v. 71. iactura novissima Drusi. v. 74: plus iusto iam domus illa patet.

Liv. Perioch. 142. Corpus—Romam pervectum, et in tumulo C. Iulii reconditum.

Dio 55, 2, 3. *καὶ τιμὰς καὶ εἰκόνων καὶ ἀψῖδος κενοταφίου τε πρὸς αὐτῷ τῷ Ῥήνῳ λαβών.*

Invidiose Tac. l.l. narrat Augustum, ut corpus Drusi prosequeretur, asperrimo hiemis Ticinum usque progressum esse; scimus enim Augustum cum Livia (cf. Val. Max. l.l.: *parentes*, Dio l.l. Sen. ad Marc. 3,2, cons. ad Liv. v. 131) ante mortem Drusi Ticini degisse.

municipiorum coloniarumque. quas urbes Dio l.l. omnes „*πόλεις*" nominat. Distinguit tamen Suet. (ut Aug. 100). Municipii hac aetate nomen honorificentius est quam coloniae, indicat enim illas urbes antea civitates liberas fuisse; coloniae contra ea appellantur oppida, quae a Romanis conditae numquam antea civitates liberae fuerant. (cf. Mommsen StR. III 795 sq.)

primores. decuriones intelleguntur ut eos appellat Suet. Aug. 100.

obviis scrib. decuriis. Imprimis cogitandum est de una decuria scribarum aediliciorum et de tribus decuriis scribarum quaestoriorum, qui se cum equitibus Rom. aequabant, (multi revera eq. R. fuerunt, cf. C. I. L. VI 1843 = Dess. n. 1883. VI 1850 = Dess. n. 1885. 1886. 1893) et nunc in honorem Drusi idem fecerunt, quod ordo equester in morte Augusti. (cf. Suet. Aug. 100: *usque ad Bovillas praegressus.*

Sepultumque. corpus a toto equestri ordine (cf. Dio l. l.) a foro in campum Martium transportatum, ibi crematum est, cineresque in Mausoleo conditi sunt. cf. Cons. ad Liv. 202.

in campo Martio. ubi inter viam Flaminiam et ripam Tiberis Augustus Mausoleum exstruxerat (cf. Suet. Aug. 100); cuius reliquiae hodie inveniuntur prope viam, cui *via de Pontifici* nomen est.

Secundum epitomae auctorem (Liv. Per. 142) Drusus sepultus est in tumulo C. Iulii i. e. Caesaris dictatoris. Cum tamen Dio l. l. et auctor Consol. ad Liv. l. l. diserte dicant corpus Mausoleo illatum esse et ipse Suetonius quoque in campo Martio eum sepultum esse tradat, certumque etiam sit, (ut docuit O. Hirschfeld Sitzungsber. d. Berl. Acad. 1886 p. 1150) tumulum C. Caesaris dictatoris in campo Martio non fuisse, excerptorem epitomae vel ipsius epitomae auctorem erravisse pro certo habeo.

honorarium—tumulum. De tumuli

vit, circa quem deinceps stato die quotannis miles decurreret Galliarumque civitates publice supplicarent. Praeterea senatus inter alia complura marmoreum arcum cum tropaeis via Appia decrevit C. 1.

Eutropius VII, 13, 1. Claudius—Drusi, qui apud Moguntiacum monumentum habet, filius.

Liv. Perioch. 142. et supremis eius plures honores dati.

Tac. Ann. III, 5. Cuncta a maioribus reperta, aut quae posteri invenerint, cumulata.

---

loco variae suspiciones prolatae sunt. Falso suspicatus est Abraham l. l. p. 7. tumulum esse aram Drusi, ex Dione (*πρὸς τῷ Ῥήνῳ*) enim patet tumulum in ripa Rheni fuisse; nec recta est opinio Mommseni (Hist. R. V p. 27 A): corpus Drusi in castris hibernis (veteribus) combustum, ibique cenotaphium exstructum esse, quam redarguit Hirschfeld (l. l. p. 1152) docens corpus Romae crematum esse (cf. Dio l. l. *ἐνταῦθα πυρὶ δοθείς*). Tertia suspicio ab Hirschfeld (l. l.) prolata, quam amplexus est Asbach Ann. Rhen. 85, p. 29 A 2, 86 p. 125, hoc saltem se commendat, quod probabile est aram, apud quam Galliae civitates supplicarent, Augusto dedicatam fuisse, araque Ubiorum sola est, quam in illis regionibus Augusti fuisse novimus. Nititur tamen tam incerta coniectura, monumentum, quod secundum Eutropium l. l. Moguntiaci fuerit, idem esse ac tropaeon, de quo tradit Florus II 30: *nam Marcomannorum spoliis et insignibus quendam editum tumulum in tropaei modum excoluit*, ut contra testimonium Eutropii, cui accedit vetus traditio (cf. Hübner Röm. Herrschaft in West-Europa p. 136) non ausim dicere monumentum Drusi non fuisse illud, cui hodie „*Eigelstein*" nomen.

decurreret. Qualis decursio descripta est a Vergilio Aen. XI, 188 sq.: *Ter circum accensos cuncti fulgentibus armis decurrere rogos* cf. Tac. Ann. II 27. Stat. Theb. VI, 213 sqq.

Galliarumque civitates. Gallia comata, i. e. Gallia praeter Galliam Narbonensem inter annos 738—741 divisa erat in tres partes, Aquitaniam, Lugdunensem, Belgicam, quae tres Galliae eodem tempore divisae erant in LX civitates (cf. Strabo IV 3, 2 p. 192.) Tacitus qui Ann. III, 64 civitates LXIV fuisse tradit, de suo tempore cogitavit cf. Mommsen H. R. V p. 86, 2.

publice supplicarent. sc. legatis a civitatibus missis. Ara igitur apud tumulum fuit, et communis cultus Galliis datus est.

inter alia. statuas quoque decretas esse tradit Dio l. l.

arcum cum tropaeis via Appia. Effigiem huius arcus praebent nummi, cf. Eckhel VI 176 = Cohen I p. 134 1—6, in quibus verba *de Germanis* inscripta sunt arcui triumphali, super quo Drusi statua equestris inter duo tropaea stat. (cf. Baumeister Denkmäler I p. 187) Prope portam Appiam (hodie S. Sebastiano) adhuc superest arcus, quem ob similitudinem arcus Drusi, qualem in nummis videmus, ipsas reliquias huius arcus esse putaverunt viri huius rei periti, cf. Reber, Ruinen Roms² p. 461 sq. Verba Dionis l. l. in hunc modum quoque accipi possunt, ut in honorem Drusi arcus in ripa Rheni exstructus sit. Cum tamen Dio et Suetonius per totum hoc caput fere consentiant, verisimilius est Dionem hoc quoque loco cum Suetonio facere.

decrevit. auctore Augusto, quod idem de cognomine Germanici valet, cf. Mommsen StR. III 1185 sqq.

C. 1. et Germanici cognomen ipsi posterisque eius. Fuisse autem creditur non minus gloriosi quam civilis animi; nam ex hoste super victorias opima quoque spolia captasse summoque saepius discrimine duces Germanorum tota acie insectatus; nec dissimulasse umquam pristinum se rei publicae statum,

Dio 55, 2, 3. Γερμανικός τε μετὰ τῶν παίδων ἐπονομασθείς.

Cons. ad Liv. v. 337. gaudebuntque suae merito cognomine gentis.

Ovid. Fast. I, 597. Et mortem et nomen Druso Germania fecit.

Florus IV, 12, 28. Denique non per adulationem sed ex meritis, defuncto ibi fortissimo iuvene, ipsi quod numquam alias, senatus cognomen ex provincia dedit.

Velleius II, 97. Cuius (Drusi) ingenium utrum bellicis magis operibus an civilibus suffecerit artibus, in incerto est: morum certe dulcedo ac suavitas et adversus amicos aequa ac par sui aestimatio inimitabilis fuisse dicitur.

Tac. Ann. II, 82. Vera de Druso maiores locutos, displicere regnantibus civilia filiorum ingenia.

Tac. Ann. I, 33. Quippe Drusi magna memoria, credebaturque si rerum potitus esset libertatem redditurus.

Tac. Ann. II, 82: quia populum Rom. aequo iure complecti reddita libertate agitaverint (Drusus et Germanicus).

Suet. Tib. 50. Odium adversus necessitudines in Druso primum fratre detexit, prodita eius epistula, qua secum de cogendo ad restituendam libertatem Augusto agebat.

Germanici cogn. Post vocabula nomen, cognomen, praenomen apud Suetonium fere Genitivus invenitur, ubi bonae Latinitatis scriptores Nom. Acc. vel Dativum habent. Dativus invenitur hisce locis: Caes. 59: *cui-Salvitoni cognomen;* Aug. 7: *infanti cognomen Thurino inditum;* Vit. 18: *cui cognomen Becco;* Claud. 26: *cui cognomen Camillae* (ubi tamen de Gen. cogitari potest). Accusativus: Galb. 4: *Lucium (nomen) usurpavit.* De rara constructione Cl. 24: *cognomen Chaucius usurpare*, vide ad illum locum.

Tituli quoque illud cognomen testantur (cf. C. I. L. IX 2443 = Dess. n. 147. Eph. Epigr. IV 775 = Dess. n. 148; C. I. L. V 6416, 10 = Dess. n. 107; C. I. L. V 24 = Dess. n. 198; Orelli 613) et nummi, cf. Eckhel VI 176 sq.

posterisque eius. accuratius Suetonius quam Dio l. l. *(μετὰ τῶν παίδων)* cf. ad c. 2: *Germanici cognomen assumpsit.*

spolia opima. Spolia opima *secunda* cf. Marq. St. V. II² p. 580 sq.), si legatus Augusti ea cepisset; spolia opima *prima*, postquam imperium proconsulare habuit (a. 744/10, 745/9).

summoque. que delere voluit v. cl. Polak (Program. Gymn. Roterodam. 1882 pg. 36), quam copulam tamen retinui, cum sensu explicativo (de quo cf. Kühner Gr. L. II p. 641) interpretari possis.

dissimulasse. Loci Tacitei allati docent multos hoc credidisse. Suetonius tamen hoc loco paulo prudentior fuit quam Tib. 50; nullo dubitationis signo addito

quandoque posset, restituturum. Unde existimo nonnullos tradere ausos, suspectum eum Augusto revocatumque ex provincia et quia cunctaretur, interceptum veneno. Quod equidem magis ne praetermitterem rettuli, quam quia verum aut verisimile putem, cum Augustus tantopere et vivum dilexerit, et coheredem semper filiis instituerit, sicut quondam in senatu professus est, et defunctum ita pro contione laudaverit, ut deos precatus sit, similes ei Caesares suos facerent, sibique tam honestum quandoque exitum darent quam illi dedissent. C. 1.

Tac. Ann. II, 82. neque ob aliud (Drusum et Germanicum) interceptos.

Seneca Cons. ad Marc. 2, 3. Octavia et Livia amiserunt filios iuvenes, utraque spe futuri principis certa.

Dio 55, 2, 2. *διπλοῦς ὁ ἐπιτάφιος ἐλέχθη· ὅ τε γὰρ Τιβέριος ἐνταῦθα (ἐν τῇ ἀγορᾷ) αὐτὸν ἐπήνεσε καὶ ὁ Αὔγουστος ἐν τῷ Φλαμινίῳ ἱπποδρόμῳ.*

Liv. Perioch. 142. laudatus est a Caesare Augusto vitrico.

Cons. ad Liv. v. 209: Et voce et lacrimis laudasti Caesar alumnum.

„ „ „ „ *465.* Denique laudari sacrato Caesaris ore Emerui.

---

narravit, Drusum cum Tiberio de libera re publica restituenda egisse.

quandoque posset. Maiorem gloriam, ideoque maiorem potentiam adeptus.

quandoque i. e. *si umquam*, non enim necessarium esse puto ut statuamus hoc loco *quandoque* valere *quandocunque*, nec magis Caes. 26. 81, ubi vulgo ita explicatur.

nonnullos. inter quos Tacitus eiusque fons fuerunt.

ne praetermitterem. Assentiri non possum viro cl. Polak l. l. *quid* inserendum esse putanti. Suetonius enim, opinor, ipse bene novit, multa a se omissa esse.

coheredem filiis. Filii sunt C. et L. Caesares a. 737/17 ab Augusto adoptati (Dio 54, 18, 1), horumque mater Iulia Augusti filia; (non enim cogitandum de Marcello, sororis Augusti filio, quem contra Plutarchum Ant. 87: *ἅμα παῖδα καὶ γαμβρὸν ἐποιήσατο* et Servium ad Aen. VI, 861 non credo ab Augusto adoptatum esse, ob silentium ceterorum omnium scriptorum).

semper. i. e. quotiens testamentum feci.

pro contione. Hoc loco sermo non est de contione militum, ut Bremi voluit, sed civium. Omnis laudatio pro contione habebatur, aut a magistratu, aut ab eo, cui magistratus contionem dederat cf. Momms. StR. I[3] 201 A 6. 442 A 2. Augustus nimirum id ius ipse habebat.

laudaverit. Ut ex Dione l. l. cognoscimus, duobus locis Drusus laudatus est, a Tiberio in foro, ab Augusto in circo Flaminio. Hic enim, cum propter domum suam morte Drusi funestam Iovi Capitolino sacrificari non posset, quod facere debebat imperator post victoriam urbem intrans, extra pomerium mansit.

Caesares suos. C. et L. Caesares filii M. Agrippae et Iuliae Augusti filiae ab Augusto anno 737/17 adoptati erant (Dio 54, 18), cf. Monum. Ancyr. II, 46: *Filios meos, quos iuv[enes mi]hi eripuit for[tuna] Gaium et Lucium Caesares.* Nummi inscripti: *C. L. Caesares Augusti f. cos. desig. princ. iuv.* apud Eckhel d. n. VI 171 = Cohen I, p. 115 cf. Mommsen Res g. d. Aug.[2] p. 51—58.

C. 1. Nec contentus elogium tumulo eius versibus a se compositum insculpsisse, etiam vitae memoriam prosa oratione composuit. Ex Antonia minore complures quidem liberos tulit, verum tres omnino reliquit: Germanicum, Livillam, Claudium.

II. Claudius natus est Iullo Antonio, Fabio Africano

Tac. Ann. III, 5. defletum in foro, laudatum pro rostris.

Tac. Ann. IV, 44. Ipse (Domitius) delectus cui minor Antonia daretur.

„ „ *XII, 64.* (Domitia) Lepida, minore Antonia genita.

Suet. Gai 1. Germanicus, C. Caesaris pater, Drusi et minoris Antoniae filius.

„ *Nero 5.* (Domitius) Antonia maiore patrem Neronis procreavit.

Dio 48, 54, 4. *καὶ ἐκεῖνος* (*Ἀντώνιος*) *τῷ Δομιτίῳ-τὴν αὐτοῦ τὴν ἐκ τῆς Ὀκταουΐας οἱ γεννηθεῖσαν* (*θυγατέρα*) *ἠγγύησε,*

Dio 60, 2, 1. Κλαύδιος *τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔλαβε. — ἦγε δὲ πεντηκοστὸν ἔτος τῆς ἡλικίας.*

---

elogium versibus—compositum. Augustus qui modicus poëta erat (cf. Suet. Aug. 85) Attici exemplum secutus esse videtur, cf. Nepos Att 18, 5: *namque versibus de viris qui honore rerumque gestarum amplitudine ceteros — praestiterunt, exposuit ita ut sub singulorum imaginibus facta magistratusque eorum — quaternis quinisve versibus descripserit.*

Vitae memoriam. de hoc opusculo nostro loco excepto nulla mentio exstat apud scriptores, qui quidem supersunt.

Antonia minore. Recte Suetonius uxorem Drusi Antoniam minorem, Neronis aviam paternam Antoniam maiorem nominavit; contra Tacitum, qui Neronis aviam Antoniam minorem fuisse duobus locis (l. l.) tradidit. Cum enim Antonius filiam suam anno 717/37 Domitio desponderét, unam tantum filiam ex Octavia procreaverat (cf. Dio l. l. *τὴν-γεννηθεῖσαν*, App. b. civ. V 95, Plut. Ant. 33, 35). Nata erat pr. kal. Febr. a. 718/36, (cf. Acta fr. Arv. a. 791/38 C. I. L. VI 2028 c.) ductaque est a Druso a. 738/16 vel antea, cum Germanicus a. 739/15 natus sit. (Suet. Gai 1). Ad eam, fortasse nondum Druso nuptam, spectat titulus urbanus Bull. comm. 1887, p. 163 = Dess. n. 1754: *Eros Antoniaes minoris lect(icarius)*, ad uxorem Drusi C. I. L. IX 3363 = Dess. n. 149: *Antonia Claudii Neronis [Drusi . . .]* C. I. G. 5186 *Ἀντωνίᾳ Κλαυδίος Νέρωνος Δρούσου Γερμανικοῦ γυναικί,* 5802 et multi tituli servorum et libertinorum, in quibus Antonia Drusi appellatur et nummus (cf. Eckhel d. n. VI 178, Bernouilli Iconogr. Rom. II, 1, tab. XXXIII n. 13) in quo effigies Drusi et Antoniae simul exstant.

complures. neque numerum neque nomina mortuorum novimus.

Germanicum. natum a. d. VIIII K. Jun. a. 739/15, cf. Henzen Act. fr. Arv. p. XLIV. Quod nomen ante adoptionem habuerit, nescimus.

Livillam. quae primum C Caesaris (Tac. Ann. IV, 40), deinde Drusi Caesaris fuit. A Tacito (Ann. II, 43. 84, IV, 3. 39. 40. 60, VI, 2) et a Plinio H. N. 29, 20, Livia, a Dione (57, 22, 2; 58, 11, 6. 24, 5) Livilla nominatur ut a Suetonio. Zonaras XI, 2 p. 449 ei nomen Juliae quoque fuisse tradit: *διὰ τῆς γυναικὸς (τοῦ Δρούσου) ἣν Ἰουλίαν ἕτεροι δὲ Λιβίαν γράφουσι)*; quod confirmat titulus C. I. L. VI 5198 = Dess. n. 1752: *Antiochus Iuliae Drusi Caesaris supra lecticarios.* In titulis servorum (ut C. I. L. VI, 4349, 8899 Bull. comm. 1890 p. 8. 10) tamen Livia nominatur.

Iullo Antonio, Fab. Afric. cons. a. 744/10, cf. Dio Ind. libr. 54: *Ἴουλλος* (cod.

cons. Kl. Aug. Luguduni eo ipso die quo primum ara ibi C. 2.

Dio 60, 5, 3. *ἐν γὰρ δὴ τῇ τοῦ Αὐγούστου νουμηνίᾳ ἐν ᾗ ἐγεγέννητο (ὁ Κλαύδιος).*

Seneca Apocoloc. 6, 1. Luguduni natus est — ad sextum decimum lapidem a Vienna — Hunc ego tibi recipio Luguduni natum, ubi Licinus multis annis regnavit.

Liv. Perioch. 139. Ara Caesari ad confluentem Araris et Rhodani dedicata, sacerdote creato C. Iulio Vercondaridubno.

Dio 54, 32, 1. *τῶν τε γὰρ Συγάμβρων καὶ τῶν συμμάχων αὐτῶν διά τε τὴν τοῦ Αὐγούστου ἀπουσίαν καὶ διὰ τὸ τοὺς Γαλάτας μὴ ἐθελοδουλεῖν πολεμωθέντων σφίσι, τό τε ὑπήκοον προκατέλαβε, τοὺς πρώτους αὐτοῦ, προφάσει τῆς ἑορτῆς ἣν καὶ νῦν περὶ τὸν τοῦ Αὐγούστου βωμὸν ἐν Λουγδούνῳ τελοῦσι, μεταπεμψάμενος, καὶ τοὺς Κελτοὺς τηρήσας τὸν Ῥῆνον διαβαίνοντας ἀνέκοψε.*

ἰούλιος) Ἀντώνιος (cod. *ἀντωνῖνος) M. υἱ· Ἀφρικανὸς K. Φάβιος K. υἱ;* 55, 1: *ταῦτα μὲν ἐπί τε τοῦ Ἰούλλου* (cod. *ἰουλίου) Ἀντωνίου* (*Ἀντωνίου* in editionibus omissum, praebet cod. Venetus, ut v. cl. Boissevain me docuit) *καὶ ἐπὶ Φαβίου Μαξίμου ὑπάτων ἐγένετο.* Bullet. comm. 1888 p. 228 = Dess. n. 92: *Iullo Antonio Africano Fabio cos.*

Iullo Antonio. Hoc loco et Gramm. 18 codices Suetonii, ut paene omnium scriptorum, filium triumviri Antonii et Fulviae Iulium nominant. Reperta demum inscriptione modo laudata, quam confirmavit alter titulus C. I. L. VI 12010: *M. Antonii Iulli Patris l. Rufionis*, patuit codices Dionis (51, 15, 7; 54, 26, 2) et Cassiodorii in fastis verum praenomen Iullum servasse, et apud Horatium Od. IV 2, 2 non ex coniectura Peerlkampii *ille* sed *Iulle* scribendum esse. Iullus quoque praenomen auctori gentis Iuliae fuit, pro quo Vergilius primus trisyllabice *Iulus* scripsit, cf. Herm. 24 p. 155 Mus. Rhen. 44 p. 317.

Fabio Africano. cui plenum nomen fuit Q. Fabius Maximus Africanus, qui tamen *Quinti* praenomine abiecto *Africanum* praenomen gessit, cf. praeter ind. Dion. l. 54, et titulum laudatum (Dess. n. 92), C. I. L. VI 1815 = Dess. n. 1926: *Q. Fabius Africani l. Cytisus*, et nummus apud Muller Numism. de l'Afrique II 61: *Afr(icanus) Fa(bius) Max(imus) cos. pro cons. VII vir epulo.* Ad hunc et fratrem Paullum Fabium Maximum pertinere videtur C. I. L. VI 9219 = Dess. n. 1957: *Q. Fabius, Maximorum l. Amicus.*

Kal. Aug. cf. fasti Antiates (C. I. L. I², 248): *K. Aug. Ti. Clau[di Caes. Aug. nat(alis)], Spei, Augustus Alexan(driam) recepit.* Fast. Vall.: *K. Aug. Spei ad forum holitorium Natal(is) Ti. Claudii Germanici.*

Eodem die igitur Claudius natus erat, quo Augustus a. 724/30 Alexandriam receperat, et templum Spei in foro holitorio (Liv. 21, 62, 4) a M. Atilio Caiatino circa a. 496/258 votum, dedicatum erat, quae sine dubio est causa cur in nummis (cf. Eckhel d n. VI 238 = Cohen Claud. n. 88) verba inscripta inveniamus: *Spes Augusta.*

Luguduni. ubi sedes erat legati Augusti. Antonia igitur maritum in Galliam secuta erat; Augustum quoque per aestatem a. 744/10 in Gallia degisse notum est (Dio 54, 36, 4).

eo ipso die — quo — ara dedicata. Secundum Suetonium ara Romae et Augusti dedicata est Kal. Aug. eius anni quo Claudius natus est contra Liv·

C. 2. Augusto dedicata est, appellatusque Tiberius Claudius Drusus. Mox fratre maiore in Iuliam familiam adoptato,

---

epitomatorem l. l., qui aram a. 742/12 dedicatam esse diserte tradit. Dio l. l. rem non decernit, ex verbis eius enim colligi non potest a. 742/12 aram dedicatam esse.

Itaque quamquam multi viri docti (e quibus nomino Marquardt Eph. Epigr. I p. 204, Schiller H. I. R. p. 213, Mommsen H. R. V 85, Asbach ann. Rhen. 85, p. 17. 86, p. 125) Livii epitomatorem secuti sunt, verisimilius dissensum ita explicandum esse puto, (cum P. Guiraud: les Assemblées provinc. p. 45, Hirschfeld Sitzungsb. d. Berl. Acad. 1888 p. 7 A. 30, cf. quoque E. Beurlier, le culte impérial Paris. 1891 p. 19 A. 1) ut cultus Romae et Augusti a. 742/12 institutus sit, ara demum dedicata sit a. 744/10. Aram ipsam describit Strabo IV 3 p. 192: *ἔστι δὲ βωμὸς ἀξιόλογος ἐπιγραφὴν ἔχων τῶν ἐϑνῶν ξ τὸν ἀριϑμὸν καὶ εἰκόνες τούτων ἑκάστου μία καὶ ἄλσος μέγα.*

primum. Fieri potest, quamquam de altera dedicatione nemo quidquam tradit, ut a. 871/58, cum magna pars urbis incendio deleta est (cf. Seneca ep. 91, 2, 14) aut a. 818/65, cum denuo Lugudunum cladem perpessa est (cf. Tac. Ann. XVI, 13), ara quoque deleta sit, et postea iterum dedicata.

Ti. Claudius Drusus. Dio duobus locis eum Ti. Claudium Neronem nominat (55, 27, 3; 60, 2, 1 = Zon. XI, 8 p. 460) et sic quoque in titulis (qui omnes tamen post adoptionem Germanici positi sunt) C. I. L. V 24, 6416. VI 8662. X 6361 = Dess. n. 198, 107, 1631, 199, C. I. L. III 381, nomen Ti. Claudium Neronem Germanicum habet. Puto tamen et Suetonium et Dionem recte ita tradidisse, Claudioque initio fuisse nomen Ti. Claudio Neroni Druso, e quo cum post adoptionem Germanici cognomen Germanicum ipse assumpsisset, cognomen Drusum respuisse videtur. Zonaras (XI, 10, p. 469) enim haec tradit: *ὁ δὲ Κλαύδιος τὸν υἱὸν αὐτῆς (Ἀγριππίνης) εἰσποιησάμενος μετωνόμασε Τιβέριον Κλαύδιον Νέρωνα Δροῦσον Γερμανικὸν Καίσαρα*, quae quod ad praenomen Tiberium attinet, a nullo alio scriptore traditum, confirmantur titulo C. I. L. X 932 = Dess. n. 224: *Ti Clatidio Ti. Claudi Caesaris Augusti Germanici p. p. f. Neroni Caesari d. d.*, ita ut vix dubitandum sit, quin totum nomen recte Zonaras nobis tradiderit. Cum Claudius sine dubio filio adoptivo sua nomina dederit, ipse quoque cognomina Neronem, Drusum habuerit necesse est.

fratre — in Iuliam fam. adoptato. cum Augustus Tiberium a. d. VI Kal. Iunias (cf. Kal. Amitern.) a. 757/4 adoptavit, Germanicum a Tiberio adoptari iussit (cf. Suet. Gai. 4. Tib. 15. Tac. Ann. I, 3. Dio 55, 13). Eum in Iuliam familiam transiisse bene illustrat titulus Ticinensis C. I. L. V 6416 = Dess. n. 107, 3: *Germanico Iulio [T]i. f. Augusti nepot. divi pron. Caesari.*

Germanici cogn. ass. Ex his verbis patet, verba Suet. c. 1: *Germanici cognomen ipsi posterisque eius senatus decrevit*, non ita accipienda esse, ut Suetonius cum Dione faciat, dicente: *Γερμανικός τε μετὰ τῶν παίδων ἐπονομασϑείς.* Sine dubio Suetonius verum tradidit. Recte enim ad nostrum locum Mommsenus (StR. III p. 213, 3) contulit excerptum Planudeum Mai. Vet. Script. Nova Coll. II p. 541 = Dio fr. 44 (quod tamen vix ex Dione fluxisse me docuit v. cl. Boissevain): *ἐπὶ Μάρκου Κλαυδίου καὶ Τίτου Σεμπρωνίου ὑπάτων* (514/240) *μόνῳ τῆς τοῦ πατρὸς ἐπωνυμίας* (i. e. cognomen victoriae ergo assumptum cf. Mommsen Röm. Forsch. I p. 53 A. 82, contra Borghesi Opp. III p. 208 sq.) *τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν παίδων μετέχειν Ῥωμαῖοι παρεκελεύσαντο.* Hanc normam igitur secutus, senatus, cum Druso cognomen Germanicum post mortem eius dedit, simul decrevit, ut filius natu

Germanici cognomen assumpsit. Infans autem relictus a patre, ac per omne fere pueritiae atque adulescentiae tempus variis et tenacibus morbis conflictatus est, adeo ut animo simul et corpore hebetato, ne progressa quidem aetate ulli publico privatoque muneri habilis existimaretur. Diu atque etiam post C. 2.

Dio 60, 2, 1 = Zonaras XI, 8 p. 460 = Suidas s. v. Κλαύδιος. *τὸ δὲ δὴ σῶμα νοσώδης.*

Dio 60, 2, 4. *ἅτε γὰρ ἐκ παίδων ἔν τε νοσηλείᾳ — τραφείς.*

Seneca. apocoloc. 3, 1. Annus sexagesimus et quartus est, ex quo cum anima luctatur.

„ „ *4, 2.* (Claudius) desiit vivere videri.

„ „ *6, 1.* ego (Febris), tibi dico, quae cum illo tot annis vixi.

Dio 60, 2, 4 = Zon. l. l. *ἐπὶ πλεῖον τῆς ἀληθείας εὐήθειαν προσποιησάμενος.*

Tac. Ann. VI, 46. Etiam de Claudio agitanti (Tiberio), — imminuta mens eius obstitit.

„ „ *XI, 28.* reputantes hebetem Claudium.

Seneca apocoloc. 1, 1. ille qui verum proverbium fecerat, aut regem aut fatuum nasci oportere.

Victor Caes. IV, 1. vecors iuxta atque immemor.

(*Victor*) *Epitome IV, 2.* quia vecors erat.

„ „ „ *3.* vecors ac prope hebes.

Dio 60, 2, 1. *μὴ πρὶν ἐν ἡγεμονίᾳ τινὶ τὸ παράπαν ἐξητασμένος.*

Dio 60, 2, 4. = Zon. l. l. = Suidas s. v. Κλαύδιος. *καὶ ἐν φόβῳ πολλῷ τραφείς.*

---

maximus solus id gereret, et Claudius, cum Germanicus in familiam Iuliam transiisset, iure suo cognomen patris assumpsit.

Infans. natus enim erat unum annum, mensem unum, tredecim dies.

animo et corpore hebetato. cf. Seneca ep. 78, 9: *Sic podagra et chiragra et omnis vertebrarum dolor et nervorum interquiescit, cum illa quae torquebat hebetavit: — impetus mora exstinguitur et finis dolendi est obtorpuisse.*

publico privatoque muneri. Coniectura Casauboni *ve* pro *que* legentis necessaria non est, cf. locum plane similem, (ubi nihil adnotat) Tib. 30 *neque tam parvum quicquam neque tam magnum publici privatique negotii.*

Munus publicum non est magistratus, sed, ut Pomponius dicit Dig. 50, 16, 239 § 3: *officium privati hominis, ex quo commodum ad singulos universosque cives remque eorum imperio magistratus extraordinarium pervenit.* Munera privata sunt ea officia quae in privati gratiam fiunt. Hoc loco igitur indicari videtur, Claudium non idoneum aestimatum esse, quod ad munera publica attinet, ut iudex, tutor vel curator fieret; quod ad munera privata, ut testis alicuius rei adhiberetur.

C. 2. tutelam receptam alieni arbitrii et sub paedagogo fuit; quem barbarum et olim superiumentarium ex industria sibi appositum, ut se quibuscunque de causis quam saevissime coerceret, ipse quodam libello conqueritur. Ob hanc eandem valetudinem et gladiatorio munere, quod simul cum fratre memoriae patris edebat, palliolatus novo more praesedit; et togae virilis die circa mediam noctem sine sollemni officio lectica in Capitolium latus est.

Dio 55, 27, 3. καὶ μονομαχίας ἀγῶνες ἐπὶ τῷ Δρούσῳ πρός τε τοῦ Γερμανικοῦ τοῦ Καίσαρος καὶ πρὸς Τιβερίου Κλαυδίου Νέρωνος, τῶν υἱέων αὐτοῦ, ἐγένοντο.

---

post tutelam receptam. i. e. postquam tutela exemptus est, cf. Cic. de Orat. I 39, 180: *et, antequam in suam tutelam veniret, mortuus esset.* Nepos Eum. 2, 2: *quoad liberi eius in suam tutelam pervenissent.*

alieni arb. et sub paedag. i. e. sub curatore fuit, cf. Inst. I 23, 4 *sed et mente captis — et qui morbo perpetuo laborant, quia rebus suis superesse non possunt, curatores dandi sunt.* Dig. III 1, 5. XLII, 5, 19, 1; quamquam haec verba per figuram ἓν διὰ δυοῖν dicta esse possunt.

barbarum. i. e. neque Graecae neque Latinae originis. Paedagogi vulgo Graeci erant, nonnumquam tamen paedagogum non Graecum invenimus, cf. Orelli 2879, C. I. L. VI 6327.

superiumentarium. i. e. qui *supra iumenta* (ut est C. I. L. VI 7987. 9486) fuerat. Vox alibi non invenitur.

gladiatorio munere. Dubium est, utrum hoc munus, datum a. 759/6 (cf. Dio l. l.), fuerit inter quinque munera, quae filii nepotesve nomine Augusti ediderint an non fuerint cf. Mommsen Res. g. d. Aug.[2] p. 90. Neque ad hunc locum adscribere ausus sum Plin. H. N. 2, 26, 96: *Germanico Caesare gladiatorum spectaculum edente*, 8, 2, 4: *Germanici Caesaris munere gladiatorio;* qui loci, quamquam Mommsen l. l. eos cum loco suprascripto Dionis coniunxit, pertinere possunt ad munus quod Germanicus cum Druso Tiberii filio edidit, de quo cf. Monum. Ancyr. c. 22 et Suet. Aug. 43. Ceterum Friedlaender apud Marq. St V. III[2] p. 554 A. 5 hoc munus a Germanico et Claudio datum confudit cum alio, a Tiberio in honorem avi Drusi dato (cf. Suet. Tib. 7).

palliolatus. i. e. palliolo tectus, quo caput tegebant ii, qui minus bona valetudine utebantur, cf. Quint. I. O. XI, 3, 144: *Palliolum, sicut fascias, quibus crura vestiuntur, et focalia et aurium ligamenta sola excusare potest valetudo.* cf. Ovid. A. A. I, 733, Sen. Q. N. IV, 13, 10.

novo more. nudo enim capite spectacula visere solebant. Sub Gaio Caesare demum in theatro contra solis ardorem spectatores pileis Thessalicis usi sunt, cf. Dio 59, 7.

togae virilis die. quam quovis die assumere poterant (cf. exempla collecta apud Marq. V. Priv. I[2] pg. 124 A. 2), vulgo tamen a. d. XVI Kal. Apr. sumebant, quo die Liberalia celebrabantur, cf. Ovid. Fasti III 771 sqq.

sine sollemni officio. Affines et amici eum, qui togam virilem sumpturus erat, in forum et Capitolium comitari solebant, quod officium togae virilis vocabatur, cf. Plin. Ep. 1, 9, 2: *Hodie quid egisti? Officio togae virilis interfui.*

lectica. qua Romae seniores praesertim et morbo affecti utebantur.

in Capitolium. cf. Serv. ad Verg. Ecl.

III. Disciplinis tamen liberalibus ab aetate prima non mediocrem operam dedit ac saepe experimenta cuiusque etiam publicavit. Verum ne sic quidem quicquam dignitatis assequi aut spem de se commodiorem in posterum facere potuit. Mater Antonia portentum eum hominis dictitabat, nec absolutum a natura, sed tantum incohatum; ac si quem socordiae argueret, stultiorem aiebat filio suo Claudio. Avia Augusta pro despectissimo semper habuit, non affari nisi rarissime, non monere nisi acerbo et brevi scripto aut per internuntios solita. Soror Livilla cum audisset quandoque imperaturum, tam iniquam et tam indignam sortem P. R. palam et clare detestata est. Nam avunculus maior Augustus quid de eo in C. 3.

Tac. Ann. VI 46. de Claudio agitanti (Tiberio), quod is bonarum artium cupiens erat.

Dio 60, 2, 1 = Zon. XI, 8 p. 460 = Suidas s. v. Κλαύδιος. *ἀλλ' ἀεὶ καὶ ἐν παιδείᾳ ἤσκητο ὥστε καὶ συγγράψαι τινά.*

Seneca apocoloc. 5, 4. Claudius gaudet esse illic philologos homines.
„ „ *3, 2.* nemo enim umquam illum natum putavit.
„ „ *11, 3.* videte corpus eius dis iratis natum.

IV 50: *cum pueri togam virilem sumpserint, ad Capitolium eunt.* cf. Val. Max. 5, 5, 4. Sacrificabant ibi in ara Liberi cf. Kal. Farnes. ad a. d. XVI Kal. Apr.: *Liber(alia) Libero in Ca[pitolio].* (cf. quoque C. I. L. III p. 849 = X 1402: — *ex tabula aenea, quae fixa est Romae in Capitolio in podio arae gentis Iuliae latere dextro ante signum Lib(eri) patris.* Tertull. de idolatr. 16. Appian. b. c. 4, 30). Igitur neque Claudius ab amicis in forum deductus est, neque cena iis data est, nedum Augustus ob tirocinium eius congiarium plebi dederit, quod in familia principis fieri solebat, cf. Marq. V. Priv. I² p. 126 A 5.

discipl. liberal. — operam dedit. cf. c. 40: *pertinaciter liberalibus studiis deditum.* E disciplinis liberalibus Suetonius quattuor nominat: *philosophiam* (Nero 52, de Gramm. 6); *rhetoricam* (Nero 52, Gramm. 6) = *eloquentiam* (Gai 53); *poëticam* (Nero 52) = *grammaticam* (de Gramm. 1, 6); *iurisprudentiam* (Galba 5).

publicavit i. e. in publicum emisit ut Caes. 56. de Gramm. 17.

portentum hominis, Gen. explicativus cf. moles clipei Ovid. Met. XIII 75.

absolutum. cf. Plin. H. N. 10, 176: *sed superiora omnia perfectos edunt partus, haec incohatos.*

incohatum. ita scripsi cum ipsum Suetonium sic scripsisse pateat ex Diomede grammatico. cf. Reifferscheid Suet. Rell. pg. 354: *inchoavi ab inchoo] sic dicendum putat Iulius Modestus, quia sit compositum a chao, initio rerum. At Verrius et Flaccus in postrema syllaba aspirandum probaverunt; cohum enim apud veteres mundum significat, inde tractum incohare. Tranquillus quoque his adsentiens in libello suo plenissime de ea re disseruit* (ita Keilius, codd. dant: *iam bello suo plenissime edere incohata disseruit*). Suetonii etymologiam certam esse mihi testatus est v. cl. Speyer.

avunculus maior. nondum scriptores huius aetatis ita distinguunt inter avun-

C. 3. utramque partem opinatus sit, quo certius cognoscatur, capita ex ipsius epistulis posui.

IV. „Collocutus sum cum Tiberio, ut mandasti mea „Livia, quid nepoti tuo Tiberio faciendum esset ludis Martia-„libus. Consentit autem uterque nostrum, semel nobis esse „statuendum, quod consilium in illo sequamur. Nam si est „ἄρτιος (ut ita dicam) ὁλοκλήρως, quid est quod dubitemus, quin

---

culum magnum et maiorem, ut avunculus magnus sit aviae frater, avunculus maior proaviae frater (quam distinctionem iuris periti demum introduxerunt); sed aviae fratrem aut simpliciter avunculum dicunt, (cf. Suet. Aug. 8. 10. 68. 94. Tac. Ann. II 43. 53. IV 3. 75. XII 64. Seneca ad Polyb. XV 4) aut promiscue avunculum magnum (sic Cic. Brut. 222) vel maiorem nominant (cf. Suet. Aug. 7. Vell. II 59, 3. Seneca apocol. 11, 3). Augustus Claudii avunculus magnus erat per sororem Octaviam, aviam Claudii.

in utramque partem i. e. in bonam et adversam, cf. Cic. de Off. II 6, 19: *Magnam vim esse in fortuna in utramque partem, vel secundas ad res vel adversas quis ignorat?* ad Att. 15, 23, 1: *permulta mihi de nostro itinere in utramque partem accurrunt.* ad Att. 11, 6, 2: *Brundisii iacere in omnes partes est molestum.*

capita. locos qui ad Claudium pertinent, vel ut Bremius explicavit: locos qui ad hanc rem maximi momenti erant. cf. Cic. Brut. 164: *capita rerum.*

ipsius epistulis. quae editae erant (cf. Tac. dial. 13. Quint. I. O. 1, 6, 19. 1, 7, 22). Ipsas tamen inspicere fortasse licuit Suetonio, utpote Hadriani epistularum magistro (Vita Hadr. 12, 3).

posui i. e. apposui, ut saepe poetas secuti huius aetatis scriptores praepositiones omiserunt.

ut mandasti. igitur Livia ab Augusto petierat ut cum Tiberio hanc rem perpenderet, itaque epistula scripta est post a. 757/4 quo Tiberius adoptatus est, cf. quoque pag. 19. 20. 21.

ludis Martialibus. duos ludos Martiales novimus, alteros celebratos a. d. IV idus Maias (cf. Kal. Maffei. ad hunc diem: *Lud(i) Mart(is) in circo.* Ovid. Fasti V, 597: *sollemnes ludos circo celebrate, Quirites!* Dio 55, 10), quos Mommsenus C. I. L.[2] 1 p. 318 institutos esse putat ob dedicationem aediculae Martis in Capitolio a. 734/20, cf. Dio 54, 8; alteros Kal. Aug. editos, cf. Dio 60, 5, 3: *ἐν γὰρ δὴ τῇ Αὐγούστου νουμηνίᾳ — ἠγωνίζοντο μὲν ἵπποι — ὅτι ὁ τοῦ Ἄρεως ναὸς ἐν ταύτῃ καθιέρωτο καὶ διὰ τοῦτο ἐτησίοις ἀγῶσιν ἐτετίμητο,* institutos ob dedicationem templi Martis Ultoris in foro Augusti a. 752/2, cf. Mommsen l. l. Hoc loco de ludis a. d. IV idus Maias editis cogitandum videtur, nam ex eo quod infra Augustus, postquam de ludis Martialibus egit, mentionem feriarum Latinarum facit colligendum est hoc anno ferias illas post ludos Martiales fuisse, nec verisimile est ferias Latinas hac aetate mense Augusto (quo demum inde ab a. 824/71 factae sunt, cf. C. I. L. VI 2016) fuisse, cf. Mommsen Röm. Forsch. II, 105. C. I. L. VI p. 455.

ἄρτιος. cf. Hesych. *ἄρτιον: ὑγιὲς ὁλόκληρον.* cf. Crinagor. 15, 3 (Anth. Pal. VII 376): *ἦν ὅδε καὶ μύθοισι καὶ ἤθεσι πάντα Σέλευκος ἄρτιος.*

ὁλοκλήρως. ludit Augustus addens adiectivo „*ἄρτιος*" adverbium formatum ab adiectivo quod eandem significationem habet (cf. glossam Hesychii), ideoque addit *ut ita dicam.* (Coniectura ab Ernestio proposita: *et ut ita dicam ὁλόκληρος* non est necessaria, nam vocabuli *ὁλόκληρος* significatio satis nota erat, et aeque bene in mentem quam in corpus quadrat, quod non recte negavit Dorvillius apud Wolfium ad hunc locum). Sero demum *ὁλοκλήρως*

„per eosdem articulos et gradus producendus sit per quos frater „eius productus sit? Sin autem ἠλαττῶσθαι sentimus eum et „βεβλάφθαι καὶ εἰς τὴν τοῦ σώματος καὶ εἰς τὴν τῆς ψυχῆς ἀρτιότητα, „praebenda materia deridendi et illum et nos non est homini-„bus τὰ τοιαῦτα σκώπτειν καὶ μυκτηρίζειν εἰωθόσιν. Nam semper „aestuabimus, si de singulis articulis temporum deliberabimus, „μὴ προυποκειμένου ἡμῖν posse arbitremur eum gerere hono-„res necne. In praesentia tamen quibus de rebus con-„sulis, curare eum ludis Martialibus triclinium sacerdo-„tum non displicet nobis, si est passurus se ab Silvani C. 4.

significat *ab omni parte*, cuius significationis Thes. Stephani (ed. Par.) haec tantum exempla affert: Ioann. Chrys. in Io. Hom. 35 vol. 2, p. 697. Eust. Opusc. p. 227, 20. Tzetzes Hist. II, 215. Amphil. p. 104. Graeca Graecis litteris scripsi, quod Augustum quoque fecisse puto.

articulos. quam vocem Augustus in deliciis habuisse videtur, nam infra redit. Articuli videntur minores distinctiones honorum esse quam gradus.

frater. Germanicus, qui quaestor fuit anno 760/7 (cf. Dio 55, 31) eodemque tempore augur factus esse videtur, cf. C. I. L. XIV 3942 = Dess. n. 173: *[Ger]manico [T]i f. Augusti n. auguri q(uaestori)*, neque praeter ornamenta praetoria et triumphalia (a. 763/10, cf. Dio 56, 17) et imperium proconsulare, si vere a. 764/11 hoc accepit (cf. Mommsen StR. II³ 1158, 3 = II² 1101), ante consulatum ullo honore usus est, cf. C. I. L. III 334 = Dess. n. 174: *Germanico Caesari Ti. f. Aug. n. q(uaestori), auguri, cos. design(ato) d.d.*

Patet igitur hanc epistulam ante a. 760/7 scribi non potuisse, cum vero Augustus *articulos* et *gradus* scripserit numero plurali, etiam verisimilius est, post a. 763/10 eam scriptam esse.

productus. Ruhnkenius (Scholia in Suet.) ad hunc locum statuit producere dici de civilibus honoribus, provehere de militaribus. Minus recte, siquidem apud Vell. II 128, 2 legimus: *in consulatus, censuras et triumphos provexere* et apud Tac. Hist. I 1: *dignitatem — a Domitiano longius provectam* (de aedilitate dictum et de praetura).

ἠλαττῶσθαι. cf. Tac. Ann. VI 46: (Claudii) *imminuta mens.*

μυκτηρίζειν. hanc vocem e Lysia affert Pollux II 78: *μυκτηρίζειν δὲ Λύσιας καὶ τὸ μυσάττεσθαι, ἀπὸ τοῦ τῷ μυκτῆρι ἐνδείκνυσθαι τὸ δυσχεραίνειν.*

triclinium sacerdotum. cogitandum est de epulis post ludos datis, populo in foro, senatui in Capitolio, quarum curam septemviri epulones habebant. Quinam sacerdotes intellegendi sint, quorum triclinium Claudio curandum esset, mihi incertum, de Martis autem sacerdotibus, ut Bremi voluit, vix cogitandum esse videtur, possis tamen quoque cogitare de ipsorum epulonum triclinio.

Silvani. sic omnes codices praeter Vindobonensem priorem qui *Sillani* habet. Post Beroaldum tamen omnes editores scripserunt *Silani* sine ulla causa, ut primus docuit Mommsen Eph. Epigr. I 67. Intellegitur enim, ut idem l. l. vidit, M. Plautius M. f. M. n. Silvanus, cuius filia Plautia Urgulanilla Claudio nupsit (cf. c. 26). Is consul cum Augusto fuit a. 752/2 (C. I. L. VI 448, 9730. X. 890, 5162), legatus Tiberii in bello Illyrico ob res ibi a. 761/8 gestas triumphalia ornamenta accepit (cf. Dio 55, 34, 6. Vell. II 112, 4. Suet. Tib. 20. — Dio 56,

C. 4. „filio homine sibi affini admoneri, ne quid faciat quod conspici „et derideri possit. Spectare eum circenses ex pulvinari,

---

12, 2, cum cod. ut v. cl. Boissevain me docuit Σιλανῷ praebeat, incertum est, utrum Σιλουανῷ scribendum sit an Σιλιανῷ, cf. Vell. II 116, 4), et proconsul Asiae fuit (cf. Eckhel d. n. II 467. Waddington fastes n. 64). Huius elogium habemus prope Tibur ad pontem Anienis (ponte Lucano) loco antiquo ante monumentum Plautiorum repertum, cf. C. I. L. XIV 3606 = Dess. n. 921: *M. Plautius M. f. A. n. Silvanus cos. VII vir epulon(um). Huic senatus triumphalia ornamenta decrevit ob res in Ilyrico bene gestas. Lartia Cn f. uxor. A. Plautius M. f. Urgulanius vixit ann IX.*

Mater Silvani (cf. Nipp.-Andr. ad Tac. Ann. IV 22) Urgulania est nota amica Liviae (cf. Tac. Ann. II 34. IV 21 sq.).

filio. filii Silvani consulis a. 752/2 fuerunt M. Plautius Silvanus, praetor urbanus a. 777/24 (cf. fasti Arvales C. I. L. I² 1 p. 71: *M. Plautius Silvanus urb(anus)* sc. praetor, cf. Tac. Ann. IV 22) et P. Plautius Pulcher, qui in elogio suo (C. I. L. XIV 3607 = Dess. n. 964) nominatur: *triumphalis filius augur III vir a. a. a. f. f. q(uaestor) Ti. Caes. Aug. V consulis* (784/31) *tr. pl. pr(aetor) ad aerar(ium).* Filii Silvani non fuere A. Plautius cos. a. 772/29, et Q. Plautius cos. a. 789/36, (quos equidem suspicor filios fuisse (A.?) Plautii praetoris peregrini a. 755/2, cf.fast. Arv. C. I. L. I² p. 70), neque Tib. Plautius Silvanus Aelianus, cos. 798/45 cf. C. I. L. X 825. Eph. Epigr. 3 p. 204, is enim patricius fuit cf. Dessau C. I. L. XIV p. 394, quo honore filios consulis a. 752/2 destitutos fuisse ex eo patet quod Plautius Pulcher tribunatu functus est).

Horum duorum Siivani filiorum iam videndum, utrum Augustus significaverit. P. Plautius Pulcher fuit quaestor a. 784/31. Nepos autem Urgulaniae, cum sine dubio suo (i. e. vicesimo quinto) anno quaestor factus sit, a. 759/6 natus est. De hoc igitur Augustus cogitare non potuit. Itaque restat M. Plautius Silvanus, quem, utpote praetorem a. 777/24, a. 747/7 natum esse ob causam supra dictam paene certum est. Fuit Claudii aequalis (tribus tantum annis minor natus) et, ut filius septemviri epulonis, maxime idoneus, qui Claudium doceret, quae in epulis recte struendis facienda essent. Piiore uxore Fabia Numantina (ad quam spectat inscr. Lunensis C. I. L. XI 1362 = Dess. n. 935) repudiata, duxit Silvanus Aproniam filiam L. Apronii cos. suff. a. 761/8, quam cum a. 777/24 in praeceps iecisset, in ipsa praetura venas secandas praebuit (cf. Tac. Ann. IV 22). Ceterum ex hoc loco novum subsidium accipimus ad solvendam quaestionem, quando haec epistula scripta sit, nam cum Silvanum togam virilem iam sumpsisse necesse sit, eamque demum sextum vel septimum decimum annum aetatis ingressus (cf. Marq. V. Priv. I² p. 128 sq.) sumere potuerit, patet epistulam scriptam esse post a. 763/10 vel etiam post a. 764/11.

homine sibi affini. quamquam negari non potest, Claudios Nerones coniunctos fuisse cum Plautiis Silvanis (profecto non per Urgulaniam, cum Tacitus l. l. hoc non omisisset), hic locus tamen melius ita explicandus esse videtur, ut Plautiam Urgulanillam, sororem M. Plautii Silvani, eo tempore, quo epistula scripta sit, Claudio iam nupsisse aut saltem iam desponsam fuisse putemus (cf. c. 26), quod tamen ante annum 763/10 fieri vix potuit (cf. ibid.).

conspici i. e. oculos hominum in se trahere ut infra *conspicietur* cf. Nepos Att. 5: *ut in neutram partem conspici posset.* Male Kraffert Beiträge zur Kritik Lat. Aut. (Aurich 1882) II p. 100 pro *conspici corripi* legendum esse censuit, quod esset Augusti non convivantium.

ex pulvinari. Augustus pulvinar ad circum Maximum aedificaverat (cf. Monum. Ancyr. IV 4: *pulvinar ad circum Maximum*), ex quo cum uxore et liberis

„non placet nobis; expositus enim in fronte prima spectaculo- „rum, conspicietur. In Albanum montem ire eum, non placet „nobis, aut esse Romae Latinarum diebus. Cur enim non „praeficitur urbi, si potest sequi fratrem suum in montem? C. 4.

„Habes nostras, mea Livia, sententias, quibus placet semel „de tota re aliquid constitui, ne semper inter spem et metum

---

nonnumquam circenses spectabat (cf. Aug. 45). Propinquos Augusti quoque ibi sedisse, ex hoc loco discimus, ludosque Martiales in circo Maximo editos esse.

in fronte prima spectac. ubi pulvinar fuerit in circo Maximo non novimus, cf. Marq. S. V. III² p. 507 A. 10. Idem sine dubio significatur Dio 59, 7, 4: *οὐ μέντοι καὶ αὐτὸς τοῖς ἡνιόχοις ἀπεσήμηνεν (ὁ Γάιος), ἀλλ' ἐκ προέδρας μετά τε τῶν ἀδελφῶν καὶ μετὰ τῶν συνιερέων τῶν Αὐγουστείων συνεθεάσατο.*

in montem Albanum. in fastigio montis Albani (hodie Monte Cavo) templum Iovis Latiaris exstructum erat, cui feriis Latinis a consulibus taurus niveus sacrificabatur.

praeficitur urbi. feriarum Latinarum causa, cum consules et omnes ceteri magistratus in montem Albanum irent, praefectus urbi relinquebatur, quem consul, qui posterior urbe egrediebatur, creabat. Posterioribus temporibus liberae rei publicae (cf. Iunius Gracchanus apud Gellium XIV 8: *cum ex ea aetate praefectus fiat, quae non sit senatoria*) praefecti urbi relinquebantur nondum senatoriae aetatis. Quem morem principes non solum retinuerunt, sed etiam iuvenibus senatorii ordinis saepe sub iis praefectura data est ante vigintiviratum cf. C. I. L. VI 1421. XIV 3609. VI 1343 = Dess. n. 1051. 1104. 1127, cognatis et filiis suis vel paulo post togae virilis diem cf. Tac. Ann. IV 36. Suet. Nero 7. Vita Marci 4: *virilem togam sumpsit quinto decimo aetatis anno — nec multo post praefectus feriarum Latinarum fuit.* Claudius igitur quod ad aetatem attinet, talis muneris capax erat.

sequi fratrem suum. multae causae, quas singulis notis ad hanc epistulam dedimus, iam a nobis allatae sunt, cur epistula post a. 763/10 vel etiam post a. 764/11 scripta esse putanda sit; at ex hoc loco certum annum eruere posse nobis videmur. Romae enim fuit Germanicus quo tempore feriae Latinae celebratae sunt, quaerendumque nobis est, quo anno Germanicus Romae degere potuerit post a. 761/8, ante quem et etiam quo durante epistula scribi non potuit propter aetatem Silvani. Romae autem non fuit Germanicus a. 762/9, cum in Dalmatia mansit (Dio 56, 11) usque in mensem Septembrem (Vell. II 117), neque a. 764/11, quo anno proconsulari imperio donatus (Dio 56, 25) Tiberium in Germaniam comitatus est, neque inde ab a. 766/13, quo solus in Germaniam missus est. (Suet. Gai. 8). Restant igitur a. 763/10 et a. 765/12. Quod ad priorem attinet, non verisimile est, eum tunc Romae fuisse, quamquam certum de hac re testimonium non habemus, deficiente folio in cod. Veneto Dionis 56, 24; certo tamen a. 765/12 consul per totum annum Romae fuit. Huic anno epistula tribuenda est, cum consulem Germanicum fuisse diserte indicet vocabulum *sequi.* Quid enim Germanico cum feriis Latinis nisi consuli? neque Claudius fratrem sequi dici potuit nisi frater magistratus fuit, quod fuit non a. 763/10 sed a. 765/12. Certum igitur est hanc epistulam scriptam esse initio (nam Tiberius adhuc in Italia fuit, ut docent vocabula: *collocutus sum*) anni 765/12. Hoc anno Claudius unum et vicesimum annum ingressus erat, (qua aetate Germanicus olim iam quaestor fuerat), tempusque erat deliberandi, 'quid eo

C. 4. „fluctuemur. Licebit autem, si voles, Antoniae quoque nostrae „des hanc partem epistulae huius legendam." Rursus alteris litteris:

„Tiberium adulescentem ego vero, dum tu aberis, cotidie „invitabo ad cenam, ne solus cenet cum suo Sulpicio et Athe„nodoro. Qui vellem diligentius et minus μετεώρως deligeret sibi „aliquem, cuius motum et habitum et incessum imitaretur. „Misellus ἀτυχεῖ· nam ἐν τοῖς σπουδαίοις, ubi non aberravit eius „animus, satis apparet ἡ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ εὐγένεια."

Item tertiis litteris:

„Tiberium nepotem tuum placere mihi declamantem „potuisse, peream nisi, mea Livia, admiror. Nam qui

---

faciendum esset, praesertim cum consentaneum esset Germanicum fratrem suum praefectum urbi relicturum esse.

ego vero. vero saepe pronomini additur in responsione affirmativa. Livia ergo ab Augusto petiisse videtur, ut Claudium se absente observaret.

Sulpicio. idem procul dubio, quem c. 41 (ubi Sulpicius Flavus appellatur) Suetonius tradit adiutorem Claudii in conscribendis historiis fuisse.

Athenodoro. nomen indicat eum libertinum fuisse, atque suspicor, hunc ipsum (natalium restitutione equitem Rom. factum, cf. Hirschfeld. Verw. Gesch. I p. 136 A 2) vel filium eius (malo tamen cogitare de ipso libertino) esse eum quem sub Nerone (post a. 815/62) praefectum annonae fuisse indicat inscriptio urb. C. I. L. VI 8470 = Dess. n. 1535: *Carpus Aug. lib. Pallantianus adiutor Claudi Athenodori praef. annonae fecit sibi et Claudiae Cale coiugi piissimae et Ti. Claudio Quir. Antonino filio et Ti. Claudio Romano vernae et libertis libertab. posterisque eor.* Ad eundem Hirschfeld suspicatus est pertinere titulum Puteolanum Eph. Epigr. 8 n. 396: *Ti. Claudius Athenodori libertus Hyginus sibi et Nymphi coniugi suae.*

qui vellem — εὐγένεια. locus a prioribus interpretibus varie explicatus et emendatus recte demum explicari potuit postquam Rothius e cod. Memmiano et Parisino 6116 dedit: *nam ἐν τοῖς σπουδαίοις* pro vulgata lectione: *Ἀτυχεῖ πάνυ ἐν τοῖς σπουδαίοις λίαν.*

qui i. e. Claudius. Male hoc vocabulum Baumgarten-Crusius explicavit, dicens *qui* idem esse quod *quam; qui* enim semper est *quo modo*, numquam *quam.* Alii-ut Bremius, per vocabulum *qui* significari Athenodorum putaverunt, vel, ut Ernestius (qui hanc ob causam *deligerent* legendum esse censuit), Athenodorum et Sulpicium, simul Athenodorum paedagogum illum, cuius mentionem supra Suetonius fecit, fuisse conicientes, quasi paedagogus olim superiumentarius idoneus fuisset ad deligendum eum, cuius incessum Claudius imitaretur. Cum iis quae Augustus hoc loco de Claudio dixit, egregie conspirant, quae Suetonius c. 39 tradidit: *homines in eo mirati sunt et oblivionem et inconsiderantiam, vel ut graece dicam μετεωρίαν et ἀβλεψίαν.*

incessum. Romani summopere curabant ut pueri bonum incessum haberent, cuius rei cura imprimis paedagogis imposita erat (cf. Sen. ep. 94, 8, 9).

De Claudii ridiculo incessu cf. c. 30.

ἐν τοῖς σπουδαίοις. haec verba male Bremius explicavit: inter viros doctos. Est enim: in rebus gravioribus (opp.: τὰ φαῦλα).

„tam ἀσαφῶς loquatur, qui possit cum declamat σαφῶς dicere „quae dicenda sunt, non video." C. 4.

Nec dubium est, quid post haec Augustus constituerit et reliquerit eum nullo praeter auguralis sacerdotii honore impertitum, ac ne heredem quidem nisi inter tertios ac paene extraneos e parte sexta nuncuparet,

Dio 60, 2, 2 = Suidas s. v. Κλαύδιος. *καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῷ φωνήματι ἐσφάλλετο.*

ἀσαφῶς loquatur. cf. c. 30: *praeterea linguae titubantia.* Quod vitium, quo Claudius praesertim iratus laborabatur, tangit Sen. Apocol. 5, 2: *nescio quid illum minari — respondisse nescio quid perturbato sono et voce confusa;* 5, 3: *vocem nullius terrestris animalis, sed qualis esse marinis beluis solet;* 6, 2: *quid diceret, nemo intellegebat.*

Constituerit et reliquerit. haec ferri non possunt, nam Wolfius et Bremius, qui anacoluthon quod vocant, adesse et post *et* mente supplendum esse statuerunt *quin*, exempla talis anacoluthi afferre omiserunt. Torrentius pro *quid* legendum esse coniecit *quin*, non recte, cum *constituerit* sine obiecto stare non possit. Meliora, quod ad sensum attinet, dederunt editio Stephani pro *et* praebens *qui* et Ernestius, qui ante *et* inserendum esse putavit *cum;* sed haec quoque nimis a tradita lectione recedunt. Leniore medela locum sanare mihi posse videor scribens *ut* pro *et.* Eodem sensu, quo *ut* valet *ita ut*, haec particula usurpatur Aug. 13: *Nec successum victoriae moderatus est sed — in splendidissimum quemque captivum non sine verborum contumelia saeviit; ut quidem uni — respondisse dicatur.* Aug. 20: *Reliqua per legatos administravit, ut tamen — aut interveniret aut non longe abesset.*

praeter. adverbialiter dictum ut Ner. 56: *praeter unius dei Syriae.* Gell. I 23, 13: *praeter ille Papirius.* Plura exempla congessit Oudendorpius ad hunc locum.

auguralis sacerdotii. anno 760/7 vel 761/8, quo arcus Ticinensis extructus est, nondum Claudius augur erat cf. C. I. L V 6416 = Dess. n. 107, 10: *Ti. Claudio Drusi Germanici f. Neroni Germanico.* Auguratum testantur inscriptiones C. I. L. III 381: [*Ti. C*]*laudio Drusi* [*Ger*]*manici fil. Neroni Germanico au*-[*guri*] *sodali Augustal*(*i*) *sodali Titio cos.;* et V 24 = Dess. n. 198: [*Ti. C*]*laudio* [*Dru*]*si German. f. Neroni Germanico auguri sodali Aug. sodali Titio cos.* In titulis Claudii principis auguratus mentio non fit, in nummo tamen (Eckhel d. n. VI 241 = Cohen Claud. n. 56), aversa habet: *augur cos III.*

honore impertitum. cf. Aug. 25: *socios — numquam donis impertiendos putavit.* Ner. 37: *neque-quemquam osculo impertiit.* Sic iam Ter. Eunuch. 270: *Plurima salute Parmenonem summum suom impertit Gnatho* cf. Nepos Att. 1, 3. Cicero et ceteri melioris ut aiunt Latinitatis auctores dixerunt impertire *alicui aliquid* nec aliter Suet. Aug. 10. Tib. 50.

Sola commendatio Augusti sufficiebat ut Claudius a XVII tribubus augur crearetur, cf. Momms. StR. II³ 1110 sq. = II² 1055 sq.

nisi inter tertios. cf. Aug. 101: *tertio gradu* (heredes): *propinquos amicosque complures.* Tac. Ann. I 8.

inter extraneos i. e. inter eos qui vix cognati nominari potuerunt.

nuncuparet. ita c. Memmianus et

C. 4. legato quoque non amplius quam octingentorum sestertiorum prosecutus.

V. Tiberius patruus petenti honores consularia ornamenta detulit: sed instantius legitimos flagitanti id solum codicillis

---

alii, quamquam Rothius *nuncuparit* dedit editionem Romanam I secutus, non recte ut ipse dicit praef. p. XXXVI. In duobus sententiis consecutivis coordinatis scriptores nonnumquam perfecto et imperfecto promiscue usi sunt. Cf. Kühner Gr. Lat. II p. 780, qui tamen sine causa, me iudice, distinxit inter locos, ubi post Imperfectum Perfectum invenimus, et eos, ubi post Perfectum Imperfectum. Suetonius ita dixit Tib. 52: *ut elevarit* — *increparet*. Caes. 39: *ut manerent* — *exanimati sint*. Gai. 60: *ut convocarent* (non recte Oudendorpius: *convocarint*) — *censuerint*. Alia exempla congessit Rothius praef. p. XXXV.

legato quoque. codd.: *legatoque* quo retento post *prosecutus* expectaremus *fuerit* (sic Gronovius) vel *sit*, quod ante sequens vocabulum *Tiberius* facile omitti potuit. Magis tamen mihi placet id, quod Ernestius excogitavit, Rothius in textum recepit, pro *que* scribendum esse *quoque*. In fine c. 6 fere eadem verba legimus: *legato etiam prosecutus*.

non amplius octingentorum sestertiorum. de legatis ab Augusto datis cf. Suet. Aug. 101: *legata varie dedit, produxitque quaedam ad vicies sestertium*. Tac. Ann. I 8: *legata non ultra civilem modum*. Dio 56, 32, 2: *κτήματα δὲ καὶ χρήματα πολλὰ πολλοῖς καὶ τῶν προσηκόντων οἱ καὶ τῶν ἀλλοτρίων — δοθῆναι ἐκέλευσε*. Claudius octingenta sestertia accipiens, ne inter eos quidem qui legatis donati sunt, primum locum obtinuit.

petenti. sc. a Tiberio, nam quamquam apud consules quoque Claudius se candidatum profiteri potuit, sine dubio apud principem, patruum suum, hoc facere maluit, cum qui a principe nominati erant, non facile repulsam ferrent. Tiberius tamen in hac quoque re observans, quae Augustus constituerat, Claudii nomen non accepit, atque in solacium ornamenta consularia dedit.

honores. iam a. 768/15. quo Claudius annum quartum et vicesimum agebat, quaesturam petere potuit.

consularia ornamenta i. e. vestem senatoriam (quam Claudius ut senatoris filius iam habebat), ius togam praetextam diebus festis gerendi, spectandi in orchestra, epulandique publice inter consulares, cf. Momms. StR. I[3] 459 A 3 = I[2] 443. Claudius primus videtur fuisse, qui senator non factus, ornamenta accepit, ut Tiberius quoque primus ornamenta equiti Romano dedit, cf. Dio 57, 19, 7: *τοῦτον (τὸν Σηιανόν) ὁ Τιβέριος — ταῖς τε στρατηγικαῖς τιμαῖς ἐκόσμησεν, ὃ μήπω πρότερον μηδενὶ τῶν ὁμοίων οἱ ἐγεγόνει*, cf. Momms. l. l. I[3] 463 = I[2] 447.

detulit i. e. senatus, auctore Tiberio, Claudio ornamenta consularia decrevit. Ita enim factum esse docent Philo in Flaccum c. 7: *Ἀγρίππαν — ὑπὸ τῆς Ῥωμαίων βουλῆς τετιμημένον στρατηγικαῖς τιμαῖς*. Dio 58, 12, 7: *Λάκωνι μὲν τὰς τῶν τεταμιευκότων, Μάκρωνι δὲ τὰς τῶν ἐστρατηγηκότων ἔδωκαν*, et titulus urbanus C. I. L. VI 798 = Dess. n. 1448: *Cn. Octavius Titinius Capito — eodem* (divo Nerva) *auctore ex s(enatus) c(onsulto) praetoriis ornamentis*. cf. Momms. StR. I[3] 467 A 1 = I[2] 450.

legitimos. ornamenta enim nihil valebant ad veros honores petendos.

codicillis. codicilli ad praesentes mittebantur, epistulae ad absentes. cf. Sen. ep. 55, 11: *adeo tecum sum, ut dubitem an incipiam non epistulas sed codicillos tibi scribere*. Morem scribendi etiam ad praesentes primus Caesar introduxerat, quem Augustus secutus erat, cf. Plut. Caes. 17: *λέγεται δὲ καὶ τὸ διὰ γραμμά-*

rescripsit, quadraginta aureos in Saturnalia et Sigillaria misisse ei. Tunc demum abiecta spe dignitatis, ad otium concessit, modo in hortis et suburbano, modo in Campaniae secessu delitescens, atque ex contubernio sordidissimorum hominum super veterem segnitiae notam ebrietatis quoque et aleae infamiam subiit. C. 5.

VI. Cum interim, quamquam hoc modo agenti, numquam aut officium hominum aut reverentia publice defuit.

Tac. Ann. XII 49. Erat Cappadociae procurator Iulius Paelignus, ignavia animi et deridiculo corporis iuxta despiciendus, sed Claudio perquam familiaris, cum privatus olim conversatione scurrarum iners otium oblectaret.

των τοῖς φίλοις ὁμιλεῖν Καίσαρα πρῶτον μηχανήσασθαι. Suet. Aug. 84. Tac. Ann. IV 39.

aureos. aureus post Caesarem dictatorem centum sestertiorum vel viginti quinque denariorum erat, cf. Dio 55, 12, 4: *χρυσοῦν γὰρ δὴ καὶ ἐγὼ τὸ νόμισμα τὸ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς δυνάμενον κατὰ τὸ ἐπιχώριον ὀνομάζω.*

Saturnalia et Sigillaria. Saturnalia, quae sub Augusto et Tiberio per tres dies celebrabantur (quamquam enim vera Saturnalia sub imperatoribus quoque unius diei fuerunt, Augustus per triduum ferias iudiciarias servari iusserat, cf. Macrob. 1, 10, 4. 23, Momms. ad C. I. L. I² 1 p. 337), sequebantur Sigillaria, quae nomen traxerunt a sigillis, quibus pueri donabantur cf. Macr. 1, 10, 24: *Sed Sigillariorum adiecta celebritas in septem dies discursum publicum et laetitiam religionis extendit.*

dignitatis. sc. senatoriae ut Tac. Ann. III 17: (ut) *M. Piso exuta dignitate relegaretur.*

secessu Campaniae. Claudius villam Pompeiis possedisse videtur, cf. c. 27: *Drusum Pompeiis impuberem amisit.*

sordissimorum hominum. e quibus duos novimus: Paelignum, qui a. 804/51 procurator Cappadociae fuit, cf. Tac. Ann. XII 49, et P. Petronium cos a. 772/19 (de quo vide Nipp.-Andr. ad Tac. Ann. III 49), cf. Sen. Apocol. 14, 2: *tandem procedit P. Petronius, vetus convictor eius, homo Claudiana lingua disertus.* Lehmann (Claudius und seine Zeit p. 82) his duobus tres addidit: Babam, Augurinum et Theogonium; sine causa, ut mihi videtur. Nam neque ex Suetonii (huius vitae c. 40) verbis: *ego tibi Telegenius* (ita Rothius) *videor?* neque ex Senecae Apocol. 3, 4: *Aperit tum capsulam et tres fusos profert: unus erat Augurini, alter Babae, tertius Claudii. „Hos, inquit, tres uno anno exiguis intervallis temporum divisos mori iubebo nec(ne* Wehlius) *illum incomitatum dimittam. Non oportet enim eum, qui modo se tot milia hominum sequentia videbat, tot praecedentia, tot circumfusa, subito solum destitui. Contentus erit his interim convictoribus"* colligendum est eos Claudii sub Tiberio convictores fuisse.

aleae infamiam. solis enim Saturnaliorum diebus alea ludere licebat cf. Marq. V. Priv. II² p. 849 A 1. De Claudio aleae studioso cf. c. 33.

officium hominum — reverentia publice. ut solet Suetonius (cf. huius vitae c. 13. 15. 16. 18. 22, Baumgarten—Crusius Index Suet. p. 833) hoc quoque loco breviter praemittit ea, de quibus singulis mox fusius dicet. Vocabula *officium hominum* enim pertinent ad studii et reverentiae documenta, quae equester ordo Claudio dedit; *reverentia* autem ad ea, quae senatus utpote pro populo Romano agens, decrevit.

C. 6. Equester ordo bis patronum eum perferendae pro se legationis elegit, semel cum deportandum Romam corpus Augusti humeris suis a consulibus exposceret, iterum cum oppressum Seianum apud eosdem gratularetur; quin et spectaculis advenienti

Suet. Aug. 100. (corpus) a Bovillis equester ordo suscepit urbique intulit atque in vestibulo domus collocavit.

Dio 56, 31, 2. *τὸ δ' οὖν σῶμα τὸ τοῦ Αὐγούστου — πρὸς δὲ τῇ Ῥώμῃ γενόμενον οἱ ἱππῆς παραλαβόντες νυκτὸς ἐς τὸ ἄστυ ἐσεκόμισαν.*

Dio 58, 13, 2. *ἐπεὶ δὲ ἔμαθεν αὐτὸν (τὸν Σηιανὸν) ἀπολωλότα, ἔχαιρεν ὥσπερ εἰκὸς ἦν, οὐ μέντοι καὶ τὴν πρεσβείαν τὴν πεμφθεῖσαν ἐπὶ τούτῳ προσεδέξατο, καίπερ πολλῶν μὲν παρὰ τῆς βουλῆς πολλῶν δὲ καὶ παρὰ τῶν ἱππέων τοῦ τε πλήθους, ὥσπερ καὶ πρίν, σταλέντων.*

---

equester ordo i. e. equites equo publico, quorum unus Claudius erat, (cf. Suet. Gai. 15: *patruum Claudium, equitem R. ad id tempus.* cf. Dio 59, 6, 6 = Zon. XI, 5 p. 449), quamquam senatoriae originis, cf. Isidor. orig. 9, 4, 12: *quamvis senatoria quisque origine esset, usque ad legitimos annos eques Romanus erat, deinde accipiebat honorem senatoriae dignitatis* (Mommsen StR. III p. 507 A 2).

bis. de priore legatione praeter Suetonium nemo quidquam tradidit, tertiae tamen legationis mentionem facit Dio 59, 6, 6: *οὗτος (ὁ Κλαύδιος) γὰρ ἔν τε τοῖς ἱππεῦσι μέχρι τότε ἐξεταζόμενος καὶ πρεσβευτὴς πρὸς τὸν Γάιον μετὰ τὸν τοῦ Τιβερίου θάνατον ὑπὲρ τῆς ἱππάδος πεμφθείς.*

patronum. ordo equester ultimis liberae reipublicae temporibus et sub primis principibus, quamquam nulla legitima potestate praeditus, decreta honorifica fecit, legationes misit, votaque suscepit, cf. Momms. StR. III p. 525sq. Sic L. Antonius frater triumviri ab equestri ordine patronus vocatus est, cf. Cic. Phil. VI 5, 13: *altera* (statua) *ab equitibus Romanis equo publico, qui item ascribunt „patrono".* VII 6, 16: *Est enim* (Lucius) — *patronus centuriarum equitum Romanorum.* Eodem nomine Claudius honoratus est, qui, quamquam ipse quoque eques R., etiam plus erat utpote filius senatoris.

perferendae legationis. Genitivus Gerundivi (quem Praedicativum appellare solemus) pendet ab obiecto ad causam indicandam. Cf. Liv. 36, 27, 2: *pacis petendae oratores miserunt.* Sall. Hist. fr. 1, 56, 3: *M. Aemilius exercitum opprimendae libertatis habet.* Tac. Ann. VI 30: *pecuniam — omittendae delationis ceperant.* cf. Nipp.-Andr. ad Tac. Ann. II 59. Kühner Gr. Lat. II p. 552.

a consulibus. Sex. Pompeio, Sex. Appuleio, cf. C. I. L. III 717. VI 10051. IX 1598. 4192 X 6639. III Suppl. 7301.

A consulibus hoc loco et c. 12: *ius nundinarum a consulibus petiit* valet: *a consulibus et senatu.* Senatus enim solus remittere poterat quae de funeribus constituta erant, cf. Cic. Phil. 9, 7, 17: *Senatum censere — aediles curules edictum, quod de funeribus habeant, Ser. Sulpicii — funeri remittere*, cf. Momms. StR. II[3] 510, A. 1 = II[2] 499.

oppressum Seianum. a. d. XV Kal. Novembr. a. 784/31, cf. Tac. Ann. VI 25. Eph. Epigr. 7, p. 424, 3 = Dess. n. 158. De L. Aelio Seiano cf. Pauly—Wissowa Real-Enc. I p. 529 sqq.

apud eosdem. consules tunc fuerunt L. Fulcinius Trio, P. Memmius Regulus, cf. fast Arv. C. I. L. I[2] 1 p. 71. X 1233. Ut ex Dione (58, 13, 2) patet, Tiberius legatos a senatu, equestri ordine, plebe missos recipere noluit. Equestri ordini igitur gratulandum erat apud senatum,

assurgere et lacernas deponere solebat. Senatus quoque, ut ad numerum sodalium Augustalium sorte ductorum C. 6.

Tac. Ann. I 54. Idem annus (767/14) novas caerimonias accepit addito sodalium Augustalium sacerdotio, —. Sorte ducti e primoribus civitatis unus et viginti: Tiberius Drususque et Claudius et Germanicus adiciuntur.

---

nam sicut princeps per senatum cum populo communicabat, quae dicenda habebat, ita senatus (et pro eo consules) internuntius erat inter populum et principem.

Quamquam consulibus liberum arbitrium erat, utrum legatos equestris ordinis in senatum introducere vellent necne (cf. Momms. StR. III p. 960 A 1), ex verbis: *apud eosdem* non colligendum est, apud consules tantum verba a Claudio facta esse, cf. Ner. 7: *apud eundem consulem — verba fecit.* Nero autem sine dubio in senatu orationem habuit. Claudius non legatus fuit, nisi ad principem, vel in rebus ad principem familiamque eius pertinentibus. Sic non audimus eum legatum fuisse ordinis equestris ad Seianum a. 782/29 (Dio 58, 2, 8).

spectaculis. Suetonius temporis momentum significare solet per simplicem Ablativum. Maleolim Oudendorpius voc. *spectaculis* explicavit per *de sedilibus.*

assurgere. quod facere spectatores debebant principi et magistratibus. Hac tamen aetate idem in honorem affinium principis facere solebant, cf. Aug. 56: *Eisdem* (filiis suis) *praetextatis adhuc assurrectum ab universis in theatro et a stantibus plausum*, *gravissime questus est.* cf. Mommsen StR. I³ 398 A 1 = I² 382.

lacernas deponere. lacernati igitur sedebant, quamquam Augustus vetuerat ne cives Romani spectaculis lacernati vel paenulati adessent, cf. Suet. Aug. 40: *negotium aedilibus dedit*, *ne quem posthac paterentur in foro circove nisi positis lacernis togatum consistere.* c. 44: *sanxitque ne quis pullatorum media cavea sederet*, cf. Mommsen StR. III p. 220, A 2. Claudium igitur equites R. ita coluerunt, ut praesente eo togati sederent. Lacerna erat amiculum amplum, cucullum habens, quod supra togam gestabatur. (cf. Marq. V. Priv. II² p. 568, A 1 sq.) Non recte mihi Sittl „die Gebärden der Griechen u. Römer" p. 154 A 5 locum nostrum ita accepisse videtur, ut equites capita, antea cucullis tecta, aperuisse intelligendi essent; hoc enim, (quod simul ab equitibus factum esse, per se patet) non dicitur lacernas deponere, sed caput aperire cf. Sall. Hist. 5, 13. Val. Max. 5, 2, 9.

senatus. qui et nova sacerdotia instituebat, modumque creandi sacerdotes decernebat, et ipsos sacerdotes creabat. cf. Tac. Ann. III 19: *Caesar auctor senatui fuit Vitellio atque Veranio et Servaeo sacerdotia tribuendi.* Oratio Claudii de iure honorum Gallis dando Col. II lin. 13: *cuius liberi fruantur quaeso primo sacerdotiorum gradu.*

ad numerum. quattuor supra numerum adiecti sunt: Tiberius, Drusus, Germanicus et Claudius (cf. Tac. Ann. I 54). Quae res simul indicat, Claudium a senatu principis familiae adnumeratum fuisse.

Ad numerum et *supra numerum* promiscue dicitur, cf. C. I L. VI 1984: [*a*]*dlectus ad numerum ex s*(*enatus*) *c*(*onsulto*). nummus Neronis (Eckhel D. N. VI p. 260 = Cohen Nero n. 55): *coopt*(*atus*) *in omn*(*ia*) *conl*(*egia*) *supra num*(*erum*) *ex s*(*enatus*) *c*(*onsulto*).

sodalium Augustalium. ita enim novi sacerdotes appellati sunt. Sacrarium habuerunt Bovillis, (dedicatum 769/16 cf. Tac. Ann. II 41) ubi fasti huius collegii reperti sunt (C. I. L. VI 1984—2000).

Claudium sodalem Augustalem fuisse testantur tituli, supra iam ascripti, C. I. L. V 24 = Dessau n. 198. C. I. L. III 381.

C. 6. extra ordinem adiceretur, censuit et mox ut domus ei, quam incendio amiserat, publica impensa restitueretur, dicendaeque inter consulares sententiae ius esset. Quod decretum abolitum est, excusante Tiberio imbecillitatem eius ac damnum liberalitate sua resarturum pollicente. Qui tamen moriens et in tertiis heredibus eum ex parte tertia nuncupatum, legato etiam circa

---

Alterum exemplum reverentiae senatus erga Claudium tradit Tac. Ann. III 18, narrans senatum gratias egisse Tiberio, Liviae, Antoniae et Agrippinae, Druso et Claudio ob vindictam Germanici. Quod fortasse sponte omisit Suetonius, cum initio Claudii mentio non facta esset (cf. Tac. 1 l.).

extra ordinem. i. e. extra sortem, cf. Tac. Ann. I 54.

domus—quam incendio amiserat. Gilbert. (Geschichte und Topographie der Stadt Rom.) III p. 348 A. 1 suspicatus est, domum Claudii in monte Caelio fuisse, cum postea templum eius ibi fuerit. Cui suspicioni perquam incertae ne favet quidem, quod constat sub Tiberio a. 780/27 montem Caelium deustum esse, pretiumque restitutum esse a Tiberio dominis insularum. cf. Tac. Ann. IV 64: *ignis violentia urbem ultra solitum affecit, deusto monte Caelio; feralemque annum ferebant et ominibus adversis susceptum principi consilium absentiae,—ni Caesar obviam isset tribuendo pecunias ex modo detrimenti.* Suet. Tib. 48. Nam ex verbis, quae Tac. l. l. sequuntur: *Actaeque ei grates apud senatum ab illustribus famaque apud populum*, *quia sine ambitione aut proximorum precibus*, *ignotos etiam et ultro accitos munificentia iuverat*, patet Tiberium sponte munificentiam exhibuisse, nostroque igitur loco de incendio anni 780/27 sermonem non esse.

dicendae inter consulares sententiae. Suetonius partem decreti omisit, in senatus consulto enim scriptum quoque fuisse: *ut Claudius senator esset*, per se patet, cum his verbis non additis senatus consultum bonum sensum non habuisset. Claudio igitur senatus eadem decrevit, quae olim Augusto data erant, cf Mon. Ancyr. 1, 3: [*sen*]*atus decretis honor*[*ifi*]*cis in ordinem suum* [*me adlegit C. Pansa A. Hirti*]*o consulibu*[*s c*]*on*[*sula*]*rem locum s*[*ententiae dicendae mihi dans*]; ubi Graeca versio habet: *ἐν τῇ τάξει τῶν ὑπατ[ικῶ]ν [ἅμα τ]ὸ σ[υμβου]λεύειν δοῦσα.* cf. Momms. StR. I^3 458 A 3 = I^2 442. Ex hoc loco colligendum est, id, quod Suetonius supra (c. 5) tradidit: *Tiberius — petenti honores consularia ornamenta detulit;* post hoc senatus consultum factum esse, Tiberiumque, senatus consulto abolito, Claudio in solacium ornamenta consularia dedisse. (Haec quoque videtur esse opinio Mommseni StR. I^3 464 A 3 = I^2 443 A 1).

abolitum. senatusconsultum igitur, delatione ad aerarium iam facta, ratum erat, neque Tiberius antea intercesserat. Nunc tamen auctore Tiberio senatus decrevit, ut senatusconsultum de Claudio antea factum induceretur, tabulaque in qua perscriptum erat deleretur. Cf. Caes 16: *inducto priore decreto.* Tac. Ann. VI, 2: *neque ut ultra abolitionem sententiae suaderet.* Momms. StR. III 1014, A 1.

tertiis heredibus. primi erant Gaius et Tiberius Drusi filius aequis partibus (l. l.).

legato. cf. Tib. 76: *dedit et legata plerisque.* Legata, quamquam ipsum testamentum Tiberii abolevit, Gaius persolvit. cf. Suet. Gai. 16. Dio 59, 1, 4. 2, 1.

nuncupatum. cf. Gaius II 104: *testator tabulas testamenti tenens ita dicit: „haec ita ut in tabulis cerisque scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor, itaque vos Quirites testimonium mihi perhibitote" et hoc dicitur nuncupatio.*

sestertii vicies prosecutus commendavit insuper exercitibus ac senatui populoque R. inter ceteras necessitudines nominatim. C. 6.

VII. Sub Gaio demum fratris filio, secundam existimationem circa initia imperii omnibus lenociniis colligente, honores auspicatus consulatum gessit una per duos menses,

Suet. Gai. 15. Incendebat et ipse studia hominum omni genere popularitatis.

Dio 59, 3, 1. δημοκρατικώτατός τε γὰρ εἶναι τὰ πρῶτα δόξας (ὁ Γάιος).

„ „ *6, 1. = Zon. XI 5 p. 449.* τοὺς βουλευτὰς — πολλὰ ἐκολάκευσε.

Suet. Gai. 15. patruum Claudium, equitem Romanum ad id tempus, collegam sibi in consulatu assumpsit (Gaius).

Suet. Gai. 17. Consulatus quattuor gessit, primum ex Kal. Jul. per duos menses.

Dio 59, 6, 6 = Zon. XI, 5 p. 449. ἐπειδὴ ἐκεῖνοι (Πρόκλος καὶ Νίγρινος) τὸν ἔκμηνον ἐς ὃν ἀπεδεδείχατο ἦρξαν, οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς ὑπάτευσε, τὸν Κλαύδιον τὸν θεῖον προσλαβών, οὗτος γάρ — καὶ ὑπάτευσεν ἅμα καὶ ἐβούλευσεν.

Dio 59, 7, 9. ταῦθ' οὕτως ἐν τῇ ὑπατείᾳ ἔπραξε (ὁ Γάιος), δύο τε μησὶ καὶ ἡμέραις δώδεκα αὐτὴν σχών.

---

sestertii. ita recte Rothius, Gronovium secutus, edidit pro codd. lectione *sestertium*, nam *sestertium* cum adverbio numerali coniunctum declinatur, ut docent loci, ubi Ablativus invenitur Aug. 41. Caes 50. Tib. 48. Gai 39. Ner. 27. Genitivi exemplum praeter hunc locum et Aug. 30: *margaritas quingenties sestertii* (hoc quoque ex emendatione Gronovii pro *sestertium*) apud Suet. non invenitur, exstat tamen Liv. 45, 4, 1: *Summam sestertii decies in aerarium intulit.* Cic. Phil. 2, 37, 95: *syngrapha sestertii centies per legatos facta.* Sen. Quaest. Nat. 1, 16, 1: *hominem avarum, sestertii milies servum.*

commendavit — exercitibus ac senatui. haec non est ea commendatio, qua principes filios suos vel in successionem imperii ascitos senatui commendare solebant, ut Augustus Germanicum (Dio 56, 26, 2), Tiberius nepotes Neronem et Drusum commendavit (Suet. Tib. 54. Tac. Ann. IV 8), Claudius postea Neronem imperii iam capacem esse declaravit (Zon. XI, 11, p. 471), cf. Momms. StR. II[3] 1128 A 5 = II[2] 1082; (Tiberius enim testamento suo indicaverat, ut nepotes sibi succederent (cf. Suet. Gai. 14. Momms. StR. II[3] 1135 A 5 = II[2] 1079)); sed hac commendatione Tiberius declaravit, Claudium non privatum esse, sed domui suae adnumerandum debitaque reverentia colendum esse. cf. Momms. l.l. II[3] 810 A 1 = II[2] 793.

Huc pertinet id, quod Tacitus (Ann. VI 46) tradidit, Tiberium paulo ante exitum suum in animo habuisse Claudium successorem sibi relinquere, mentem tamen imminutam eius obstitisse.

inter ceteras necessitudines. cogitandum est de sororibus Gaii Caesaris Iulia Agrippina, Iulia Drusilla, Iulia Livilla.

lenociniis. lenocinia sunt verborum factorumque illecebrae, aptae ad populum sibi conciliandum, cf. Suet Gai. 39;

C. 7. evenitque ut primitus ingredienti cum fascibus forum praetervolans aquila dexteriore humero consideret. Sortitus est et de altero consulatu in quartum annum; praeseditque nonnumquam spectaculis in Gaii vicem, acclamante populo: „Feliciter" partim „patruo imperatoris" partim „Germanici fratri!"

Suet. Gai. 18. Neque spectaculis semper ipse praesedit, sed interdum aut magistratibus aut amicis praesidendi munus iniunxit.

---

nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit.

colligente. de conatu dictum: captante. cf. c. 12: *tantum amoris — collegit.*

[p. 29] *consulatum una.* praeter locos scriptorum allatos cf. fasti Arv. C. I. L. I^2 1 p. 71. [*C. Caesar*] *Aug*(*ustus*) *Germ*[*anicus*] [*T. Claudi*]*us Nero Ger*[*m*(*anicus*)]. Consul Claudius nominatur in titulis C. I. L. III 381. V 24 = Dessau n. 198, qui igitur sub Gaio Caesare facti sunt. In iisdem sodalis Titius appellatur, quo sacerdotio quoque sub Gaio demum functus esse videtur.

[p. 29] *per duos menses.* secundum Dionem l. l. Gaius Caesar et Claudius consulatum gesserunt per duos menses et duodecim dies, secundum Suetonium (hoc loco et Gai. 17) tantum per duos menses. Sine dubio Dio hoc loco verum tradidit, nam principum nundina consularia non raro in idibus finierunt (cf. Asbach Mus. Rhen. 35 p. 177), et Suetonius ut ipse Dio 60, 10, 1: *δύο μησὶ καὶ τότε* (a. 795/42) *τὴν ἀρχὴν ἔσχε* numerum dierum neglexisse putandus est. Claudius igitur consul suffectus fuit a kal. Juliis usque ad idus Septembres.

primitus i. e. *primum*, nisi hoc loco apud Suetonium non invenitur.

cum fascibus i. e. cum consul maior esset, quod sine dubio altero demum mense fuit.

dexteriore humero. gradus comparativus stat pro positivo ut Tib. 6: *sinisteriore funali equo — cum Marcellus dexteriore veheretur*, Galb. 21: *in dexteriore latere eius*, Dom. 17: *sinisteriore bracchio.* Positivus contra invenitur Aug. 20: *dextrum genu*, Gai. 57: *dextri pedis pollice*, Vit. 9: *a parte dextra.*

Sortitus. de tali sortitione nihil novimus. Veteres interpretes opinatos: Gaium in complures annos consules designavisse, qui de singulis consulatibus sortiti essent, quominus sequamur hoc obstat, quod neque Dio neque Suetonius de tali designatione loquitur, neque ubi de ea sermo est, (cf. Mommsen StR. I^3 586 sq. = I^2 567 sq) sortitionis mentio fit. Assentiendum igitur nobis est Mommseno suspicanti (StR. II^3 923 A 1 = II^2 882), Gaium inter Claudium et nescio quem alium sorte decrevisse, uter consul fieret, et fortasse hoc loco Suetonius nobis aliquid tradidit, quod ex officio suo scire potuit, desumptum, ut puto, ex Commentariis Gaii Caesaris. Nonnulli (Burmannus, Ernesti, Bremi) putaverunt sortem Claudio propitiam fuisse, et hunc consulem designatum fuisse in annum 794/41. Quam opinionem tamen amplectendum non videtur, cum Suetonius sive designatio a Gaio inducta esset, sive Claudius, iam princeps, consulatum non iniisset, id adnotare non omisisset.

praeseditque in Gaii vicem. cf. Gai. 18. Aug. 45: *spectaculo — aliquando totos dies aberat, petita venia commendatisque qui suam vicem praesidendo fungerentur.* Cf. Momms. StR. I^3 407 A 6 = I^2 391. Ceterum tunc Claudius cum Gaio, sororibusque eius et ceteris sodalibus Augustalibus praesedit ludis ob dedicationem templi Augusti (Dio 59, 7, 4) editis.

Feliciter sc. eveniat, cf. Dom. 13: *Domino et Dominae feliciter.* Solebant Romani boni ominis causa omnibus rebus praefari, cf. Phaedrus VI 3: *Ut mos est vulgi*,

Cap. VIII. Nec eo minus contumeliis obnoxius vixit. Nam et si paulo serius ad praedictam cenae horam occurrisset, nonnisi aegre et circuito demum triclinio recipiebatur, et quotiens post cibum addormisceret, quod ei fere accidebat, olearum aut palmularum ossibus incessebatur, interdum ferula flagrove velut per ludum excitabatur a copreis. Solebant et manibus C. 8.

Suet. Gai 23. Nam Claudium patruum nonnisi in ludibrium reservavit.
„ *Nero 6.* Aspernante Agrippina, quod tum Claudius inter ludibria aulae erat.

Seneca Apocoloc 15, 2. Apparuit subito C. Caesar, et petere illum in servitutem coepit, producit testes, qui viderant ab illo flagris, ferulis, colaphis vapulantem.

---

passim et certatim ruit „Feliciter!" succlamans. Iuv. II 119: *Signatae tabulae, dictum „feliciter".*

circuito triclinio. triclinium hoc loco est cenaculum, in quo complura triclinia sunt. Nam princeps (ut ipse Claudius postea, cf. c. 32) multos convivas cotidie ad cenam vocabat. Claudio locum suum, quem nomenclator, cuius officii hoc erat, non statim assignaverat (cf. Athenaeus II 47 E), quaerenti totum cenaculum perambulandum erat, quod, cum moleste incederet (cf. Sen. Apocoloc. 1, 2: *non passibus aequis*) causam hilaritatis praebebat.

quotiens addormisceret. hunc coniunctivum iterationis vel generalem saepius Suetonius habet. Sic post *quotiens:* Caes. 4. 26. 28. Aug. 21. 37. 38. 41. 45. 77. 99. Tib. 19. Galb. 10; post *sicubi:* Caes. 26; post *sicunde:* Gai. 4; post *ut* Tib. 65. Vit. 14.

addormisceret. ἅπαξ λεγόμενον, ad quod Sittl. (Archiv für Lat. Lexicogr. I p. 477) apte contulit verbum Hispanum: *adormecer.* Saepe praepositio *ad* initio actionis vel status exprimendo inservit (cf. e. g.: *addormire.* Cael. Aurel. acutar. passion. 1, 11, 83; *adesurire* Plaut. Stich. 180, Trinum. 169), rarius tamen significatio incohativa per ipsam formam verbi iam indicata cumulatur addita praep. *ad*; ex exemplis verborum incohativorum a Sittl. l. l. allatis (qui tamen, me iudice, minus recte verbo *addormiscere* significationem incohativam inesse negavit) huc omnino quattuor spectant: *advesperasco. assenesco* (Tertull. exhort. ad cast. 13). *assiccesco* (Colum. 12, 9, 1). *assudesco* (Varro L. L. 5, 109).

palmularum. Graecos (apud quos φοίνιξ et arborem et fructum eius indicat) secuti, Romani fructum palmae (hodie *palma dactylofera*) palmam vel palmulam nominaverunt, cf. Varro R. R. I 67: *palmula.* Ovid. Fast. I 185: *Quid vult palma sibi rugosaque carica dixi.* (Cf. Hehn Kulturpflanzen[5] p. 225).

ferula flagrove excitabatur. secundum Senecam l. l. etiam a Gaio ipso.

copreis. cf. Tib. 61: *a nano adstante mensae inter copreas.* Praeter hos duos locos Suetonii, vocabulum invenitur apud Commodianum Carm. Apolog. vs. 612: *nam qui Deum sequitur, copria iudicatur ab ipsis* et Lactantium V 1, 27: *Cyprianus Copreanus audit*, ubi tamen translate indicat hominem dormitantem atque ignavum. Duobus locis a Dione commemorantur 50, 28, 5: *πρὸς τοὺς καλοὺς αὐτῶν ἑταίρους καὶ τραπεζεῖς, οὓς αὐτοὶ ἐκεῖνοι κοπρίας ἀποκαλοῦσι,* 73, 6, 2: *κοπρίας τινὰς καὶ γελωτοποιοὺς αἴσχιστα μὲν τὰ εἴδη αἰσχίω δὲ τὰ ὀνόματα καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ἔχοντας — εὑρών, ἐδημοσίευσε (ὁ Περτίναξ).* Ex posteriore loco discimus eos scurras fuisse distortis corporibus ut tunc in deliciis

C. 8. stertentis socci induci, ut repente expergefactus faciem sibimet confricaret.

IX. Sed ne discriminibus quidem caruit. Primum in ipso consulatu, quod Neronis et Drusi, fratrum Caesaris, statuas segnius locandas ponendasque curasset, paene honore

Dio 60, 3, 7. τούς γε μὴν ἀδικήσαντάς τι ἢ καὶ προπηλακίσαντας αὐτὸν ἰδιώτην ὄντα, πολλοὶ δὲ ταῦτα ἄλλως τε ὡς μηδενὸς λόγου ἄξιον, καὶ οἱ μὲν τῷ Τιβερίῳ οἱ δὲ τῷ Γαΐῳ χαριζόμενοι, ἐπεποιήκεσαν, πλαστῷ μὲν ἐγκλήματι οὐδενὶ μετῄει.

Joseph. Ant. Iud. XIX 3, 2, 221. (Κλαύδιον) *κινδύνοις οὔτι μετρίως ἐπὶ τῆς Γαΐου ἀρχῆς ὡμιληκότα.*

Joseph. Ant. Iud. XIX 1, 2, 12 sq. ἐπεχείρησε δὲ (Γάιος) *καὶ τοῖς οἰκέταις κατηγορίας ποιεῖσθαι τῶν δεσποτῶν ἐφ' οἷστισιν ἐθελήσειαν ἐγκλήμασιν — ὥστε ἤδη καὶ Κλαυδίου ἐτόλμα ποιήσασθαι Πολυδεύκης ὁ δοῦλος κατηγορίαν, καὶ Γάιος ἠνείχετο κατὰ πατρῴου τοῦ αὐτοῦ δίκης θανάτου λεγομένης ἐπ' ἀκροάσει συνελθεῖν ἐλπίδι τοῦ παραλαβεῖν δύναμιν ἀνελεῖν αὐτόν. οὐ μὴν ἐξεγένετό γε αὐτῷ.*

---

erant, cf. Quint. Inst. Or. II 5, 11.

socci. quibus mulieres uti solebant, cf. Gai. 52: *socco muliebri;* idonei erant ad talem iocum, quod saccum habebant, ideoque sine difficultate manibus Claudii iniciebantur. cf. Isidor. 19, 34, 12: *Socci — saccum habent, in quo pars plantae inicitur — nam socci non ligantur, sed tantum intromittuntur.*

Neronis et Drusi. quorum cineres Gaius initio imperii Mausoleo intulerat (cf. Dio 59, 3, 5). Ex hoc loco videmus senatum in eorum honorem statuas quoque decrevisse, et consulibus vel consuli hoc mandavisse. Nam senatui ius erat tales honores mortuis decernendi auctore principe, cf. Plin. Ep. 1, 17: *Titinius Capito ab imperatore nostro impetravit, ut sibi liceret statuam L. Silani in foro ponere*, cf. Momms. StR. I³, 452 A 1 = I², 438. III 1186. (Quae Suet. tradidit Gai. 34: *vetuit posthac viventium cuiquam usquam statuam et imaginem nisi consulto et auctore se poni*, a Mommseno StR. I³ 451 A 4 = I² 438 ita explicantur, ut Gaius ius statuas viventibus ponendi ad se traxerit; sed dubito an ea, etiam contra summi viri auctoritatem, melius in hunc modum explicanda sint: Gaius vetuit ne statua cuiquam poneretur nisi auctore se apud senatum. Quod oblitteratum renovavisse videtur Claudius (cf. Dio 60, 25, 3. Momms. l. l. A. 2).

locandas. quotiens ut hac aetate (cf. c. 16) censores non erant, locationes in urbe per consules fiebant, si adessent, adhibitis magistratibus qui aerario praeessent, cf. Frontinus de aq. 100: *uti — consules ambo alterve — adhibitis praetoribus qui aerario praesint, locent.* Cic. Phil. 14, 14, 38: *ut C. Pansa A. Hirtius consules, imperatores, alter ambove, — monumentum quam amplissimum locandum faciendumque curent quaestoresque urb. ad eam rem pecuniam dare — iubeant*, (cf. Momms. StR. II³ 427 A 2 = II² 422). Sub Claudio ipsi praetores aerarii locaverunt (cf Dio 60, 10, 3. Momms. StR. II³ 468 A 1 = II² 460) quod fortasse iam a. 790/37 facere solebant; sed senatus ipsi consuli rem mandare maluit.

paene honore summotus. consules,

summotus est; deinde extraneo vel etiam domesticorum aliquo deferente assidue varieque inquietatus. Cum vero detecta esset Lepidi C. 9.

Suet. Gai. 24. quo facilius eas (sorores) in causa Aemilii Lepidi condemnavit — sed et tres gladios in necem suam praeparatos Marti Ultori, addito elogio, consecravit.

Seneca ep. 4, 7. Gaius Caesar iussit Lepidum Dextro tribuno praebere cervicem.

Joseph. Ant. Iud. XIX 1, 3, 20. Βινουκιανὸς δὲ τὰ μὲν Λεπίδου τε ἐκδικίᾳ, φίλον γὰρ αὐτῷ τὰ μάλιστα ὄντα τοῦτον καὶ τῶν πολιτῶν σὺν (ἐν coni. Niese) ὀλίγοις ἀναιρεῖ Γάιος, κ. τ. λ.

Rutilius Namat. de reditu 1, 305. Quartus (Lepidus) Caesareo dum vult irrepere regno, Incesti poenam solvit adulterii.

Dio 59, 22, 5. τῶν δὲ ἄλλων τοὺς μὲν πολλοὺς οὐδὲν δέομαι ὀνομαστὶ καταλέγειν, ὧν δὲ δὴ ἡ ἱστορία τὴν μνήμην ἀπαιτεῖ, φράσω. τοῦτο μὲν γὰρ Γαιτούλικον Λέντουλον, τά τε ἄλλα εὐδόκιμον ὄντα καὶ τῆς Γερμανίας δέκα ἔτεσιν ἄρξαντα, ἀπέκτεινεν, ὅτι τοῖς στρατιώταις ᾠκείωτο.

Dio 59, 22, 6 *sq.* = *Zon.* XI 6 *p.* 453. τοῦτο δὲ τὸν Λέπιδον ἐκεῖνον, τὸν ἐραστήν, τὸν ἐρώμενον, τὸν τῆς Δρουσίλλης ἄνδρα, τόν καὶ ταῖς ἄλλαις αὐτοῦ ἀδελφαῖς τῇ τε Ἀγριππίνῃ καὶ τῇ Λιουίλλῃ μετ' αὐτοῦ ἐκείνου συνόντα, ᾧ πέντε ἔτεσι θᾶσσον τὰς ἀρχὰς παρὰ τοὺς νόμους αἰτῆσαι ἐπέτρεψεν, ὃν καὶ διάδοχον τῆς ἡγεμονίας καταλείψειν ἐπηγγέλλετο, κατεφόνευσε. καὶ τοῖς τε στρατιώταις ἀργύριον ἐπὶ τούτῳ, καθάπερ πολεμίων τινῶν κεκρατηκώς, ἔδωκε, καὶ ξιφίδια τρία τῷ Ἄρει τῷ τιμωρῷ ἐς τὴν Ῥώμην ἔπεμψε.

---

qui sibi ingrata fecerant, Gaius honore movit, cf. Suet. Gai. 26: *consulibus oblitis de natali suo edicere abrogavit magistratum.* Dio 59, 20, 1: τὸν δὲ Δομίτιον καὶ ὕπατον εὐθὺς ἀπέδειξε, τοὺς τότε ἄρχοντας καταλύσας.

domesticorum. ex Josepho l. l. discimus Claudium a servo suo Polluce nescio cuius rei capitalis accusatum sed absolutum esse.

inquietatus. cf. Ner. 34: *summissis qui — Romae morantem litibus — inquietarent.*

detecta coniuratio. cf. Acta fratr. Arv Henzen p. XLIX = C. I. L. VI 2029: *a(nte) d(iem) VI k. Novemb. — ob detecta nefaria con[silia in Caes(arem) Aug(ustum) Germani]cum Cn. Lentuli Gae[tulici].*

Henzen l. l. p. 77 recte hoc sacrificium anno 792/39 tribuit. Gaetulicus enim interfectus est, cum C. Caesar in Gallia moraretur (Dio 59, 22), quo a. 792/39 profectus est, cum Kal. Januariis a. 793/40 tertium consulatum Luguduni inierit (Suet. Gai. 17, Dio 59, 24, 2). Cum autem Galba successor Gaetulici se praesenti Gaio approbare potuerit, (Galb. 6) Gaiusque ipse pr. Kal. Sept. a. 793/40 Romam redierit (Gai. 49), necesse est sacrificium a. 792/39 factum sit. De die tamen, quo coniuratio detecta est, nobis nihil compertum est; non enim assentiendum esse puto Schillero H. I. R. I p. 310 dicenti eo ipso die detectam coniurationem esse, quo sacrificium factum sit. Talia enim sacrificia semel fieri solent (neque hoc Henzenus

C. 9. et Gaetulici coniuratio, missus in Germaniam inter

---

l. l. enumerat inter anniversaria), priusquam igitur fratres Arvales sacrificare possent, litteras Romam a Gaio missas esse oportet.

Hic unicus locus est, ubi de coniuratione a Gaetulico simul cum Lepido facta certiores facti sumus, Gai. 24 enim solus Lepidus nominatur. Dissentit tamen Dio 59, 22, 5 causam mortis Gaetulici fuisse tradens, quod militum amorem assecutus esset (constat autem Gaetulicum severam disciplinam non rexisse, cf. Tac. Ann. VI 30. Suet. Galb. 6). Iure itaque suspicari possis, Lentulum ob causam a Dione traditam interfectum esse, Gaiumque in litteris ad senatum missis praetendisse, Lentulum in se conspiravisse, Suetoniumque Gaii 'commentarios secutum esse, cf. quoque Herzog Gesch. u. System II p. 263 A 1.

Si recte Henzen p. XLIX lacunam post verba *Lentuli Gae*[*tulici*] in hunc modum supplevit: [*b*(*ovem*) *m*(*arem*) *immolavit L. Salvius*] *Otho*, colligendum est, cum Lepidus non nominatus sit, coniurationes (ut cum Suetonio loquar) Gaetulici et Lepidi diversas fuisse. Quod qui admittit levi medela adhibita apud Suetonium legere poterit: *cum — detecta esset* <*et*> *Lepidi et Gaetulici coniuratio;* sed haec incerta sunt, nam in lacuna mentionem Lepidi factam fuisse nec probari nec negari potest.

(Ceterum Nipp.-Andr. de hac re sibi non constant; nam ad Tac. Ann. VI 30 recte dicunt, Gaetulicum a. 792/39 interfectum esse, contra ad Tac. Ann. XIV 2 hanc opinionem proferunt: „er (Lepidus) hatte sich mit Lentulus verschworen und wurde 40 n. Chr. hingerichtet").

[p. 33] *Lepidi*. M. (hoc praenomen habent Suet. Gai. 36. Dio 59, 11, 1) Aemilius Lepidus filius videtur fuisse M. Aemilii Paulli f. Lepidi cos. a. 759/6 (cf. C. I. L. VI 14845. XIV 2801. 2963. II 3695. I 752—755) proconsulis Asiae a. 774/21—775/22 (cf. Tac. Ann. III 32. Waddington fast. n. 70), qui a Velleio II 114 nominatur: *vir nomini ac fortunae Caesarum proximus*, de quo cf. Pauly-Wissowa Real-Enc. I p. 563. Lepidus sub Gaio tanta gratia floruit, ut, Drusilla sorore principis in matrimonium accepta (Dio 59, 11, 1, 22, 6), Gaius ei permiserit, ut quinque annis ante quam per leges liceret, honoribus fungeretur, successoremque sibi relinquere voluerit (Dio 59, 22, 6). Agrippina et Livilla, sorores Gaii quarum adulter Lepidus fuerat, eam ob causam in Pontias insulas relegatae sunt (cf. Dio 59, 22, 6 sq. Suet. Gai. 24. Tac. Ann. XIV 2).

Gaetulici. Cn. Cornelius Lentulus Gaetulicus filius erat Cn. Cornelii Lentuli Cossi cos. a. 753/1, qui cum proconsul Africae Gaetulos vicisset, in testimonium victoriae filio minori cognomen Gaetulicum indiderat, cf. Velleius II 116, 2: *Cossus victoriae testimonium etiam in cognomen filii contulit, adulescentis in omnium virtutum exempla geniti.*

Gaetulicus praetor peregrinus fuit a. 776/23, cf. fasti Arv. C. I. L. I² 1 p. 71 [*Cn. Le*]*ntulus Ga*[*etuli*]*c*(*us*) *per*(*egrinus*), consul a. 779/26, cf. C. I. L. II 2093. VI 343. X 896. XI 3805. fasti Arv. l. l. Per decem annos, (Dio 59, 22) legatus fuit Germaniae superioris (Tac. Ann. VI 30). Ad hunc spectat titulus urb. C. I. L. VI 9834: *Cn. Cornelius Atimetus Cn. Lentuli Gaetulici l. et procurator eiusdem fidelissimus hic sepultus est. Cossus Cornelius Cn.* [*f.*] *Lentulus Gaetulicus procuratori suo fidelissimo et nutricio piissimo de suo fecit et monumentum in Sabinis suis in villa Bruttiana.* Praeter Cossum in hoc titulo nominatum filii eius fuere Cn. Cornelius Lentulus Gaetulicus cos. suff. a. 808/55 et Cornelia Gaetulica nominata C. I. L. VI 1392 = Dess. n. 958: *Cornelia Gaetulici f. Gaetulica*, quam virginem Vestalem fuisse indicat titulus urbanus, in quo simul cum fratre Cosso nominatur C. I. L. VI 17170: *Eoni Cossi Gaetulici concubinae permissu Corneliae Gaetulici fil. V*(*irginis*) *V*(*estalis*). Nepos nominatur C. I. L. VI 1439 = Dess. n.

legatos ad gratulandum, etiam vitae periculum adiit, indignante ac frem ente Gaio patruum potissimum ad se missum quasi ad puerum regendum, adeo ut non defuerint, qui traderent praecipitatum quoque in flumen, sicut vestitus advenerat. Atque ex eo numquam non in senatu novissimus consularium C. 9.

Dio 59, 23, 2. *ἐπεὶ δὲ μαθόντες αὐτὰ οἱ βουλευταὶ ἄλλα τέ τινα αὐτῷ καὶ τὰ ἐπινίκια τὰ σμικρότερα ἐψηφίσαντο, πρέσβεις τε ἐπ' αὐτοῖς ἄλλους κλήρῳ καὶ τὸν Κλαύδιον αἱρετὸν ἔπεμψαν, τοῦτό τε ἐδυσχέρανεν, ὥστε καὶ αὖθις ἀπειπεῖν μήτε ἐπαίνου τι μήτε τιμῆς ἐχόμενον τοῖς συγγενέσιν αὐτοῦ γίγνεσθαι, καὶ ὅτι μὴ κατ' ἀξίαν τετιμῆσθαι ἐδόκει.*

Dio 59, 23, 5. *ἐκείνους μὲν οὖν τοὺς πρέσβεις διὰ ταῦθ' ὡς καὶ κατασκόπους ὑπιδόμενος, οὔτε πάντας προσεδέξατο, ἀλλ' ὀλίγους ἐπιλεξάμενος τοὺς λοιπούς, πρὶν ἐς τὴν Γαλατίαν ἐλθεῖν, ἀπεπέμψατο, οὐδ' οὓς γε προσήκατο σεμνοῦ τινος ἠξίωσεν, ἀλλὰ καὶ τὸν Κλαύδιον ἀπέκτεινεν ἄν, εἰ μὴ κατεφρόνησεν αὐτοῦ τὰ μὲν τῇ φύσει τὰ δὲ καὶ ἐκ προνοίας πολλὴν νωθείαν προσποιουμένου.*

---

959. Gaetulicus poëta quoque fuit, fortasse etiam historias scripsit, cf. Teuffel H. L. R. § 291, 1. Praeterea nominatur Sen. Q. N. IV praef. 15. Juv. 7, 95. 8, 26.

missus inter legatos. ex Dione (59, 23, 2), qui haec accuratius tradidit, videmus Claudium solum suffragiis delectum, reliquos legatos sorte ductos fuisse. Posterioribus liberae rei publicae temporibus et postea mos fuit, legatos ad magistratus principemve mittendos sorte duci, cf. Cic. ad Att. I 19, 2 sq.: *senatus decrevit ut — legati mitterentur, — cum de consularibus mea sors exisset, una voce senatus frequens retinendum me in urbe censuit.* Tac. Hist. IV 8: *vicit pars, quae sortiri legatos malebat, etiam mediis patrum adnitentibus retinere morem.* Raro senatus ipse ex legatis unum vel plures creavit, cf. Momms. StR. II³ 677 A 4 = II² 658.

patruum. patruus dicebatur censor morosus; patrui enim, ut fingebant homines, solebant mores minorum castigare. Cf. Cic. pro Caelio II 25: *qui in reliqua vita mitis esset, fuit in hac causa pertristis quidam patruus, censor, magister, obiurgavit M. Caelium sicut neminem umquam parens;* Horat. Od. III 12, 3: *patruae verbera linguae.* Sat. II 2, 97: *iratum patruum;* II 3, 88: *ne sis patruus mihi.* Persius I 11: *cum sapimus patruos;* Manilius V 454: *patruive rigorem.* Non tamen sine causa irascebatur Gaius; modo enim, cum sorores relegavisset, vetuerat cuiquam cognatorum suorum ullum honorem deferri, cf. Dio 59, 22, 9: *ἐπειδή τε συχνὰ αὐταῖς δι' ἐκεῖνον δῆλον ὅτι προεψήφιστο, ἀπηγόρευσε μηδενὶ τῶν συγγενῶν αὐτοῦ μηδεμίαν τιμὴν δίδοσθαι.* Quod nunc rursus vetuit (Dio 59, 23, 2).

novissimus consularium. consulares primi omnium senatorum sententiam rogabantur, atque ab hoc usu ne Gaius quidem in Claudio recedere ausus est, sed quonam loco inter consulares singuli sententiam dicerent, hoc consulis vel principis arbitrio relictum erat, cf. Varro apud Gellium XIV 7, 9. Momms. StR. III p. 975 A 2.

Gaius tamen a. 790/37 instituerat ut consulares sententiam dicerent eo ordine quo magistratum gessissent, cf. Dio 59, 8. 6: *κατέλυσε (ὁ Γάιος) τὸ πρῶτόν τινα*

C. 9. sententiam dixit, ignominiae causa post omnes interrogatus. Etiam cognitio falsi testamenti recepta est, in quo et ipse signaverat. Postremo sestertium octogies pro introitu novi sacerdotii coactus impendere, ad eas rei familiaris angustias decidit, ut cum obligatam aerario

Dio 59, 28, 5. Διάλιόν τε αὐτὸν ὀνομάσας (Γάιος), τήν τε Καισωνίαν τὴν γυναῖκα καὶ τὸν Κλαύδιον ἄλλους τε τοὺς πλουσιωτάτους ἱερέας προσέθετο, πεντήκοντα καὶ διακοσίας ἐπὶ τούτῳ παρ᾽ ἑκάστου μυριάδας λαβών.

τῶν ὑπατευκότων ἢ δεύτερον, πρὸς τὸ τοῖς τὴν γνώμην ἐπάγουσι δοκοῦν ψηφίζεσθαι, καὶ κατεστήσατο ἐκ τοῦ ἴσου τοῖς ἄλλοις καὶ ἐκείνους ἐν τῇ τάξει τῆς ἀρχῆς ἣν ἦρξαν ἀποφαίνεσθαι.

Gaius igitur a sua institutione discessit, ut Claudium ignominia afficeret.

interrogatus. ut praeter hunc locum Caes. 21. *Rogare* sententiam (senatorum), quod apud scriptores saepius invenitur quam *interrogare* apud Suetonium semel exstat: Caes. 21, cf. Momms. StR. III 977 A 4.

cognitio falsi testamenti recepta. utrum de cognitione senatus auctore Gaio facta, an de principis cogitandum sit, iam diiudicari nequit. Quamquam enim princeps proprie dicitur cognitionem recipere (cf. Mommsen StR. II^3 965 A 3 = II^2 926), non tamen negandum esse videtur, Suetonium dicere potuisse: senatus cognitionem recepit, cum senatus quoque eum, cuius cognitionem accusator postulaverat, reum recepisse dicatur (cf. Tac. Ann. IV 21. XIII 10.) Ceterum exemplum cognitionis falsi testamenti in senatu habes Tac. Ann. XIV 40.

in quo et ipse signaverat. quasi Claudius pecunia accepta sciens falsum commisisset.

sestertium octogies. Dio (59, 28, 5) tradens Claudium centies sertertium pro novo sacerdotio persolvere debuisse fortasse pretium magisterii (cf. infra) addidit.

pro introitu novi sacerdotii. cf. Suet. Gai. 22: *Quidam eum Latiarem Iovem consalutaverunt. Templum etiam numini suo proprium et sacerdotes et excogitatissimas hostias instituit. — Magisteria sacerdotii ditissimus quisque et ambitione et licitatione maxima vicibus comparabant.* Romae soli sacerdotes et apparitores eorum pro introitu summam pecuniae solvebant, in municipiis etiam magistratus, cf. Momms. StR. II^3 66 = II^2 63, I^3 359 A 6. = I^2 344 Marq. St. V. I^2 p. 181.

Quod nomen sacerdotes Gaii dei gesserint, non novimus, nam Mommseni suspicionem, qui (StR. I^3 352, A 5 = I^2 337) eos Augustales fuisse credit, non amplector, cum et Suet. (l.l.) et Dio (59, 28, 8) Gaium tradant Iovem appellatum esse.

aerario. singula sacerdotia suas arcas habebant, proprias partes aerarii. Quo modo sacerdotes et magistratus administrationem inter se partiti sint, nescimus, hoc saltem novimus, pecuniam, quae solvenda esset, magistratus exegisse, qui aerario praeessent.

[p. 37] *in vacuum lege praediatoria.* si quis pecuniam populo Rom. deberet, magistratus ab eo praedes exigebat, et si ita minus cautum esse videretur, ipsi debitori vel praedibus praeterea praedia subsignanda erant, cf. Lex Malac. c. 60: *si d(e) e(a) r(e) is praedibus minus cautum esse videbitur, praedia subsignato arbitratu eiusdem (qui comitia habebit).* Schol. Bob. in Cic. or. pro Flacco 32 (Orelli II 244): *ut aut qui vectigalia redimeret aut qui pro mancipe vectigalium fidem suam interpo-*

fidem liberare non posset, in vacuum lege praediatoria C. 9.

---

neret, loco pignoris praedia sua rei publicae obligaret. Debitore non praestante, quae promiserat, ex arbitrio magistratus pendebat, utrum ipsius debitoris bona an statim praedis vendere vellet. (Hac in re assentiri non possum Mommseno, qui (Stadtrechte von Salpensa und Malaca, Abh. der Sächs. Ges. der Wissensch. III p. 471) putavit iure Romano statim in praedes itum esse, bonaque debitoris (mancipis) tum demum veniri potuisse, si is simul manceps et praes fuisset, cuius rei exemplum vir summus sibi invenisse visus est in titulo Puteolano (C. I. L. I 577) Col. III l. 17: *C. Blossius idem praes.*

Sed, me iudice, collatis verbis Pauli s. v. *manceps* (p. 151 M, p. 139 Thewreck): *qui idem praes dicitur, quia tam debet praestare populo, quod promisit, quam is, qui pro eo praes factus est* verba *idem praes* idem valent quod *manceps*, ita ut manceps et praedes eadem obligatione tenerentur, cf. Karlowa (Hist. Iur. Rom. II p. 48, 53 sqq.), qui tamen (I p. 243, II 31) verba tituli Puteolani *idem praes* minus recte in hunc modum explicavit, ut praedes, (quorum nomina sequuntur) idem quod manceps a municipio Puteolano petere possent. Cf. Wiegand: die Puteolanische Bauurkunde Ann. Fleckeis. Suppl. XX p. 690 sqq).

Inventa demum lege municipii Flavii Malacitani (C. I. L. II 1964) didicimus, duobus modis praedes veniisse. Legitur enim c. 64: *Quicunque in municipio Flavio Malacitano in commune municipium eius municipi praedes facti sunt erunt, quaeque praedia accepta sunt erunt, — ii omnes et quae cuiusque eorum tum [fuerunt] erunt, cum praes — factus est erit, quaeque postea esse, cum ii obligati esse coeper[u]nt c[o]eperint, — in commune municipium eius municipii item obligati obligat[a]que sunto, uti ii e[a]ve p. R. obligati obligatave essent, si aput eos, qui Romae aerario praeessent ii praedes — facti eaque praedia subdita subsignata, obligatave essent. Eosque praedes eaque praedia — II viris, qui — praeerunt — vendere legemque his vendundis dicere ius potestasque esto, dum ea[m] legem is rebus vendundis dicant, quam legem eos qui Romae aerario praeerunt e lege praediatoria praedibus praediisque vendundis dicere oporteret, aut si lege praediatoria emptorem non inveniet, quam legem in vacuom vendendis dicere oporteret.*

Cautum igitur fuit — non lege, cf. Karlowa l. l. II p. 57; (apud Gaium IV 28, ubi antea legebatur *lege praediatoria*, nunc in editione Studemundiana legitur *lege censoria*) sed edictum praetoris de his rebus egit, cf. Dig. 23, 3, 54: *Gaius libro ad edictum praetoris, titulo de praediatoribus* — ut magistratus praedes vendere conaretur conditionibus praedi commodis, et si ita non venirent, in vacuum, i. e. sine ullis conditionibus. Prior modus vendendi tam usitatus erat, ut, quamquam venditio *in vacuum* aeque lege praediatoria fiebat, illa venditio proprie *e lege praediatoria* nominaretur, cf. lex Mal.: *si lege praediatoria emptorem non inveniet.* Cic. in Verr. I 54, 142: *ubi consuetudo in bonis praedibus praediisque vendundis omnium consulum, censorum, praetorum, quaestorum denique, ut optima conditione sit is, cuia res, cuium periculum sit?* Quaenam conditiones venditionis lege praediatoria emptori minus commodae fuerint, nescimus; ex Gaio II 61: *Item si rem obligatam sibi populus vendiderit, eamque dominus possederit, concessa est usus receptio; sed hoc casu praedium biennio usurecipitur, et hoc est, quod vulgo dicitur ex praediatura possessionem usurecipi; nam qui mercatur a populo praediator appellatur*, cum Mommseno l.l. p. 476, Karlowa l. l. II p. 58 colligendum esse videtur, hac venditione bona usu recipi potuisse.

Ut tamen ad Claudium revertamur, cum statuta die fidem suam non liberavisset,

C. 9. venalis pependerit sub edicto praefectorum.

X. Per haec ac talia maxima aetatis parte transacta, quinquagesimo anno imperium cepit quantumvis mirabili casu. Exclusus inter ceteros ab insidiatoribus

Dio 60, 2, 1 = Zon. XI 8 p. 460. ἦγε δὲ πεντηκοστὸν ἔτος τῆς ἡλικίας.

Philostrat. Vit. Apollonii ed. Kayser I p. 185. καίτοι πεντηκοντούτης μὲν (Κλαύδιος) ἐς τὸ ἄρχειν παρῆλθεν, ὅτε νοῦς μάλιστα ὑγιαίνει ἀνθρώπων.

Dio 59, 29, 6 = Zon. XI 7 p. 458. ἀλλὰ τηρήσαντες αὐτὸν ἐκ τοῦ θεάτρου ἐξελθόντα, — ἀπέκτειναν ἐν στενωπῷ τινι ἀπολαβόντες.

Dio 60, 1, 2. Κλαύδιον — συνῆν τε γὰρ τῷ Γαΐῳ.

Zon. XI 8 p. 459. Κλαύδιον — συνῆν γὰρ τῷ Γαΐῳ τοῦ θεάτρου ἐξερχομένῳ.

Joseph. Ant. Iud. XIX 1, 14, 101 sqq. σημαίνεται Γάιος ἐξαναστὰς καὶ θόρυβος ἦν, ἀνέστρεφον δὲ καὶ οἱ συνωμόται καὶ ἀνεωθοῦντο τὴν πληθύν, λόγῳ μὲν διὰ τὸ δυσχεραίνειν τὸν Γάιον, ἔργῳ δὲ ἐπ' ἀδείας βουλόμενοι ἐν ἐρημίᾳ τῶν ἀμυνουμένων καταστήσαντες αὐτὸν ἅπτεσθαι τῆς σφαγῆς. προεξῄεσαν δὲ Κλαύδιος μὲν ὁ πάτρως αὐτοῦ καὶ Μᾶρκος Βινίκιος ὁ τῆς ἀδελφῆς ἀνὴρ ἔτι δὲ Οὐαλέριος Ἀσιατικός, οὓς οὐδὲ βουλομένοις διακλεῖσαι δύναμις ἦν αἰδοῖ τῆς ἀξιώσεως, εἵπετο δ' αὐτὸς σὺν Παύλῳ Ἀρουντίῳ. ἐπεὶ δ' ἐντὸς ἦν τοῦ βασιλείου, τὰς μὲν εὐθείας ὁδοὺς λείπει, καθ' ἃς διεστήκεσαν τῶν δούλων οἱ θεραπεύοντες αὐτὸν καὶ προῄεσαν οἱ περὶ τὸν Κλαύδιον.

Joseph. l.l. 3, 1, 212. Κλαύδιος δέ, καθάπερ ἀνώτερον ἔφην, ἀπορρήξεως αὐτῷ τῶν Γαΐου ὁδῶν γενομένης.

---

bona eius primum lege praediatoria, sed emptore sic non invento, in vacuum i. e. sine ullis conditionibus venierunt. Non recte igitur Madvigius Adv. Crit. II p. 572, dudum post inventam legem Malacitanam, *in vacuum* explicavit per *in partem pecuniae deficientem „für das Mangelnde, für das Ungedeckte"*. Quae explicatio si vera esset, omnis venditio lege praediatoria facta *in vacuum* fieri recte dici posset, neque lex Malacitana tam accurate distinxisset.

venalis pependerit i. e. apud aerarium edictum quo venditio proscripta erat, pependit, cf. Dom. 9: *reos, qui ante quinquennium proximum apud aerarium pependissent.*

praefectorum. Suetonius h. l. magistratus, qui aerario praeerant, proprio nomine non appellavit, nam hac aetate praetores aerario praefuerunt, cf. c. 24.

Exclusus. dissentit Josephus (Ant. Iud. XIX § 101), qui diserte dicit Claudium cum M. Vinicio et Valerio Asiatico praegressum esse, Gaium autem ipsum, qui cum Paullo Arruntio sequebatur, aliam viam iniisse. Secundum eundem insidiatores turbam quoque summoverunt, sed hoc iam statim postquam Gaius e theatro egressus sit, factum esse narrat (l.l.).

Gaii, cum, quasi secretum eo desiderante, turbam summoverent, in diaetam, cui nomen est Hermaeum, recesserat; neque multo post rumore caedis exterritus, prorepsit ad solarium proximum interque praetenta foribus vela se abdidit. Latentem discurrens forte gregarius miles, animadversis pedibus, C. 10.

Suet. Gai. 58. alii (tradunt) Sabinum, summota per conscios centuriones turba, signum more militiae petiisse.

Joseph. Ant. Iud. XIX 3, 1, 212. *Κλαύδιος δέ — τοῦ οἴκου θορυβηθέντος πάθει τῆς Καίσαρος τελευτῆς, ἐν ἀμηχάνοις ὢν περὶ τῆς σωτηρίας ἔν τινι στενωπῷ κατειλημμένος ἔκρυπτεν αὑτόν.*

Joseph. l.l. § 214 sqq. *τότε δὲ πτοίας κατειληφυίας τὸν ὄχλον καὶ τοῦ βασιλείου παντὸς στρατιωτικῆς μανίας ἀνάπλεω γεγονότος καὶ δειλίας καὶ ἀταξίας ἰδιωτῶν οἷον ἀπειληφότων σωματοφυλάκων, οἱ περὶ τὸ στρατηγικὸν καλούμενον — ἐν βουλῇ περὶ τοῖς πρακτέοις ἦσαν, — καὶ τῶν Γερμανῶν τε ἐν τιμωρίαις τῶν σφαγέων ὄντων. — ὑφ᾽ ὧν ἁπάντων ὁ Κλαύδιος ἐθορυβεῖτο δεδιὼς περὶ τῆς σωτηρίας, ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ καὶ τῶν περὶ τὸν Ἀσπρήναν ἐτεθέατο τὰς κεφαλὰς παραφερομένας· εἱστήκει δὲ κατά τι προσβατὸν ὀλίγαις βαθμῖσι χωρίον ὑπεσταλκὼς τῷ κατ᾽ αὐτὸ σκότῳ.*

Dio 60, 1, 2 = Zon. XI 8 p. 459: *τὸν Κλαύδιον ἐν γωνίᾳ που σκοτεινῇ κατακεκρυμμένον — καὶ τότε τὴν ταραχὴν φοβηθεὶς ὑπέπτηξε.*

Victor Caes. III 16. Ti. Claudium occultantem — deformi latebra.

(*Victor*) *Epitome IV 2.* deformi latebra latere repertus.

Verba Dionis (60, 1, 2 *συνῆν τε γὰρ τῷ Γαΐῳ* non ita accipienda esse, quasi Claudius caedi Gaii affuisset, docet Zonaras (XI 8 p. 459) addens: *τοῦ θεάτρου ἐξερχομένῳ.*

quasi secretum. idem Josephus l.l. his verbis indicat: *λόγῳ μὲν διὰ τὸ δυσχεραίνειν τὸν Γάιον.*

est Hermaeum. huius diaetae, (cui, ut ex voce *est* colligendum, Suetonii aetate adhuc nomen Hermaeum fuit) fortasse mentio fit in titulo urbano C. I. L. VI 8663: *Symphoro tesserario ser(vo) Caesaris de domo Gelotiana, fecit Philodespotus ser. Caesaris ex Hermaeo fratri b. m.*

solarium. solaria super tectum non fastigatum esse solebant, aut sub caelo aut tecta (cf. C. I. L. VI 10234 v. 3). Idem Josephus l.l. indicat his verbis: *κατά τι προσβατὸν ὀλίγαις βαθμῖσι χωρίον.*

Vela singula conclavia domus Romanae velis discreta erant, nonnumquam et foribus et velis, cf. Tac. Ann. XIII 5: *ut astaret, additis a tergo foribus, velo discreta.* Vela addita erant, ut, si fores apertae essent, introitus tamen clauderetur.

gregarius miles i. e. miles oppositis centurionibus et tribunis. Nomen huic militi praetoriano secundum Josephum (l.l. § 217) fuit Gratus, patria vero, si recte Victor tradidit Epirus. (Hanc tamen Dio 74, 2 non nominat inter provincias, e quibus etiam ante Septimium Severum praetoriani conscripti sint).

[p. 40] *adgnovit.* Madvigius Adv. Crit. II p. 577 hoc vocabulum pro interpolato habuit dicens· „Recte omnia erunt sic scripta: *latentem — greg. miles — animadv. pedibus, studio scisc. quisn.*

C. 10. e studio sciscitandi quisnam esset, adgnovit, extractumque et prae metu ad genua sibi accidentem imperatorem salutavit. Hinc ad alios commilitones fluctuantes nec quicquam adhuc

Joseph. Ant. Iud. XIX 3, 1, 217 sqq. Καὶ Γρᾶτος τῶν περὶ τὸ βασίλειόν τις στρατιωτῶν θεασάμενος καὶ τοῦ μὲν ἀκριβωσομένου τὴν ὄψιν ἀμαθὴς ὢν διὰ τὸν σκότον, τοῦ δὲ ἄνθρωπον εἶναι τὸν ὑπολοχῶντα κριτὴς εἶναι μὴ ἀπηλλαγμένος, προσῄει τε ἐγγύτερον καὶ ὑποχωρεῖν ἠξιωκότος ἐπέκειτο καὶ καταλαβὼν ἐπιγνωρίζει „Γερμανικὸς μὲν οὗτος," φησὶν πρὸς τοὺς ἑπομένους, „καὶ στησώμεθα τοῦτον ἡγέμονα φερόμενοι." Κλαύδιος δὲ ἐφ' ἁρπαγῇ παρεσκευασμένους ὁρῶν καὶ δείσας μὴ κατὰ φωνὴν (φόνον ed. Naber, qui coni. φθόνον) ἀποθάνοι τὴν Γαΐου, φειδὼ σχεῖν ἠξίου, τοῦ κατ' αὐτὸν ἀνεπαχθοῦς ἀνάμνησιν αὐτοῖς ὑποτιθεὶς καὶ τοῦ ἀπρομηθοῦς τῶν γεγονότων. Καὶ ὁ Γρᾶτος μειδιάσας ἐπισπᾶται τῆς δεξιᾶς, καὶ „παῦσαι," φησιν, „μικρολογούμενος περὶ τῆς σωτηρίας δέον σε μεγαλοφρονεῖσθαι περὶ τῆς ἡγεμονίας, ἣν οἱ θεοὶ Γάιον ἀφῃρημένοι τῇ σῇ συνεχώρησαν ἀρετῇ πρόνοιαν τῆς οἰκουμένης λαβόντες. ἀλλ' ἴθι καὶ τῶν προγόνων ἀπολάμβανε τὸν θρόνον." ἀνεβάσταζέν τε αὐτὸν οὐ πάνυ τοῖς ποσὶ βαίνειν δυνάμενον ὑπό τε φόβου καὶ χάρματος τῶν εἰρημένων.

Dio 60, 1, 3 = Zon. XI 8 p. 459. καὶ αὐτὸν τὸ μὲν πρῶτον ὡς καὶ ἄλλον τινὰ ὄντα ἢ ἔχοντά τι ἐξείλκυσαν, ἔπειτα δὲ γνωρίσαντες αὐτοκράτορα προσηγόρευσαν.

Victor Caes. III 16. Forte unus ortus Epiri e cohortibus, quae Palatium per opportunos locos obsidebant Ti. Claudium — reperit, — protractoque eo exclamat apud socios si sapiant adesse principem.

---

esset, extractum, et accidentem — salutavit. Qui interpolavit non intellexit actionis gradum priorem participio significatum esse."

Summo viro assentiri non possum, nam me iudice nulla corruptela statuenda est et omnia, quamquam non optime dicta, sic ut tradita sunt recte se habent. Verba Dionis favent quidem Madvigii lectioni, sed haec causa mutandi idonea non est.

Atque si omnino quid mutandum esse censeas, *extractum adgnovit* scribere quam cum Madvigio *adgnovit* delere mallem.

imperatorem salutavit. milites quoque suo iure imperatorem facere poterant, neque quidquam intererat utrum pauci an multi milites aliquem imperatorem salutarent, cf. Momms. StR. II[3] 844. A 1 = II[2] 814. Sic Vespasianus, qui Kal. Jul. a. 822/69 Alexandriae a militibus imperator salutatus est, hunc diem imperii in posterum observavit (cf. Tac. Hist. I 79. Suet. Vesp. 6), quamquam a senatu demum m. Dec. huius anni imperator appellatus est (cf. Tac. Hist. III 78. 83. IV 3), cf. Momms. StR. II[3] 843 A 3 = II[2] 813.

fluctuantes cf. Joseph. l.l. § 214, 221/2.

quicquam—quam frementes. post Livium saepe scriptores *facere* omiserunt in locutionibus: *nihil amplius quam*, *nihil aliud quam*, *nihil minus quam*, *quid aliud quam*, ut fere significent *tantum*, cf. Kühner Gr. L. II p. 1046, 6. Nipp.-Andr. ad Tac. Ann. IV 34. Sic *nihil aliud quam* apud nostrum inve-

quam frementes perduxit. Ab his lecticae impositus et, quia sui diffugerant, vicissim succollantibus in castra C. 10.

Joseph. Ant. Iud. XIX, 3, 2, 221 sq. Συνεστρέφοντο δὲ περὶ τὸν Γρᾶτον ἤδη καὶ πλείους τῶν σωματοφυλάκων καὶ θεωροῦντες τὸν Κλαύδιον ἀγόμενον ἐσκυθρώπαζον δόξῃ τοῦ ἐπὶ κόλασιν ἕλκεσθαι τῶν ἐπὶ τοιοῖσδε ζημιῶν ὡς ἄνδρα ἀπράγμονα διὰ βίου τοῦ παντός· — τινὲς δὲ καὶ αὐτῶν τοῖς ὑπάτοις ἐντρέπειν κρίσιν ἠξίουν τὴν περὶ αὐτόν. καὶ πλειόνων τοῦ στρατιωτικοῦ συστρεφομένων φυγαί τε ἦσαν τοῦ ὁμίλου καὶ προόδων ἀπορία τῷ Κλαυδίῳ δι' ἀσθένειαν τοῦ σώματος, ἐπεὶ καὶ οἱ τὸ φορεῖον αὐτοῦ φέροντες περὶ τὴν ἁρπαγὴν αὐτοῦ πύστεως παραγενομένης φυγῇ ἔσωζον αὑτοὺς ἀπ' ἐλπίδος θέμενοι τὴν σωτηρίαν τοῦ δεσπότου.

Joseph. l. l. § 214 sq. οἱ περὶ τὸ στρατηγικὸν καλούμενον, — ἐν βουλῇ περὶ τοῖς πρακτέοις ἦσαν, ὅσοι δὲ καὶ παρετύγχανον, τὴν μὲν Γαΐου τιμωρίαν ἐν ὀλίγῳ τιθέμενοι διὰ τὸ κατὰ δίκην αὐτῷ τὰς τύχας συνελθεῖν, τὰ δὲ περὶ αὑτοὺς ἀνεσκοποῦντο μᾶλλον ὃν τρόπον σχήσοι καλῶς.

Joseph. l. l. § 226 sqq. Ταῦτα (οἱ στρατιῶται) πρός τε ἀλλήλους καὶ δι' αὐτοὺς διεξῄεσαν καὶ τοῖς ἀεὶ προσπίπτουσιν διηγοῦντο. οἱ δὲ πυνθανόμενοι προθύμως ἐδέχοντο τὴν πρόκλησιν, συμφράξαντές τε καὶ περικλείσαντες ἦγον ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου φοράδην ἀναβαστάσαντες, ὡς μὴ ἐμποδίζοιτο αὐτοῖς ἡ ἔπειξις. — ὁ δὲ δῆμος φθόνῳ τε πρὸς ἐκείνην (τὴν βουλήν) καθιστάμενος — ἔχαιρεν τοῦ Κλαυδίου τῇ ἁρπαγῇ.

Joseph. l. l. 2. 1, 162. ἐν τούτῳ δὴ ὄντων τῶν πραγμάτων αἰφνίδιον ἁρπάζεται Κλαύδιος ἐκ τῆς οἰκίας.

Joseph. Bell. Iud. II 11, 1, 204. Γαΐου δὲ — δολοφονηθέντος ἁρπάζεται μὲν ὑπὸ τῶν ἐν Ῥώμῃ στρατευμάτων εἰς τὴν ἀρχὴν Κλαύδιος.

Dio 60, 1. 3 = Zon. XI 8 p. 459: καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον αὐτὸν ἤγαγον.

---

nitur Caes. 20. Aug. 83. Ner. 43. Vesp. 5. Dom. 21. *nihil amplius quam* Aug. 7. Tib. 32. Gai. 44. Cl 16. Ner. 39. Galb. 19. Tib. 9. Dom. 3. Hic tamen unicus, quantum scio, locus apud Suetonium est, ubi etiam vocabulum *aliud* vel *amplius* omissum est.

frementes. cf. Joseph. A. I. XIX 2. 1, 162: *οἱ — στρατιῶται συνόδου γενομένης αὐτῶν ἀλλήλοις, καὶ αὐτοῖς λόγον δόντες περὶ τοῖς ποιητέοις ἑώρων δημοκρατίαν ἀδύνατόν τε ὂν ἐν κράτει τοσῶνδε ἄν ποτε γενέσθαι πραγμάτων ἐξικομένην τε οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τῷ αὐτῶν κτήσασθαι τὴν ἀρχήν, εἴ τέ τις τῶν κατὰ ἕνα σχήσοι τὴν ἡγεμονίαν, εἰς πάντα λυπηρὸν αὐτοῖς εἶναι μὴ οὐ συνεργοῖς τῆς ἀρχῆς κατάστασιν.*

lecticae. mos fuit eum, qui imperator salutatus esset, lectica in castra portari, cf. Tac. Ann. XII 69. Hist. I 27. Suet. Ner. 8. Joseph. l. l. 3, 3, 222.

sui i. e. Claudii lecticarii. Hanc lectionem codicum iam Casaubonus recepit pro coniectura *servi* priorum editionum.

vicissim. ut celerius irent, cf. Joseph. l. l. § 222: *φοραδὴν ἀναβαστάσαντες.*

succollantibus i. e. in collo sibi collocantibus ut circumscribit Catullus 10, 23: *in collo sibi collocare posset.* Idem verbum invenitur Otho 6: *donec omissa mora succollatus.*

castra sc. praetoriana, sita ante por-

C. 10. delatus est tristis ac trepidus, miserante obvia turba quasi ad poenam raperetur insons. Receptus intra vallum, inter excubias militum pernoctavit, aliquanto minore spe quam fiducia. Nam consules cum senatu et cohortibus urbanis forum

---

tam Viminalem prope portam Nomentanam (Suet. Ner 48), cf. Tac. Ann. IV 2. Dio 57, 19, 6. Suet. Tib. 7. Schol. Juv. 10, 94.

miserante turba. Suetonius tradidit affectum multitudinis, simulac Claudium vidit, Josephus l. l. § 228: *ὁ δὲ δῆμος — ἔχαιρεν Κλαυδίου τῇ ἁρπαγῇ*, postquam certior facta est, quid milites eo facere vellent.

Receptus intra vallum. ad hanc rem spectant nummi (Eckhel D. N. VI 235. Cohen I Claud. n. 32—38) cusi a. 794/41—799/46: *imper(atore) recept(o)*.

minore spe quam fiducia. inter milites iam securus et sine metu erat, spes tamen potiundi imperii, quod praetoriani ei detulerant, infirma erat.

consules. ad quos summum imperium morte C. Caesaris redierat, cf. Herodian. II 12, 7: *τῶν ὑπάτων κελευσάντων, οἳ τὰ τῆς Ῥώμης διοικεῖν εἰώθασιν, ὁπήνικα ἂν τὰ τῆς βασιλείας μετέωρα ᾖ*. Momms. StR. II[3] 1144, 1 = II[2] 1087. Consules tunc erant Cn. Sentius Saturninus, Q. Pomponius Secundus, cf. Jos. Bell. Iud. II 11, 1: *ὑπάτων Σεντίου Σατορνίνου καὶ Πομπωνίου Σεκούνδου*. C. I. L. X 2792. VI 20141. (cf. C. I. L. VI 2015. Dio 59, 29, 5).

senatu. a consulibus in Capitolium convocato, cf. Suet. Gai. 60. Dio 60, 1, 1.

cohortibus urbanis. cohortes urbanae gradu et honore praetoriis proximae sine dubio aemulatione contra praetorianos perductae sunt, ut consulum partes sequerentur. Erant sub praefecto urbi, quo munere tunc fortasse fungebatur Q. Sanquinius Maximus (quem a. 792/39 praefectum urbi fuisse dicit Dio 59, 13, 2), cuius potestas tamen, utpote mandata, simul cum morte Gaii desierat.

Tres cohortes urbanae ab Augusto institutae erant (Suet. Aug. 49. — Dio 55, 24, 6 non recte quattuor fuisse tradidit), et a. 776/23 tres fuisse novimus ex Tacito (Ann. IV 5). Postea numerum auctum esse certum est, sed neque in quantum, neque quando hoc factum sit certo novimus. Secundum Mommsen (Herm. XVI p. 645) sub Claudio hoc factum est, sed nescio an melius a C. Caesare numerum auctum esse ponamus, cum verisimile esse putem eodem tempore et numerum cohortium praetoriarum (hoc Mommsen Herm. XIV p. 34 aut sub C. Caesare aut sub Claudio factum esse censet) et urbanarum auctum esse; et Josephus Ant. Iud. XIX 2, 3, 188 quattuor cohortes urbanas a. 794/41 a consulum partibus stetisse narret. Quamquam Josephus, ubi res Romanas tangit, non est scriptor magni momenti (de eo in universum nuper recte iudicavit Krohmeyer Herm. XXIX p. 573 A. 2: „Man kann überhaupt die Bemerkung machen, dass Josephus' Angaben um so unzuverlässiger werden, je weiter sie sich von der unmittelbar Jüdischen Geschichte entfernen"), auctoritas tamen eius hac in re maior fit, quod correxit, quae antea scripserat. Bell. Iud. II 11. 1 enim legimus: *ἡ δὲ σύγκλητος — τρισὶν ταῖς συμμενούσαις σπείραις ἐπιτρέψασα φυλάττειν τὴν πόλιν*; contra Ant. Iud. l. l. *Χαιρέας δὲ τὸ σημεῖον λαβὼν παρεδίδου τῶν στρατιωτῶν τοῖς πρὸς τὴν σύγκλητον συνεστηκόσιν, ἦσαν δὲ εἰς σπείρας τέσσαρας οἷς τὸ ἀβασίλευτον τιμιώτερον τῆς τυραννίδος προύκειτο.* Me iudice Josephus sine dubio posteriore loco veriora tradidit, nam in Antiquitatibus res, quae post mortem Gaii factae sunt, multo accuratius quam in Bello Iudaico tradidit et, cum utrumque opus Romae scripserit, nulla est causa, cur eum in Antiquitatibus scribendis sui temporis (quo constat Romae quattuor cohortes urbanas fuisse, cf. diploma Vespasiani a. 829/76 (C. I. L. III p. 853): *item militibus, qui in cohor-*

Capitoliumque occupaverant, asserturi communem libertatem; C. 1…

Suet. Gai. 60. et senatus in asserenda libertate adeo consensit, ut consules primo non in curiam, quia Iulia vocabatur, sed in Capitolium convocarent.

Joseph. Ant. Iud. XIX 1, 20, 160 sq. *προύθεσαν δὲ καὶ οἱ ὕπατοι διάγραμμα Γαΐου μὲν κατηγορίας ποιούμενοι, κελεύοντες δὲ τῷ τε δήμῳ καὶ τοῖς στρατιώταις ἐπὶ τὰ αὐτῶν ἀπιέναι, τῷ μὲν δήμῳ πολλὴν ἀνέσεως ἐπαγγελλόμενοι ἐλπίδα, τῷ στρατιωτικῷ δὲ τιμῶν, εἰ ἐν κόσμῳ μείνειαν τῷ εἰωθότι μηδὲν ὑβρίζειν ἐξαγόμενοι· — ἐφθάκει δὲ ἤδη τῶν βουλευτῶν τὸ πᾶν πλῆθος συνειλεγμένον καὶ μάλιστα οἱ εἰς* (del. Naber) *τοῦ Γαΐου συνελθόντες* (*συνθέντες* Naber cum Epit.) *τὸν φόνον θράσει τε ἤδη χρώμενοι κἂν φρονήματι μεγάλῳ ὄντες ὡς εἰς αὐτοὺς ἀνακειμένων δὴ* (*ἤδη* Epit.) *τῶν πραγμάτων.*

Joseph. l. l. 2, 1. 2, 167—184. oratio Sentii Saturnini consulis.

„ „ *2, 3, 186.* *προεληλύθει δὲ ἡ νὺξ ἐπὶ μέγα καὶ Χαιρέας δὲ σημεῖον ᾔτει τοὺς ὑπάτους, οἱ δὲ ἐλευθερίαν ἔδοσαν.*

Joseph. l. l. § 188. *Χαιρέας δὲ τὸ σημεῖον λαβὼν παρεδίδου τῶν στρατιωτῶν τοῖς πρὸς τὴν σύγκλητον συνεστηκόσιν. ἦσαν δὲ εἰς σπείρας τέσσαρας, οἷς τὸ ἀβασίλευτον τιμιώτερον τῆς τυραννίδος προύκειτο.*

Joseph. Bell. Iud. II 11, 1, 205. *ἡ δὲ σύγκλητος ἐξηγουμένων τῶν ὑπάτων Σεντίου Σατορνίνου καὶ Πομπωνίου Σεκούνδου τρισὶν ταῖς συμμενούσαις σπείραις ἐπιτρέψασα φυλάττειν τὴν πόλιν εἰς τὸ Καπετώλιον ἠθροίσθη καὶ διὰ τὴν ὠμότητα τὴν Γαΐου Κλαυδίῳ πολεμεῖν ἐψηφίζετο. Καταστήσεσθαι γὰρ δι' ἀριστοκρατίας, ὥσπερ οὖν πάλαι διῳκεῖτο, τὴν ἀρχὴν ἢ κρινεῖν ψήφῳ τὸν ἄξιον τῆς ἡγεμονίας.*

Joseph. Ant. Iud. XIX 4, 5, 263. *καὶ τῶν ὑπάτων ὁ ἕτερος Κόιντος Πομπώνιος δι' αἰτίας ἦν τῷ στρατιωτικῷ μᾶλλον ὡς ἐπ' ἐλευθερίᾳ τὴν σύγκλητον παρακαλῶν.*

Dio 60, 1, 1 = Zon. XI 8 p. 459. *φυλακὰς ἑκασταχόσε τῆς πόλεως οἱ ὕπατοι διαπέμψαντες τήν τε βουλὴν ἐς τὸ Καπιτώλιον ἤθροισαν, καὶ πολλαὶ καὶ ποικίλαι γνῶμαι ἐλέχθησαν, τοῖς μὲν γὰρ δημοκρατεῖσθαι, τοῖς δὲ μοναρχεῖσθαι ἐδόκει, καὶ οἱ μὲν τόν, οἱ δὲ τὸν ᾑροῦντο. καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἡμέραν τὴν λοιπὴν καὶ τὴν νύκτα πᾶσαν κατέτριψαν μηδὲν τελειώσαντες.*

---

tibus novem praetoriis et quattuor urbanis (*militaverunt*)) memorem fuisse putemus. Accedit, quod in hac parte Antiquitatum Josephus saepius correxit, quae antea scripserat. Sic Bell. Iud. II 9, 6, 181 correxit Ant. Iud. XVIII 6, 10, 237; Bell. Iud. II 9, 6, 183 (ubi Niesius minus recte pro lectione tradita: *Ἱσπανίαν* dedit *Γαλλίαν*, cf. Schürer Gesch. d. jüd. Volk. I[2] p. 372 A. 45) correxit Ant. Iud. XVIII 7, 2, 252, et quae Bell. Iud. II 11, 3 scripserat mutavit Ant. Iud. XIX 4, 2. Itaque C. Caesarem puto et numerum cohortium urbanarum auxisse et novem praetoriis cohortibus tres addidisse, cui opinioni, quod sciam, tituli non obstant.

C. 10. accitusque et ipse per Tr. Pl. in curiam ad suadenda

Joseph. Ant. Iud. XIX 3, 3, 229. γνοῦσα δ' ἡ βουλὴ τὸν Κλαύδιον ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἀφιγμένον εἰς τὸ στρατόπεδον πέμπει πρὸς ἐκεῖνον ἄνδρας ἀρετῇ τοὺς ἐξ αὐτῶν (προὔχοντας addit Epitome), οἱ διδάξειαν μὴ δεῖν ἐπὶ καθέξει τῆς ἀρχῆς βιάζεσθαι, παραχωρεῖν δὲ τῇ συγκλήτῳ τοσῶνδε ἀνδρῶν ἕνα ὄντα ἡσσώμενον.

Joseph. l. l. 3, 4, 234. Καὶ οἱ μὲν πρεσβευταὶ Οὐηράνιός τε καὶ Βρόγχος, δήμαρχοι δὲ ἦσαν ἀμφότεροι, τοῖσδε ἐχρῶντο τοῖς λόγοις καὶ καθικέτευον τοῖς γόνασιν αὐτοῦ προσπεσόντες μηδαμῶς πολέμοις καὶ κακοῖς ἐμβαλεῖν τὴν πόλιν. θεωροῦντες δὲ στρατιᾶς πλήθυι τὸν Κλαύδιον πεφραγμένον καὶ τὸ μηδὲν τοὺς ὑπάτους ὄντας συγκρίσει τῇ πρὸς αὐτόν, ἐπῆγον, εἰ τῆς ἀρχῆς ὀρέγοιτο, παρὰ τῆς βουλῆς δέχεσθαι διδομένην· αἰσιώτερον γὰρ καὶ εὐδαιμονέστερον χρῆσθαι τὸν μὴ μετὰ ὕβρεως ἀλλ' εὐνοίᾳ τῶν διδόντων παραλαμβάνοντα.

Dio 60, 1, 4. οἱ δ' ὕπατοι τέως μὲν ἄλλους τε καὶ δημάρχους πέμποντες ἀπηγόρευον αὐτῷ μηδὲν τοιοῦτον ποιεῖν, ἀλλ' ἐπί τε τῷ δήμῳ καὶ τῇ βουλῇ καὶ τοῖς νόμοις γενέσθαι.

Victor Caes. III 8. Quod ubi patres accepere, mittunt ocius ausum comprimere.

[p. 43] *Asserturi-libertatem* i.e. asserturi liberam rem publicam. Uterque consul hoc voluit, de Sentio cf. orationem quam in senatu habuit (Joseph. Ant. Iud. XIX, § 167—184), de Pomponio hoc diserte dicit Joseph. l. l. § 263, ita ut Claudius hunc vix contra milites servare potuerit. Cf. quoque Suet. Gai. 60: *ut (senatum) non in curiam, quia Julia vocabatur-convocarent.* Joseph. Ant. Iud. XIX 2, 3, 186: *Χαιρέας δὲ σημεῖον ᾔτει τοὺς ὑπάτους, οἱ δὲ ἐλευθερίαν ἔδοσαν.* Sentio hoc sub Claudio non nocuit, nam sine dubio Cn. Sentius, qui secundum Eutropium VII 13 cum A. Plautio expeditioni Britannicae praefuit, idem est, (a Nerone tamen eum necatum esse non negaverim, cf. Tac. Hist. IV 7: *fuisse Vespasiano amicitiam cum — Sentio*, collato titulo Saepinate ante consulatum posito C. I. L. IX 2460: (*nomen erasum*) *Cn. f. Saturnin*[*o*] *Q. Tr. Pl. Pr.*). Pomponio tamen sine dubio haec fuit causa, cur paulo post a P. Suillio Rufo accusatus, particeps seditionis Camilli Scriboniani (c. 13) factus sit, (hoc enim patet ex chronologica, puto, enumeratione eorum, quos Suillius reos fecerat apud Tac. Ann. XIII 43), nomenque eius ex fastis feriarum Latinarum (C I. L. VI 2015) erasum sit.

[p. 43] *communem* i. e. *publicam.* hac significatione saepius *communis* apud scriptores et in titulis huius aetatis invenitur. Cf. Momms. Stadtrechte p. 457.

accitus. magistratus, qui senatum habet, senatores in curiam accersere et etiam cogere potest, ut veniant. Cf. Momms. StR. III 937 A 4.

Secundum Suetonium Claudius a consulibus in curiam accitus est, nimirum ut in eorum potestate esset. Josephus (Ant. Iud. XIX § 230—233) tamen narrat legatos primo Claudio imperasse, ut senatui oboediret, bellumque minatos esse, si noluisset (eadem tradit Dio 60, 1, 4), sed cum Claudium militibus circumdatum vidissent, metu commotos, ad genua eius accidentes petiisse, ut, si imperium cuperet, a senatu saltem acciperet.

quae viderentur, vi se et necessitate teneri respondit. C. 10

Joseph. l. l. 4, 2, 246. ἔλεγεν οὖν Κλαύδιος, οὐ θαυμάζειν τὴν βουλὴν ἡδονῇ μὴ φέρουσαν ἄρχεσθαι διὰ τὸ ὠμότητι τετρῦσθαι τῶν πρότερον ἐπὶ τὸ ἡγεμονεύειν καταστάντων, γεύσειν τε αὐτοὺς ἐπιεικείᾳ τῇ καθ' αὐτὸν μετρίων καιρῶν, ὀνόματι μὲν μόνῳ τῆς ἀρχῆς ἐσομένης (αὐτῷ addit Epit.), ἔργῳ δὲ κοινῆς πᾶσι προκεισομένης εἰς μέσον. διὰ πολλῶν δὲ καὶ ποικίλων ὠδευκότι πραγμάτων ἐν ὄψει τῇ ἐκείνων καλῶς ἔχειν μὴ ἀπιστεῖν. καὶ οἱ μὲν πρέσβεις τοιούτων ἀκροάσει λόγων καθομιληθέντες ἐξεπέμποντο.

Joseph. Bell. Iud. II 11, 2, 207. ὁ δ' (Κλαύδιος) αὐτὸν (Ἀγρίππαν) πρεσβευτὴν πρὸς τὴν σύγκλητον ἀναπέμπει δηλοῦντα τὴν ἑαυτοῦ προαίρεσιν, ὅτι πρῶτον μὲν ἄκων ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἁρπαγείη, καὶ οὔτε τὴν ἐκείνων σπουδὴν ἐγκαταλιπεῖν δίκαιον οὔτε ἀσφαλὲς τὴν αὑτοῦ τύχην κρίνοι.

Joseph. l. l. 11, 3, 209. ταῦτ' ἀπήγγειλεν Ἀγρίππας, ἡ δὲ βουλὴ ἀπεκρίνατο — δουλείαν ἑκούσιον οὐχ ὑπομενεῖν. καὶ Κλαύδιος ὡς ἤκουσε τὰ παρὰ τῆς βουλῆς πάλιν ἔπεμψεν τὸν Ἀγρίππαν ἀπαγγελοῦντα αὐτοῖς ὅτι προδοῦναι τοὺς εἰς αὐτὸν ὁμονοήσαντας (ὀμόσαντας Naber cum dett.) οὐχ ὑπομένει.

[p. 44] *per Tr. Pl.* secundum Josephum (l.l. § 245: *Καὶ ὁ μὲν (Ἀγρίππας) ταῦτα εἶπεν, καὶ — πεμφθεὶς σὺν ἑτέροις)* cum tribunis plebis Agrippa rex Iudaeae legatus missus est, secundum Dionem (60, 1, 4) complures alii. Josephus l. l. § 234 nomina quoque tribunorum plebis tradidit: Veranium et Brocchum (apud Josephum l.l. cum Hudsono *Βρόκχος* pro *Βρόγχος* scribendum esse videtur, ut Naber etiam edidit).

De Broccho nihil novimus. Veranius autem sine dubio idem est ac Q. Veranius, qui a. 802/49 consul fuit (Tac. Ann. XII 5. Frontin. aq. 102. Phlegon Mirab. 22. Solin. 1, 29. C. I. L. II 1438. C. I. L. I² p. 247 (fast. Antiat.)), quem potius filium legati Germanici a. 772/19 (Tac. Ann. II 56. 74. III 10. 13. 17. 19) fuisse credo quam ipsum legatum (ita Nipp.-Andr. ad Tac. Ann. XII 5). Ante consulatum Veranius legatus pro praetore Lyciae fuerat (cf. ad c. 25); post eum a. 811/58 legatus consularis Britanniae factus, in ea legatione mortuus est. (Tac. Ann. XIV 29. Agr. 14: *intra annum exstinctus*).

Veraniam, uxorem Pisonis Liciniani, filii adoptivi Galbae, (Plut. Galba 28. Tac. Hist. I 47. Plin. Ep. II 20, 2), huius filiam fuisse docet titulus urbanus Bull. dell' Inst. 1885 p. 10 = Dess. n. 240: *[d]is manibus [L.] Calpurni [P]isonis Frugi Liciniani [XV] vir. s. f. et Ve[r]aniae Q. Verani cos. aug. f. Geminae Pisonis Frugi.*

in curiam i. e. in Capitolium (cf Suet. Gai. 60: *non in curiam, quia Iulia vocabatur, sed in capitolium convocarent*), quo saepe, imprimis in cellam Jovis Capitolini, senatus convocatus est, cf. Momms. StR. III 928 A 2. Curia hoc loco recte dicitur, nam ubi senatus habetur, curia est. Sic Tac. Ann. II 37, cum senatus haberetur in bibliotheca Palatina, dicit: *quattuor filiis ante limen curiae adstantibus;* et Dio 58, 9, 4. 5 locum, in quem senatus convocatus est modo *τὸ Ἀπολλώνιον*, modo *τὸ βουλευτήριον* appellat.

vi et necessitate. vi i. e. militum, qui Claudium abire non passuri essent, *necessitate*, cum in senatus potestatem venire nollet. Hanc partem responsi Josephus quoque novit, qui tamen haec per Agrippam in senatu dicta esse tradit, cf. Bell. Iud. II 11, 2, 207: *ὅτι — οὔτε ἀσφαλὲς τὴν ἑαυτοῦ τύχην κρίνοι*, ubi Lat. interpres haec dat: *immo iam tutam aliter suam non esse fortunam.* Plane diversum

C. 10. Verum postero die et senatu segniore in exsequendis conatibus per taedium ac dissensionem diversa censentium, et multitudine,

Joseph. Ant. Iud. XIX, 4, 3, 248 sqq. συνεκάλουν δὲ οἱ ὕπατοι τὴν βουλὴν εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ νικηφόρου Διός· ἔτι δὲ νὺξ ἦν. τῶν δὲ οἱ μὲν ἐν τῇ πόλει κλέπτοντες ἑαυτοὺς ἐνεδοίαζον πρὸς τὴν ἀκρόασιν, τοῖς δὲ ἐπὶ τῶν ἰδίων ἀγρῶν ἐγεγόνεσαν ἔξοδοι προορωμένοις ᾗ χωρήσει τὸ πᾶν ἐν ἀπογνώσει τοῦ ἐλευθέρου γεγονότες, καὶ πολὺ κρεῖττον ἐν ἀκινδύνῳ τοῦ δουλεύειν ὑπειληφότες διαβιοῦν ἀργίᾳ τοῦ πονεῖν ἢ (καὶ Naber) κτώμενοι τὸ ἀξίωμα τῶν πατέρων περὶ τῆς σωτηρίας ἀμφίβολοι καταστῆναι. συνελέγησαν δ' ὅμως ἑκατὸν οὐ πλείους, καὶ διαβουλευομένων περὶ τῶν ἐν χερσὶν αἰφνίδιον αἴρεται βοὴ τοῦ συνεστηκότος αὐτοῖς στρατιωτικοῦ στρατηγὸν αὐτοκράτορα κελευόντων τὴν βουλὴν ἑλέσθαι καὶ μὴ φθείρειν πολυαρχίᾳ τὴν ἡγεμονίαν. καὶ τὸ μὲν καθ' ἑαυτοὺς ἀπεφαίνοντο περὶ τοῦ μὴ πᾶσιν, ἀλλ' ἑνὶ τὴν ἀρχὴν ἐφέσιμον εἶναι, ἐᾶν δὲ ἐκείνοις ἐπιτρέπειν, ὅστις τοσαύτης προστασίας ἄξιος. ὥστε ἐν ἀδημονίᾳ τὰ τῶν συγκλητικῶν ἦν πολὺ πλέον δι' ἁμαρτίαν (διαμαρτίᾳ Naber) μὲν τοῦ κατὰ τὴν ἐλευθερίαν αὐχήματος, φόβῳ δὲ τοῦ Κλαυδίου. οὐ μὴν ἀλλ' ἦσαν οἱ ἐφιέμενοι γένους τε ἀξιώματι καὶ οἰκειότησιν γάμου· καὶ γὰρ Μινουκιανὸς (Βινίκιον Hudson) Μᾶρκον καὶ τὸ καθ' αὑτὸν γενναιότητι ἀξιόλογον ὄντα καὶ δὴ ἀδελφὴν Γαΐου γεγαμηκότα Ἰουλίαν, πρόθυμός τε ἦν (πρόθυμον ὄντα Naber cum Epit.) ἀντιποιεῖσθαι τῶν πραγμάτων, κατεῖχον οἱ ὕπατοι πρόφασιν ἐκ προφάσεως ἀναρτῶντες· Οὐαλέριόν τε Ἀσιατικὸν Βινουκιανὸς εἷς τῶν Γαΐου σφαγέων ἀνεῖχε τοιούτων διανοιῶν. ἐγεγόνει δ' ἂν φόνος οὐ τινος ἐλάσσων ἐπιχωρηθέντων (συγχ. Naber cum Epitome) τῶν ἐπιθυμούντων τῆς ἡγεμονίας, ὥστε ἀντιτάξασθαι Κλαυδίῳ. ἄλλως τε καὶ οἱ μονομάχοι, πλῆθος δ' ἦν αὐτῶν ἀξιόλογον, καὶ τῶν στρατιωτῶν οἱ νυκτοφυλακοῦντες ἐπὶ τῆς πόλεως, ἐρέται τε ὁπόσοι, συνέρρεον εἰς τὸ στρατόπεδον, ὥστε τῶν μετιόντων τὴν ἀρχὴν οἱ μὲν φειδοῖ τῆς πόλεως, οἱ δὲ καὶ φόβῳ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀπέστησαν.

---

tamen responsum legati tulerunt secundum Josephum Ant. Iud. l. l. § 246 (cf. testimonia).

postero die. a. d. VIII kal. Febr., nam a. d. VIIII kal. Febr. Gaius interfectus est, cf. Suet. Gai. 58.

senatu segniore. senatus tunc convocatus erat in templum Iovis Victoris in Capitolio (Dio 60, 35), sed non plus centum senatores praesentes erant, cf. Joseph. Ant. Iud. l. l. § 248.

per taedium ac dissensionem. haec dicta sunt per figuram ἓν διὰ δυοῖν; per taedium, quo dissensio eos affecerat. De dissensione cf. Dio 60, 1, 1: πολλαὶ καὶ ποικίλαι γνῶμαι ἐλέχθησαν — καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἡμέραν τὴν λοιπὴν καὶ τὴν νύκτα πᾶσαν κατέτριψαν μηδὲν τελειώσαντες.

multitudine quae circumstabat. Suetonius semper parcus verborum, hoc loco etiam obscurus est. Quid enim obiectum vocis *circumstabat* sit, *senatum* an *Claudium* iam diiudicari nequit, itaque explicatio quoque vocis *multitudine* incerta est. Si *senatum* est obiectum, collato

quae circumstabat unum rectorem iam et nominatim exposcente, armatos pro contione iurare in nomen suum passus est pro- C. 10.

Joseph. l. l. 4, 254—260. Χαιρέας καὶ οἱ σὺν αὐτῷ παρελθόντες ἐν ἐπιχειρήσει λόγων ἦσαν πρὸς τοὺς στρατιώτας. τῶν δὲ τὸ πλῆθος — ἀνεθορύβησεν μὴ ἐφιέναι ὥστε εἰπεῖν διὰ τὸ ὡρμῆσθαι πάντας ἐπὶ τῷ μοναρχεῖσθαι, τὸν δὲ ἡγησόμενον ἐκάλουν ὡς οὐκ ἀνεξόμενοι τὰς τριβάς. τῇ συγκλήτῳ δὲ ἀπορία ἄρχειν τε καὶ ὃν ἀρχθεῖεν ἂν τρόπον οὔτε δεχομένων αὐτοὺς τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν Γαΐου σφαγέων συγχωρεῖν τοῖς στρατιώταις οὐκ ἐφιέντων. — οὐ μὴν διετράπησάν γε ὑπὸ τῶν λόγων, ἀλλὰ σπασάμενοι τὰς μαχαίρας καὶ τὰ σημεῖα ἀράμενοι ᾤχοντο ὡς τὸν Κλαύδιον κοινωνήσοντες τοῖς ὀμνύουσιν αὐτῷ. κατελείπετο δὲ ἥ τε σύγκλητος ἐπ' ἐρημίας τῶν ἀμυνούντων καὶ οἱ ὕπατοι μηδὲν ἰδιωτῶν διαφέροντες.

Joseph. Bell. Iud. II, 11, 4, 211. μεταξὺ δὲ τῶν μετὰ τῆς συγκλήτου στρατιωτῶν τις σπασάμενος τὸ ξίφος „ἄνδρες" ἐβόησεν — „τί παθόντες ἀδελφοκτονεῖν βουλόμεθα καὶ κατὰ τῶν μετὰ Κλαυδίου συγγενῶν ὁρμᾶν, ἔχοντες μὲν αὐτοκράτορα μηδὲν μεμφθῆναι δυνάμενον".

Dio apud Zon. XI 8 p. 460. εἰ γὰρ καὶ ἀνεδύετο καὶ ἀντέλεγεν, ἀλλ' ὅσον ἐξίστατο καὶ ἀντέκειτο, τοσοῦτον μᾶλλον ἀντεφιλονείκουν οἱ στρατιῶται μὴ παρ' ἑτέρων λαβεῖν αὐτοκράτορα ἀλλ' αὐτοὶ δοῦναι πᾶσι. διὸ καὶ ἄκων ὡς ἐδόκει ὑπέκυψε.

Josepho, puto multitudinem fuisse militum (cohortium urbanarum et vigilum cf. Ant. Iud. l. l. § 253) et gladiatorum remigumque (l. l.), qui primo senatus arbitrio reliquerunt, quemnam principem creare vellet (l. l. § 149), postea tamen, cum gladiatores, vigiles et remiges senatum deseruissent (l. l. § 253), urbani nominatim Claudium principem expoposcerunt (cf. Bell. Iud. II 11, 4, 211). Sin *Claudium* est obiectum, multitudo est plebs Romana, quae castra praetoriana circumstabat.

armatos iurare. Suetonius hoc die postero factum esse tradit, Josephus Ant. Iud. l. l. § 247 contra ipso die mortis Gaii Claudium praetorianos sacramento obligavisse dicit, ut verba sequentia § 248 docent: *Συνεκάλουν δὲ οἱ ὕπατοι τὴν βουλὴν — ἔτι δὲ νὺξ ἦν.*

Huc spectant nummi (cusi a. 794/41—797/44), cf. Eckhel. D. N. VI p. 235, Cohen I Claud. n. 57—60, in quorum aversa legimus: *Praetor(ianis) Recept(is)*.

passus est. igitur etiam Suetonius putavit, Claudium invitum principem factum esse, et idem Zonaras (XI 8 p. 460) tradidit: *ἄκων ὑπέκυψε.*

[p. 48] *quina dena sestertia.* sine causa olim Ernesti nostro loco XX pro XV scribendum esse coniecit propter Josephum Ant. Iud. XIX § 247: *δωρεῖται τοὺς σωματοφύλακας πεντακισχιλίαις δραχμαῖς*, nam talentum, quo Josephus utitur in computationibus, est Syriacum, dimidium veteris Hebraei, (cf. Hultsch Metrol.[2] p. 605, Schürer l. l. II[2] p. 36 A 172), cuius drachma valet dodrantem denarii i. e. tres sestertios. Itaque Josephus et Suetonius idem tradiderunt. Ex eodem Josepho (l. l.) discimus, Claudium non solum praetorianis, eorumque centurionibus et tribunis, sed etiam legionariis pecuniam promisisse.

Tale munus militibus datum donativum appellabatur, neque Claudius primus Caesarum fuit, qui id militibus

C. 10. misitque singulis quina dena sestertia, primus Caesarum fidem militis etiam praemio pigneratus.

XI. Imperio stabilito, nihil antiquius duxit, quam id biduum, quo de mutando reipublicae statu haesitatum erat, memoriae eximere. Omnium itaque factorum dictorumque in eo veniam et oblivionem in perpetuum sanxit ac praestitit, tribu-

Joseph. Ant. Iud. XIX 4, 2, 247. Κλαύδιος δὲ τῷ στρατῷ συλλεχθέντι διελέγετο ὅρκους λαμβάνων ἦ μὴν ἐμμενεῖν πίστει τῇ πρὸς αὐτόν, καὶ δωρεῖται τοὺς σωματοφύλακας πεντακισχιλίαις δραχμαῖς κατὰ ἕκαστον ἄνδρα, τοῖς τε ἡγεμόσιν αὐτῶν ἀνάλογον τοῦ ἀριθμοῦ καὶ τοῖς ὅποι ποτὲ στρατοπέδοις ὑπισχνεῖτο τὰ ὅμοια.

Tac. Ann. XII 69. promisso donativo ad exemplum paternae largitionis, imperator (Nero) salutatur.

Dio 60, 3, 5. τοῖς γε μὴν ἄλλοις, οἳ τὴν δημοκρατίαν ἐκφανῶς ἐσπούδασαν, ἢ καὶ ἐπίδοξοι λήψεσθαι τὸ κράτος ἐγένοντο, οὐχ ὅσον οὐκ ἐμνησικάκησεν, ἀλλὰ καὶ τιμὰς καὶ ἀρχὰς ἔδωκεν· ἐκδηλότατα γὰρ καὶ ἐν τοῖς πάντων πώποτε οὐ τῷ λόγῳ μόνον τὴν ἄδειάν σφισι, κατὰ τὸν τῶν Ἀθηναίων ζῆλον, ὡς ἔλεγεν, ὑπέσχετο, ἀλλὰ καὶ τῷ ἔργῳ παρέσχε.

Orosius VII 6, 4. Claudius mox ut confirmavit imperium, magna atque adhuc Romae incognita usus clementia, ne in tantam nobilium multitudinem ultio, si esset coepta, saeviret, biduum illud, quo de rei publicae statu infeliciter consultatum actumque fuerat memoriae exemit, omnium factorum dictorumve in eo veniam et oblivionem in perpetuum sanxit — hanc Claudius, quamvis multo truculentiore causa in caedem conspiratorum stimularetur, ultronea clementia nullo expetente firmavit.

---

dedit, nam Tiberius quoque et Gaius legatis ex testamento eius, cui succedebant, donativum addiderunt; cf. Dio 57, 3, 3. 6, 4; 59, 2, 1: *τάς τε καταλειφθείσας σφίσι (τοῖς δορυφόροις) κατὰ πεντήκοντα καὶ διακοσίας δραχμὰς διένειμε καὶ ἑτέρας τοσαύτας προσεπέδωκε.* Claudius tamen primus fuit, qui statim postquam a militibus imperium accepit, donativum iis dedit, quod exemplum post eum praeter Galbam (Dio 64, 3, 3) omnes secuti sunt.

Imperio stabilito. postquam senatus quoque eum imperatorem appellavit, et in senatu lex de imperio perlata est.

dictorumque. ita omnes codices Suetonii. Codices Orosii tamen (praeter unum, non magnae auctoritatis littera N notatum apud Zangemeister, qui *dictorum q: ve* praebet) *ve* dant, et Orosius boni codicis instar est. Quamquam et *que* et *ve* hoc loco recte scribi potest, *que* retinui, codices Suetonii secutus.

veniam et oblivionem. exemplo Atheniensium (a. 403) ut ipse Claudius dicere solebat, cf. Dio 60, 3, 5.

Tribunis-ac centurionibus. Praeter Chaeream, quem Dio (60, 3, 4) solum nominat, Josephus (Ant. Iud. XIX § 269) Iulium Lupum interfectum esse

nis modo ac centurionibus paucis e coniuratorum in Gaium numero interemptis, exempli simul causa et quod suam quoque caedem depoposcisse cognoverat. Conversus hinc ad officia pietatis, ius iurandum neque sanctius sibi neque crebrius instituit quam per Augustum. Aviae Liviae divinos honores C. 11.

Joseph. Ant. Iud. XIX, 4, 5, 268 sq. Κλαύδιος δὲ — *συναγαγὼν τοὺς ἑταίρους ψῆφον ἀνεδίδου περὶ* Χαιρέου, *τοῖς δὲ τὸ μὲν ἔργον λαμπρὸν ἐδόκει, ἀπιστίαν δ' ἐπεκάλουν τῷ πεπραχότι καὶ αὐτῷ τιμωρίαν ἐπιβάλλειν δίκαιον ἡγοῦντο ἐπ' ἀποτροπῇ τοῦ μέλλοντος χρόνου. ἀπήγετο οὖν τὴν ἐπὶ θανάτῳ καὶ σὺν αὐτῷ* Λοῦππός *τε καὶ* Ῥωμκίων *πλείους.*

Dio 60, 3, 4 = Zon. XI 8 p. 461. τὸν μὲν οὖν Χαιρέαν *καί τινας ἄλλους, καίπερ πάνυ ἐπὶ τῷ τοῦ* Γαΐου *θανάτῳ ἡσθείς, ὅμως ἀπέκτεινεν· οὐ γὰρ ὅτι τὴν ἀρχὴν διὰ τὴν ἐκείνου πρᾶξιν εἰλήφει χάριν αὐτῷ ᾔδει, ἀλλ' ὅτι ἐτόλμησεν αὐτοκράτορα ἀποσφάξαι ἐδυσχέραινε, πόρρωθεν τὸ καθ' ἑαυτὸν ἐς ἀσφάλειαν προορώμενος. ἔπραξε δὲ τοῦτο οὐχ ὡς καὶ τῷ* Γαΐῳ *τιμωρῶν, ἀλλ' ὡς ἑαυτῷ ἐπιβουλεύσαντα αὐτὸν λαβών.*

Joseph. Ant. Iud. XIX, § 258. ὁ Χαιρέας *ὠνείδιζεν αὐτοὺς καὶ ἕτερα πολλὰ τοιαῦτα, τήν τε κεφαλὴν κομιεῖν τοῦ* Κλαυδίου.

---

tradit, quem tribunum fuisse idem docet (Ant. Iud. XIX § 191): *Ἰούλιον Λοῦππον ἐκπέμπει ἕνα τῶν χιλιάρχων.*

exempli causa. ὅτι ἐτόλμησεν αὐτοκράτορα ἀποσφάξαι ut Dio (60, 3, 4) dicit, cf. Tac. Hist. I 44.

suam caedem depoposcisse. cf. Josephus Ant. Iud. XIX § 258, qui Chaeream hoc apud milites urbanos fecisse tradit. Quae Victor Caes. III 6 (*Interim dum senatus decreto gentem Caesarum etiam muliebri sexu, omnemque affinitatem armati persequuntur*) et Orosius VII 6, 3 (*cum de everrenda penitus Caesarum universa familia senatus et consules decrevissent*) tradiderunt, a nullo alio auctore confirmantur, et verisimilius mihi videtur, tales sententias ab iis qui liberae rei publicae studerent in senatu dictas esse, quam senatum consultum in hunc modum factum esse.

nihil sanctius. mos veterum erat, ut per eum deum iurarent, quem praecipue deligerent. Pietatis et observantiae Claudii in Augustum alia quoque documenta habemus. Sic Claudius nummos cusit, (Eckhel D. N. VI 235), in quibus *sacerdos divi Augusti* appellatur. Praeterea Plinius (H. N. 35, 36, 94) narrat, Claudium in duabus tabulis Apellis pro excisa Alexandri Magni facie, divi Augusti imaginem pingendam curavisse.

Aviae Liviae divinos honores. post mortem Liviae, (quae viva iam in provinciis deae honores acceperat, cf. Hirschfeld Sitzb. Berl. Acad. 1888 p. 12 A. 52. 54. C. I. L. X 7464 = Dess. n. 119. Tiberius a senatu petierat ne ei divini honores decernerentur, cf. Tac. Ann. V, 2: *honoresque memoriae eius ab senatu large decretos quasi per modestiam imminuit, paucis admodum receptis et addito, ne caelestis religio decerneretur: sic ipsam maluisse.* Suet. Tib. 51. Dio 58, 2, 1.

A Claudio tamen consecrata est, et quidem d. XVII m. Jan. anni ut videtur 795/42, cf. Acta fr. Arv. (Henzen p. LV) = C. I. L. VI 2032: *XVI k(alendas) Febr(uarias) [ob consecr]ationem divae Aug(ustae) i[n] tem[plo novo] divo Augusto*

C. 11. et circensi pompa currum elephantorum, Augustino similem, decernenda curavit; parentibus inferias

Dio 60, 5, 2. *τήν τε τήθην τὴν Λιουίαν οὐ μόνον ἵππων ἀγῶσιν ἐτίμησεν ἀλλὰ καὶ ἀπηθανάτισεν, ἄγαλμά τέ τι αὐτῆς ἐν τῷ Αὐγουστείῳ ἱδρύσας καὶ τὰς θυσίας ταῖς ἀειπαρθένοις ἱεροποιεῖν προστάξας, ταῖς τε γυναιξὶν ὅρκον τὸ ὄνομα αὐτῆς ποιεῖσθαι κελεύσας.*

Seneca Apocol. 9, 5. divam Augustam, aviam suam, quam ipse deam esse iussit.

---

bovem mar[em divae Augusta]e vaccam. Annus paene certus est, nam propter diem consecratio a. 794/41 facta esse nequit, et Dio (60, 5, 2) haec initio libri LX memorat, quo eas res, quae initio imperii Claudii factae sunt, tradidit, et a. 795/42, ut videtur, Cirtae Divae Augustae flaminica occurrit. Cf. C. I. L. VIII 6987 = Suppl. 19492: *Divae Au[gustae sacrum] Q. Marcius C. f. Barea cos. X[V vi]r s. f. fetialis proc[os....] ded.... Coelia Sex. f. Ur..ria Potita flaminica Di[vae Augustae sua pe]cunia faciendum curavit.* Nam a. 795/42 Q. Marcius Barea proconsul Africae fuit, cf. C. I. L. VIII Suppl. 11002: *[Ti. Claudio] Caesari [Aug. Ger]manico p. m. [tri]b. pot. cos. II imp. III [Q. Marc]ius C. f. Barea [cos. XV vi]r s. f. fetiali[s] procos. dedicavit.*

Huc spectat nummus a senatu cusus, cf. Eckhel D. N. VI 158: *Divus Augustus S. C.) (Diva Augusta.* Liberti quoque eius more solito se Divae Augustae libertos nominaverunt, cf. C. I. L. VI 3879. 3945. 4159. 8955. 11541. 23338.

Dio l. l. tradit signum divae Augustae positum esse in templo Augusti, (i. e. in templo Augusti in Palatio a Gaio dedicato) quod confirmatur titulo urbano C. I. L. VI 4222: *Bathyllus aedituus templi divi Aug(usti) et divae Augustae, quod est in Palatium.* Idem Dio tradit Claudium Virginibus Vestalibus mandavisse, ut novae divae sacrificarent, mulieresque per nomen eius iurare iussas esse, ut Gaius quoque in consecratione Drusillae fecerat (cf Dio 59, 11, 3).

circensi pompa. pompa, quae primitus in triumphis, a templo Iovis Capitolini ad circum Maximum, ubi ludi triumphales habebantur, duci solebat, postea in ludis Romanis ducta et ex iis in omnes maiores ludos tralata, itaque circensis appellata est. In hac pompa, de qua plura apud Marq. StV. III² p. 507 sqq., signa deorum dearumque traducebantur, et actate imperatoria effigies quoque divorum et earum mulierum ex Caesarum familia, quas princeps honorare voluit. Seriem earum, quae ita honoratae sunt habes apud Marq. l. l. 510 A 2.

currum elephantorum. hic erat extraordinarius honor, nam vulgo in pompa signa mulierum posita erant in carpentis a binis mulis vectis. Praeter Liviam curru elephantorum honoratae sunt Drusilla (Dio 59, 13, 8), Julia Titi f. (Eckhel D. N. VI 366), Faustina Antonini Pii (Eckhel l.l. VII 39).

Augustino similem. Divus Augustus quoque in pompa talem currum habuit, cf. Dio 61, 16, 4: *καὶ οἱ ἐλέφαντες οἱ τῆς τοῦ Αὐγούστου ἁρμάμαξαν ἄγοντες.* et nummus apud Eckhel D. N. VI 128: *Divo Augusto S.P.Q.R.* ostendit currum (vel tensam) pulchre caelatum, a quattuor elephantis vectum, quibus singulis rector insidet.

decernenda curavit i. e. auctor huius decreti apud senatum fuit, nam senatus solus tales honores decernere potuit, neque tamen hoc factum esse videtur nisi auctore principe, cf. Mommsen StR. II³ 886 A 2. 3 = II² 850.

Praeterea Dio (60, 5, 2) tradit, ludos circenses in honorem Liviae datos esse, et Claudius a. 796/43 Pietati Augustae

publicas, et hoc amplius patri circenses annuos natali die; matri carpentum, quo per circum duceretur, et cognomen Augustae, ab viva recusatum. Ad fratris memoriam, per omnem occasionem celebratam, comoediam quoque Graecam Neapolitano certamine docuit ac C. 11.

Dio 60, 5. 1. τῷ δὲ δὴ Δρούσῳ τῷ πατρὶ τῇ τε Ἀντωνίᾳ τῇ μητρὶ ἱπποδρομίαν ἐς τὰ γενέσια ἔδωκε, τὰς πανηγύρεις τὰς ἐς ταὐτὸν αὐταῖς συμβαινούσας μεταθεὶς ἐς ἑτέρας ἡμέρας, ὅπως μὴ ἅμα ποιῶνται.

---

aram dedicavit a. 775/22 in morbo Liviae a senatu decretam, cf. C. I. L. VI 562 = Dess. n. 202: *Pietati Augustae ex s. c. quod factum est D. Haterio Agrippa C. Sulpicio Galba cos Ti. Claudius Caesar Aug. Germanicus pontif. max. trib. pot. III cos. III imp. III p. p. dedicavit.*

inferias. kalendario Antiatino (C. I. L. I² 1 p. 248) ad XIIX kal. Oct. ascriptum est: *Infer(iae) Dr[usi]*. De Antoniae die mortis nihil novimus.

patri circenses. secundum Dionem (60, 5, 1) et patris et matris diebus natalibus ludi circenses dati sunt. De Drusi patris natali die nihil scimus.

Nummi quoque, Drusi effigiem praebentes (Eckhel D. N. VI 177 sq.) Claudii reverentiam in patrem testantur.

matri carpentum. circensi pompa a binis mulis tractum, quem honorem Agrippina quoque a Gaio filio acceperat (Eckhel D. N. VI 213). Imaginem talis carpenti habes apud Rich, Dict. des Ant. s. v.

cognomen Augustae, ab viva recusatum. viva est pulcherrima emendatio Lipsii pro codicum lectione *avia*, quae bonum sensum non praebet.

Quae Suetonius scripserat Gai. 15: *Antoniae aviae quidquid umquam Livia Augusta honorum cepisset uno senatusconsulto congessit*, ea non solum a Dione 59, 3, 3: *εἰς-τὴν-τήθην τὴν Ἀντωνίαν πλεῖστα ὅσα εὐσεβῶς ποιήσας, ταύτην τε γὰρ Αὐγουστάν τε εὐθὺς καὶ ἱέρειαν τοῦ Αὐγούστου ἀποδείξας πάντα αὐτῇ καθάπαξ, ὅσα ταῖς ἀειπαρθένοις ὑπάρχει, ἔδωκε* confirmantur sed etiam actis fr. Arv. (Henzen p. XLIII = C. I. L. VI 2028 c.). a. 791/38: *pr(idie) k. Februar. Taurus Statilius Corvinus promagister collegii fratrum Arvali[um nomine] natali Antoniae Augustae in Capitolio Iovi O. M. bovem marem im[molavit]*. Sine dubio Suetonius recte quae antea scripserat correxit, et Claudius eam ob causam, quam nobiscum Suet. communicavit novum senatus consultum faciendum curavisse putandus est, et quidem statim post imperium acceptum, cf. nummus apud Eckhel D. N. VI 180: *Antonia Augusta*) (*Ti. Claudius Caesar Aug. P. M. Tr. P. Imp. S.C.*

fratris memoriam—celebratam. huc spectat nummus senatus (Eckhel D. N. VI 210): *Germanicus Caesar Ti. Aug. f. Divi Aug. n.* Cap. Germ. nud.) (Cap. et epigr. Claud. in med. *S.C.*

comoediam quoque Graecam docuit. Dissentiunt interpretes, utrum hoc loco comoedia Germanici intellegenda sit (ita praeter Beroaldum, Ernesti, Oudendorp, Ruhnken (Schol. in Suet. Vit. Caes. ad h.l.), Bremi), an ipsius Claudii (ita Burmannus, Baumgarten-Crusius, Lehmann p. 127).

Germanicum comoedias scripsisse ipse Suetonius tradit Gai. 3: *inter cetera studiorum monumenta reliquit et comoedias Graecas*; Claudium vero comoedias Graecas scripsisse verisimile non est, cum Suetonius c. 41, ubi Graeca studia eius tangit, mentionem earum non fecerit. Ut de Claudii fabula hic agi putarent, hoc imprimis Burmannum ceterosque permovit, quod in tota Latinitate nullum exemplum exstet, quo *docere fabulam* dicatur de eo, qui non simul auctor est, atque haec quoque causa fuit Beroaldo

C. 11. de sententia iudicum coronavit. Ne Marcum quidem Antonium

---

(quem Ruhnkenius l.l. secutus est) cur pro *docuit* legendum esse coniecerit *dedit*. Quae coniectura tamen et nimis a tradita lectione recedit et ne necessaria quidem est. Cur enim Suetonius hoc loco verbo *docuit* uti non potuit eodem sensu, quo Graece *διδάσκειν* dicitur is, qui post mortem auctoris fabulam eius agendam curavit? (cf. e. g. argumentum II fabulae Sophocleae, inscriptae *Οἰδίπους ἐπὶ Κολωνῷ: Σοφοκλῆς ὁ υἱδοῦς ἐδίδαξεν υἱὸς ὢν Ἀρίστωνος ἐπὶ ἄρχοντος Μίκωνος, ὅς ἐστι τέταρτος ἀπὸ Καλλίου, ἐφ' οὗ φασιν οἱ πλείους τὸν Σοφοκλέα τελευτῆσαι).* Itaque, quod ad verba attinet, nihil nos me iudice prohibet, quominus comoediam illam Germanici fuisse putemus, id quod sensus quoque flagitat. Recte enim Ernesti animadvertit, si Claudius auctor fuisset, argumentum fabulae esse debuisse fratrem, quod absurdum esse, comicum enim argumentum Germanicum praebere non posse. Itaque, etsi sane exspectamus *Graecam eius*, etiam contra auctoritatem Francisci Bücheler (qui Symb. Bonn. p. 65 Claudii fabulam fuisse dicit) puto Claudium Neapoli Germanici fabulam primum agendam curavisse. (Eandem opinionem, quamquam argumentis non adiectis protulerunt Teuffel. H. L. R. § 275, 5. G. Lafaye, de poetarum et oratorum certaminibus apud veteres (Parisiis 1883) p. 52).

[p. 51] *Neapolitano certamine.* a. 755/2 (cf. Kaibel Inscr. Gr. Sicil. Ital. n. 748) Neapolitani ob benificia ab Augusto in se collata certamina gymnica et musica quinquennalia instituerant, appellata *Ἰταλικὰ Ῥωμαῖα Σεβαστὰ Ἰσολύμπια* (cf. Kaibel l.l.), cf. Dio 55, 10, 9: *αὐτῷ δὲ δὴ τῷ Αὐγούστῳ ἀγών τε ἱερὸς ἐν Νέᾳ πόλει τῇ Καμπανίδι, λόγῳ μὲν ὅτι κακωθεῖσαν αὐτὴν καὶ ὑπὸ σεισμοῦ καὶ ὑπὸ πυρὸς ἀνέλαβε, τὸ δ' ἀληθὲς ἐπειδὴ τὰ τῶν Ἑλλήνων μόνοι τῶν προσχώρων τρόπον τινὰ ἐζήλουν, ἐψηφίσθη.* Strabo V p. 246: *Νυνὶ δὲ πεντετηρικὸς ἱερὸς ἀγὼν συντελεῖται παρ' αὐτοῖς μουσικός τε καὶ γυμνικὸς ἐπὶ πλείους ἡμέρας ἐνάμιλλος τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα.* Suet. Aug. 98: *mox Neapolim traiecit — et quinquennale certamen gymnicum honori suo institutum perspectavit.* Dio 56, 29, 2. Velleius II 123 (cf. Kaibel. l. l. p. 190. C. I. L. X p. 171. Beloch. Campanien p. 58. G. Lafaye. l. l. p. 49—55). Claudii commorationem Neapolitanam tangit Dio 60, 6, 1: *ἐπεὶ ἔν γε τῇ Νέᾳ πόλει καὶ παντάπασιν ἰδιωτικῶς ἔζη· τά τε γὰρ ἄλλα ἑλληνικῶς καὶ αὐτὸς καὶ οἱ συνόντες οἱ διῃτᾶτο, καὶ ἐν μὲν ταῖς τῆς μουσικῆς θεωρίαις ἱμάτιον καὶ κρηπῖδας, ἐν δὲ δὴ τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι πορφυρίδα καὶ στέφανον χρυσοῦν ἐλάμβανε.*

Anno 795/42 i. e. undecima Italide (ita enim hoc quinquennium appellatum est (cf. Kaibel n. 748) Claudium Neapoli fuisse certum est, nam Dio l.l. hoc enumerat inter ea quae Claudius initio imperii fecit, et quidem exeunte mense Julio vel ineunte mense Augusto, quo tempore certamen edebatur (cf. Suet. Aug. 98. Dio 56, 29, 2. Velleius II 123).

coronavit. hoc ut *ἀγωνοθέτης* fecit, quo munere Claudium (ut postea Titum, cf. C. I. L. X 1481) functum esse verba quoque Dionis (60, 6, 1) docent: *ἐν δὲ τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι πορφυρίδα καὶ χρυσοῦν στέφανον ἐλάμβανε*, ut iam Valesius recte animadvertit, cf. Sturzii notam ad Dionem l. l.

Marcum-Antonium. quamquam is bis hostis patriae iudicatus memoriaque eius damnata erat, cf. Dio 51, 19, 3. Plut. Cic. 49. Ant. 86. Strabo XIV p. 685.

At postea restitutio memoriae eius facta est, nam nomen eius in fastis, e quibus antea erasum erat in litura denuo insculptum est (C. I. L. I² p. 28. 64) et quidem ante annum 773/20 ut Tac. Ann. III 18 docet. (Sic etiam C. I. L. VI 1364 = Dess. n. 943 legimus: *Q. Caerellius Q. f. Qui. — leg. Ti. Caesaris Aug. procos. ex testamento Q. Caerellio M. f. Qui. patri — leg. M. Antoni procos.*). Gaius etiam vetuit ne consules ludos ederent ob victoriam ab Augusto de Antonio reportatam, cf. Dio 59, 20, 2. Suet. Gai. 23.

inhonoratum ac sine grata mentione transmisit, testatus quondam per edictum, tanto impensius petere se ut natalem patris Drusi celebrarent, quod idem esset et avi sui Antonii. Tiberio marmoreum arcum iuxta Pompei theatrum, decretum quidem olim a senatu verum omissum, peregit. Gaii quoque etsi acta omnia rescidit, diem tamen necis, quamvis exordium principatus sui, vetuit inter festos referri. C. 11.

Dio 60, 4, 1. τά τε τέλη τὰ ἐπὶ τοῦ Γαΐου ἐσαχθέντα, καὶ τἄλλα ὅσα ἐπηγορίαν τινὰ τῶν πραχθέντων ὑπ' αὐτοῦ εἶχε, κατέλυσε μέν, οὐκ ἀθρόα δέ, ἀλλ' ὡς ἑκάστῳ πη προσέτυχε.

Dio 60, 4, 5 = Zon. XI 8 p. 461. τῆς τε γερουσίας ἀτιμῶσαι τὸν Γάιον ἐθελησάσης ψηφισθῆναι μὲν αὐτοὺς ἐκώλυσεν, ἰδίᾳ δὲ τὰς εἰκόνας αὐτοῦ νυκτὸς ἁπάσας ἠφάνισε. καὶ διὰ ταῦτα τὸ μὲν ὄνομα αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν αὐτοκρατόρων, ὧν μνήμην ἐπί τε τοῖς ὅρκοις καὶ ἐπὶ ταῖς εὐχαῖς ποιούμεθα, ὥςπερ οὐδὲ τὸ τοῦ Τιβερίου, οὐ μέντοι καὶ ἐκ δόγματος ἀτιμίαν οὐδέτερός σφων ὦφλε.

Dio 60, 5, 1. τὰ μὲν δὴ οὖν ὑπό τε τοῦ Γαΐου καὶ ὑφ' ἑτέρων δι' ἐκεῖνον οὐκ ὀρθῶς γενόμενα ἀνέτρεψε.

Dio 60, 12, 3. 4. ἔν τε τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ αὐτοκράτωρ τῷ προτέρῳ ἔτει ἀπεδείχθη, αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἐξαίρετον ἔπραξε, πλὴν ὅτι τοῖς δορυφόροις πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς ἔδωκε, καὶ τοῦτο ἔπειτα κατ' ἔτος ἐποίησε· τῶν μέντοι στρατηγῶν τινες ἐθελονταὶ καὶ ἀπ' οὐδενὸς ψηφίσματος ἐκείνην τε τὴν ἡμέραν καὶ τὰ γενέθλια τὰ τῆς Μεσσαλίνης δημοσίᾳ ἐτίμων.

Quid homines et ipse Claudius tunc de Antonio iudicaverint testatur Seneca cons. ad Polyb. 35, 1 (scripta a. 43/44 p. Chr.) ubi Claudius loquitur: *M. Antonius avus meus nullo minor nisi eo, a quo victus est.*

natalem. de hoc die nihil novimus.

marmoreum arcum. hunc anonymus Magliabecchianus 155 descripsit, addens suo tempore (a. 1410—1415) eum amplius non exstare. Neque quando neque quam ob causam hic arcus decretus sit, novimus, nam diversus est ab eo, quem memorat Tac. Ann. II 41, quippe propter aedem Saturni exstructo.

acta omnia rescidit. acta principis sunt constitutiones, quas princeps ut magistratus dedit, praesertim eae, quarum ii soli, ad quos pertinebant, certiores fiebant (decreta, epistulae), quaeque conscribebantur in commentariis principis, cf. Mommsen StR. II^3 907 = II^2 869.

Rescissio actorum proprie est pars damnationis memoriae, sed et saepius sola acta rescissa sunt, ut Claudius in Gaio fecit, Vespasianus in Galba et Othone (cf. Mommsen StR. II^3 1140 A. 1 = II^2 1074). Rescissione actorum decreta, auctoritas omnium actorum in suspenso est, et in singula acta inquiritur quam ob causam perscripta sint; secundum eventum huius cognitionis aut rescinduntur aut rata manent. Ita quoque Claudium egisse docet Dio 60, 4, 1: *τἄλλα-κατέλυσε μέν, οὐκ ἀθρόα δέ, ἀλλ' ὡς ἑκάστῳ πῃ προσέτυχε*; nam ut recte observat Mommsen l. l. II^3 1130 A 5 = II^2 1075, Suetonius Dioni non contradicit: tradit hic, quomodo revera Claudius egerit, ille loquitur, ut ita dicam, secundum rationem formalem.

C. 12. XII. At in semet augendo parcus atque civilis, praenomine Imperatoris abstinuit, nimios honores recusavit,

Dio 60, 3, 2. τὰ μὲν ψηφισθέντα οἱ εὐθὺς πάντα, πλὴν τῆς τοῦ πατρὸς ἐπωνυμίας, ἐδέξατο, ταύτην γὰρ μετὰ ταῦτα προσέθετο.

Dio 60, 5, 3 sqq. = Zon. XI 8 p. 462. οὕτω δὲ δὴ τοὺς πατέρας ἀποσεμνύνας αὐτὸς οὐδὲν ἔξω τῶν ὀνομάτων τῶν ἐς τὴν ἀρχὴν φερόντων ἐδέξατο. — ἔν τε οὖν τούτοις ἐμετρίαζε καὶ προσαπηγόρευσε μήτε προσκυνεῖν τινα αὐτὸν μήτε θυσίαν οἱ μηδεμίαν ποιεῖν. τά τε ἐπιβοήματα τὰ πολλὰ καὶ ὑπέρογκα ἔπαυσε· καὶ εἰκόνα μίαν καὶ ταύτην ἀργυρᾶν, ἀνδριάντας τε δύο χαλκοῦ τε καὶ λίθου ψηφισθέντας αὐτῷ τὰ πρῶτα ἔλαβε. μάταια γὰρ πάντα τὰ τοιαῦτα ἀναλώματα εἶναι, καὶ προσέτι πολλὴν μὲν ζημίαν πολὺν δὲ καὶ ὄχλον τῇ γε πόλει παρέχειν ἔλεγε. — τοῖς τε στρατηγοῖς τοὺς ἀγῶνας τοὺς ὁπλομαχικοὺς ἀπηγόρευσε μὴ ποιεῖν, καὶ εἰ δή τις ἄλλος αὐτοὺς ὁπουδήποτε ἐπιτελοίη, ἀλλὰ μήτι γε ὡς καὶ ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας γιγνομένων σφῶν ἢ γράφεσθαι ἢ καὶ λέγεσθαι ἐκέλευσε.

Dio (60, 4, 5) praetera nobis tradidit, senatum memoriam Gaii damnare voluisse, Claudium tamen illi decreto intercessisse, sponte sua nihilominus omnia fecisse, quae damnationem memoriae consequi soleant, acta enim rescissa, statuasque Gaii sublatas esse. (Gaii nomen maiore ex parte in monumentis erasum est, et postea senatus aeneos nummos, quibus effigies eius expressa erat, conflari iussit, cf. Dio 60, 22, 3).

[p. 53] *diem-necis.* a. d. IX kal. Febr.

[p. 53] *quamvis exordium.* propter antecedens *diem* Suetonius variavit orationem, nam dies, quo novus princeps imperium accepit, proprie dicitur *dies imperii.* Hac enim significatione voc. *exordium* intellegendum esse, neque Suetonium consulto vocabulo amplioris significationis usum fuisse docent verba: *vetuit inter dies festos referri.* Nam dies imperii inter festos referri solebat, ut de Gaio, Nerone, Vitellio et Domitiano demonstrant Acta fr. Arv. cf. Henzen Act. fr. Arv. p. 63 sq. C. I. L. VI 2028. c. 2041. 2051. 2062. Ex hoc loco, me iudice, patet Claudio diem imperii fuisse ipsum diem necis Gaii (ad quam opinionem ducunt quoque verba c. 11: *nihil antiquius duxit, quam id biduum quo de mutando rei publicae statu haesitatum erat, memoriae eximere*, cf. Herzog Gesch. und Syst. II p. 263 A 3.)

praenomine Imperatoris. Augustus praenomen Imperatoris, abiecto praenomine Gaii, gessit, quasi Caesari, patri eius, Imperatori praenomen fuisset. Tiberius, Gaius et Claudius reiecto Imperatoris praenomine sua praenomina gesserunt. Sed Nero iam saepius, neque tamen semper, ad usum Augusti rediit, quem post Vespasianum omnes secuti sunt. (cf. Momms. StR. II[3] 769. A 1—5 = II[2] 745 sq., Herzog l. l. II p. 794 A 2). In paucis nummis et titulis provincialibus Claudius contra usum praenomen Imperatoris habet, et fortasse (ut me monuit v. cl. Boissevain) in titulo Cyziceno C. I. L. III S. 7061 = Dess. n. 217: *divo Aug. Caesari. Ti. Au*[*g. divi Aug. f.*] *imp. Ti. Claudio Drusi f* [*Caesari Aug. Ger*]*manico* —. voc. *imp.* cum sequentibus coniungendum et praenomen est. Sed haec regulam non obvertunt.

nimios honores recusavit. nomen patris patriae, quod senatus ei statim detulit, respuit, annoque demum sequenti accepit, inter nonas et idus Januarias,

sponsalia filiae natalemque geniti nepotis silentio ac tantum domestica religione transegit. Neminem exulum nisi ex C. 12.

Dio 60, 5, 7 = Zon. XI 8 p. 462. τὰς γοῦν θυγατέρας ἐν τῷ ἔτει τούτῳ τὴν μὲν ἐγγυήσας Λουκίῳ Ἰουνίῳ Σιλανῷ, τὴν δὲ ἐκδοὺς Γναίῳ Πομπηίῳ Μάγνῳ, οὐδὲν ἐξαίρετον ἔπραξεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐδίκασε καὶ ἡ βουλὴ ἠθροίσθη.

---

cf. Act. fr. Arv. C. I. L. VI 2035: . . . *idus Januar*(*ias*) [*sacrum I*]*ovi quod Ti. Claudius Cae*[*sar August*]*us Germanicus p*(*ater*) *p*(*atriae*) *appellatus* [*est*]. De anno constat ex comparatione nummi Claudii inscripti (Eckhel D. N. VI 238): *Cos. Des. It. Pon. M. Tr. P. Imp.* cum alio (Eckhel VI 239) qui habet: *Cos. II Pon. M. Tr. P. Imp. P. P.*, cf. Henzen Act. fr. Arv. p. 68.

A. 801/48 Claudius prohibuit, quominus a senatu nomen patris senatus acciperet, cf. Tac. Ann. XI 25: *Ob ea Vipstanus consul rettulit patrem senatus appellandum esse Claudium. — Sed ipse cohibuit consulem ut nimium adsentantem.* Plura testimonia modestiae Claudii dedit Dio 60, 5, 3—6. Contra non solum more solito in provinciis ut deum se coli passus est veluti in Graecia atque etiam in Britannia (cf. Sen. Apocoloc. 8, 3: *parum est, quod templum in Britannia habet? quod hunc barbari colunt et ut deum orant μωροῦ εὐιλάτου τυχεῖν?*) sed etiam, quod notatu sane dignum, in Italia pro numine cultus est, siquidem revera Puteolis sacerdotem habuit, cf. titulum Puteolanum a. 799/46 positum C. I. L. X 1558: [*fortunae pu*]*blicae sacrum*[*? ministra*]*e sacerdoti di*[*vini nostri im*]*peratoris Ti. Claud*[*i Drusi f. Caes. Aug*]*usti Germanici pont*[*ificis maximi trib. pot. V*]*I cos. III desig. IIII imp. XII p.*[*p*].

sponsalia filiae. secundum Dionem (60, 5, 7) non solum in sponsaliis Octaviae, quam L. Junio Silano despondit, sed etiam in nuptiis Antoniae, quam Cn. Pompeius Magnus duxit, nihil immodicum fecit. Ex Dione igitur colligendum est, Antoniam iam antequam Claudius princeps factus sit, desponsam fuisse, et Suetonius Dioni assentiri videtur, cum de unius filiae sponsaliis loquatur.

sponsalia apud Suet. secundae declinationis est, cf. Aug. 53: *sponsaliorum die.*

natalem geniti nepotis, cf. Dio apud Zon. XI 9 p. 467: *γεννηθέντος δὲ οἱ ἐγγόνου ἐκ τῆς Ἀντωνίας τῆς θυγατρός, ἣν Κορνηλίῳ Φαύστῳ Σύλλᾳ ἀδελφῷ τῆς Μεσσαλίνης ὄντι μετὰ τὸν τοῦ Μάγνου συνῴκισε θάνατον, οὐδὲν ἀφῆκε* (l. *ἐφῆκε*) *ψηφισθῆναι, μετριοφρονῶν.* Nomen filii Antoniae et Sullae ignoramus, ipse certo aut ante Neronis principatum, aut paulo post diem obiit. Ceterum etiam nato Britannico eadem moderatione usus est, cf. Dio 60, 12, 5 = Zon. XI 9 p. 463: *οὕτω — ἐμετρίαζεν ὥστε γεννηθέντος αὐτῷ υἱέος, — οὔτ᾽ ἄλλο τι ἐπιφανὲς ἔπραξεν οὔτ᾽ Αὔγουστον αὐτὸν ἢ τήν γε Μεσσαλῖναν Αὔγουσταν ἐπικληθῆναι ἐφῆκεν.*

silentio—transegit i. e. sine publica festivitate. Nam ex verbis sequentibus *tantum domestica religione* patet, alios principes sponsalia suorum sacris publicis celebravisse. Cf. praeterea ad c. 14: *ius dixit etiam suis suorumque diebus sollemnibus.*

Neminem exulum. igitur ne in sororibus Gaii quidem revocandis hoc omisit. Rescissionis actorum pars magna erat nova cognitio iudiciorum criminalium eius principis, cuius acta rescindebantur, cf. Momms. StR. II^3 1132, A3 = II^2 1076.

ex senatus auctoritate i. e. senatus consulto, de quo usu vocis *senatus auctoritas* cf. Momms. StR. III 1022 A 2. Claudius ita agens, ius indulgentias dandi senatus solius esse confessus est, revera tamen talia senatus consulta nisi auctore principe non facta esse per se patet, cf. Momms. StR. II^3 884 sq. = II^2 848 sq., Herzog II 729 sq.

C. 12. senatus auctoritate restituit. Ut sibi in curiam praefectum praetorii tribunosque militum secum inducere liceret, utque rata essent quae procuratores sui in iudicando statuerent,

Dio 60, 4, 1 = Zon. XI 8 p. 461. καὶ τοὺς ἐκπεσόντας ἀδίκως ὑπ' αὐτοῦ (Γαΐου), τούς τε ἄλλους καὶ τὰς ἀδελφάς, τήν τε Ἀγριππῖναν καὶ τὴν Ἰουλίαν, κατταγαγὼν τὰς οὐσίας σφίσιν ἀπέδωκε.

Tac. Ann. XII 60. Eodem anno saepius audita vox principis, parem vim rerum habendam a procuratoribus suis iudicatarum, ac si ipse statuisset; ac ne fortuito prolapsus videretur, senatus quoque consulto cautum plenius quam antea et uberius. Nam divus Augustus apud equestres, qui Aegypto praesiderent, lege agi decretaque eorum perinde haberi iusserat, ac si magistratus populi Romani constituissent; mox alias per provincias et in urbe pleraque concessa sunt, quae olim a praetoribus noscebantur: Claudius omne ius tradidit, —.

Sub Claudio rationem dyarchiae ab Augusto institutam severe observatam esse ex hac quoque re patet, ipsumque senatum hoc confessum esse docent nummi eius (Eckhel D N. VI 239 = Cohen Claud. n. 79) inscripti: *Libertas Augusta.*

restituit. cf. Schol. ad Juv. V 109: *Piso Calpurnius, — insinuatus C. Caesari repente etiam relegatus est — mox sub Claudio restitutus. —*

Kaibel. Inscr. Gr. Sicil. Ital. n. 728: *Κλαύδιον Καίσαρα Σεβαστὸν θεοῖς φρητρίοις Ναούιος Ἄττος ἀποκατασταθεὶς ὑπὸ αὐτοῦ εἰς τὴν πατρίδα.*

praefectum—inducere. Dio duobus locis testatur, hoc sub Claudio praefectis licuisse, cf. 60, 16, 3 (a. 795/42): *ἐν τῷ συνεδρίῳ τοῦ τε Κλαυδίου καὶ τῶν ἐπάρχων — παρόντων,* 60, 23, 2 (a 799/46): *Ῥουφρίῳ δὲ δὴ Πολλίωνι τῷ ἐπάρχῳ εἰκόνα καὶ ἕδραν ἐν τῷ βουλευτικῷ ὁσάκις ἂν ἐς τὸ συνέδριον αὐτῷ συνεσίῃ (ἔνειμε).*

Militibus curiam ingredi non licuit. Tiberius primus a senatu petierat (Tac. Ann. VI 15) *ut Macro praefectus tribunorumque et centurionum pauci secum introirent, quotiens curiam ingrederetur,* quod senatus consulto facto ei permissum est. Gaius quoque milites secum in curiam induxerat, quamquam hoc ius ei senatus consulto datum fuisse, non traditur, cf. Momms StR. III 909 A 5 sq.

procuratores sui. tria genera erant procuratorum: 1° eorum, qui provinciis praeerant; 2° eorum, qui in provinciis Caesaris totam administrationem pecuniariam exercebant, in senatus provinciis reditus custodiebant; 3° eorum, qui per totum imperium rem privatam principis i. e. fiscum administrabant. Hos omnes Claudius procuratores suos appellare poterat. De postremis tantum hoc loco agitur, nam ut ex Tacito (Ann. XII 60) colligimus iam antea et quidem postremis temporibus Tiberii (cf. Tac. Ann. IV 7. 15. Dio 57, 23, 5. Momms. StR. II³ 1022. A 1 = II² 981) id ius ceteris procuratoribus datum erat.

Antea igitur fisci postulationes, ut privatorum, apud iudices iudicabantur, iam procuratoribus fisci de iis rebus, quas singuli administrabant, iurisdictio data est (cf. Hirschfeld. V. G. p. 5. 287. Herzog II p. 773).

[p. 57] *precario exegit.* hoc senatus consultum factum est a. 806/53, ut ex Tacito (l. l.) patet.

[p. 57] *Ius nundinarum* id est ius mercatum habendi, qui certis intervallis interiectis iterantur. Tale privilegium et in Italia et in provinciis a senatu petebatur, cf. Plin. Ep. V 4, 1: *vir praetorius a senatu petiit, ut sibi instituere in agris suis*

precario exegit. Ius nundinarum in privata praedia a consulibus petiit. Cognitionibus magistratuum ut unus e consiliariis frequenter interfuit; eosdem spectacula edentis surgens et ipse cum cetera turba voce ac manu veneratus est. C. 12.

Dio 60, 4, 3: πολλάκις δὲ καὶ τοῖς ὑπάτοις τοῖς τε στρατηγοῖς καὶ μάλιστα τοῖς τὴν διοίκησιν ἔχουσι συνεξητάζετο.

Dio 60, 7, 4 = Zon. XI 9 p. 462. ταῦτα μὲν οὖν αὐτοῦ τε τοῦ Κλαυδίου ἔργα ἦν καὶ ὑφ' ἁπάντων ἐπῃνεῖτο.

---

nundinos permitteretur, et imprimis S. C. de nundinis saltus Beguensis C. I. L. VIII 270 (suppl. 11451), cf. Momms. StR. II[3] 887 = II[2] 851, III 1181. Postea vero haec quoque a principe data sunt, cf. Dig. L 11, 1: *nundinis impetratis a principe.*

in privata praedia. quae pars patrimonii principis erat, cf. Hirschfeld. V. G. p. 41—43 qui p. 25 A 3 praedia enumeravit.

a consulibus i. e. a consulibus et senatu, cf. ad c. 6: *a consulibus.* Momms. StR. II[3] 887 A 6.

Cognitionibus—interfuit. aetate imperatoria magis magisque ipsi magistratus res privatas et publicas iudicabant. Ex Dione (60, 4, 3) scimus, praesertim praetorum aerarii cognitionibus Claudium interfuisse.

ut unus e consiliariis. ubi unus homo rem decernebat, mos apud Romanos fuit, eum consilio amicorum vel peritorum uti. Is qui rem iudicabat consiliarios suos ipse sibi eligebat, qui tamen si magistratus erat, praesertim magistratus in consilium vocabat, cf. Momms. StR. I[3] 313 sqq. = I[2] 298 sqq.

Modestia Claudii in eo posita erat, quod, quamquam ut princeps rem sui iudicii facere poterat, ut unus e consilio sententiam suam dicere maluit.

eosdem spectacula edentes. ludos publicos tunc consules et praetores edebant.

surgens. cf. ad c. 6: *spectaculis advenienti assurgere.* Claudium in senatu consulibus surrexisse obviamque iisse, et etiam senatoribus, si diu stetissent, surrexisse testatur Dio 60, 7, 1. 12, 3.

voce manuque veneratus. voce i. e. acclamando: *Feliciter* (cf. c. 7) vel tale quid. *manu.* Ernesti et Ruhnkenius hoc explicaverunt: *basia iactando.* Quam explicationem, cui favere videtur Tac. Ann. XVI 4: *flexus genu et coetum illum manu veneratus*, ubi sine dubio sermo est de basiis (cf. Phaedrus V 7, 28: *iactat basia tibicen; gratulari fautores putat.* Mart. I 3, 7: *Audieris cum grande sophos, dum basia iactas.* Sittl, Gebärden p. 171), non amplector, Suetonium enim hoc in Claudio (ut Tacitus Hist. I 36 in Othone fecit) vituperaturum fuisse puto. Nostrum locum de plausu accipiendum esse credo, nam magistratus et alii homines insignes a Romanis plausu solebant excipi. Cf. Cic. ad Att. II 19, 3: *Caesar cum venisset mortuo plausu, Curio filius est insecutus: huic ita plausum est, ut salva re publica Pompeio plaudi solebat. — Inimici erant equitibus, qui Curioni stantes plauserant.* Cic. Phil. I 15, 36. Horat. Od. I 20, 3: *datus in theatro cum tibi plausus; care Maecenas eques.* Sen. ep. 29, 12: *si te videro celebrem secundis vocibus vulgi, si intrante te clamor et plausus et pantomimica ornamenta obstrepuerint.* Cf. Sittl l. l. p. 58.

Huic interpretationi non obstat, quod voc. *manu* singulari numero dictum est, cf. Mart. VIII 65, 6: *Roma salutavit voce manuque ducem*, ubi meo iudicio *manu* plausus indicatur (Sittl tamen l. l. p. 50 A 1 interpretatur manus porrectas fuisse, sed sermo est de Domitiano e bello Sarmatico Romam imperatoris triumphantis modo intrante, cf. Friedländer praef. in Mart. p. 59, qui tamen in commentario *manu* non explicavit), triumphanti enim

C. 12. Tribunis plebis adeuntibus se pro tribunali excusavit, quod propter angustias non posset audire eos nisi stantes. Quare in brevi spatio tantum amoris favorisque collegit, ut cum profectum eum Ostiam perisse ex insidiis nuntiatum esset, magna consternatione populus et militem quasi proditorem, et senatum quasi parricidam diris execrationibus incessere non ante destiterit, quam unus atque alter et mox plures, a magistratibus in rostra producti, salvum et appropinquare affirmarent.

XIII. Nec tamen expers insidiarum usque quaque permansit, sed et a singulis et per factionem et denique civili bello infestatus est. E plebe homo nocte media iuxta cubiculum eius cum pugione deprehensus est; reperti et equestris ordinis duo in publico cum dolone ac venatorio cultro praestolantes, alter

Dio 60, 18, 4. καί τις ἐν τούτῳ τῶν ἱππέων, ὡς καὶ ἐπιβουλεύσας τῷ Κλαυδίῳ, κατὰ τοῦ Καπιτωλίου ὑπό τε τῶν δημάρχων καὶ τῶν ὑπάτων κατεκρημνίσθη.

Suet. Otho. 1. quam (gratiam) mature recuperavit (Otho pater) detecta equitis R. fraude, quem prodentibus servis necem Claudio parare compererat.

Tac. Ann. XI 22. Interea Romae nullis palam neque cognitis mox causis, Cn. Nonius, eques Romanus ferro accinctus reperitur in coetu salutantum principem. Nam postquam tormentis dilaniabatur, de se non infitiatus conscios non edidit, incertum an occultans.

---

imperatori plaudere solebant, cf. Ovid. ex Ponto II, 1, 35: *quaque ierit, (victor) felix adiectum plausibus omen.* Cf. Sittl l. l. Add. p. 365.

Mommsen (StR. I^3 398 A 1 = I^2 382) Claudium cum populo hoc fecisse putat, magistratibus cum pompa circensi circum intrantibus; verum non solum de ludis circensibus, sed etiam de ludis scenicis cogitandum esse puto.

Tribunis—stantes. cf. Plin. Ep. I 23, 2: *ipse cum tribunus essem, — abstinui causis agendis: — quod deforme arbitrabar, cui assurgere, cui loco cedere omnes oporteret, hunc omnibus sedentibus stare.* Plut. C Gracch. 3.

amoris favorisque. Dio cum Suet. consentiens tradit Claudium initio ab omnibus laudatum fuisse, postea addit mox hanc spem praesertim ob necem Appii Silani in irritum cecidisse 60, 15, 1 = Zon. XI 9 p. 463: *τελευτήσαντος δὲ τούτου οὐκέτι χρηστὴν ἐλπίδα οἱ Ῥωμαῖοι τοῦ Κλαυδίου ἔσχον, ἀλλ' εὐθὺς αὐτῷ ἐπεβούλευσαν.*

militem—proditorem. princeps ut imperator semper milites circum se habebat.

parricidam. cf. Cic. Phil. II 13, 31: *plus quam sicarios, plus quam homicidas, plus etiam quam parricidas esse, siquidem est atrocius patriae parentem quam suum occidere.* Tac. Ann. XV 73: *Gallionem — hostem et parricidam vocans.* C. I. L. III 427 = Dess. n. 430: . . . *spes] parricidiales insid[iatorum].*

a magistratibus producti. ut saepe in tali re factum est, cf. e. g. Liv. 27, 50. 9. 11; 51, 5.

dolone. cf. Hesych. *δόλωνες : ξιφίδια ἐν ξύλοις ἀποκεκρύμμενα.*

equestris ordinis duo. alteras ex his

ut egressum theatro, alter ut sacrificantem apud Martis aedem adoreretur. Conspiraverunt autem ad res novas Gallus Asinius et Statilius Corvinus, Pollionis ac Messalae oratorum C. 13.

Dio 60, 27, 5. Ἀσίνιος δὲ δὴ Γάλλος ὁ τοῦ Δρούσου πρὸς μητρὸς ἀδελφὸς ἐπεβούλευσε μὲν τῷ Κλαυδίῳ, οὐκ ἀπέθανε δὲ ἀλλ' ὑπερωρίσθη. αἴτιον δὲ ἴσως μὲν καὶ ἐκεῖνο ὅτι μήτε στράτευμα προπαρασκευάσας μήτε χρήματα προαθροίσας, ἀλλ' ὑπ' ἀνοίας πολλῆς, ὡς καὶ ἑκουσίων τῶν Ῥωμαίων διὰ τὸ γένος ἄρξων, ἐθρασύνετο · τὸ δὲ δὴ πλεῖστον ὅτι καὶ σμικρότατος καὶ δυσειδέστατος ὤν, κἀκ τούτου καταφρονηθείς, γέλωτα μᾶλλον ἢ κίνδυνον ὦφλεν.

---

insidiis a. 796/43 factas esse ex Dione (60, 18, 4) discimus, alteras a L. Othone, patre eius qui postea imperavit, detectas esse narrat Suet. Otho 1. Utrum has tangat Tacitus Ann. XI 22 (sub a. 800/47), an tertias a Suetonio non memoratas, non diiudico, quamquam verba *in coetu salutantum principem* mihi potius de sollemni salutatione matutina accipienda esse videntur (ita quoque Nipp.—Andr. ad Tac. l. l.).

Martis aedem. de templo Martis Ultoris non cogitandum, quod si indicare voluisset *Ultoris* addidisset.

conspiraverunt. hoc a. 799/46 factum esse tradit Dio (60, 27, 5).

Gallus Asinius. Asinius Gallus frater uterinus Drusi Ti. Caesaris filii (Dio l. l.), nepos Pollionis oratoris (Suet.), filius fuit C. Asinii Galli cos. a. 746/8 (de quo vide ad c. 41) et Vipsaniae M. Agrippae filiae, quorum filii praeter hunc nobis noti hi sunt (Lehmann l. l. p. 261):

1) Asinius Saloninus (*Tiberio*) *Caesari progener destinatus* (Tac. Ann. III 75) mortuus a. 775/22, cf. Tac. l. l.

2) C. Asinius Pollio praetor peregrinus a. 773/20 (Fasti Arv. C. I. L I² 1 p. 70), cos. a. 776/23 (fasti Arv. l. l. C. I. L. VI 10051. 29681. X 895), proconsul Asiae (annis fere 790/37—791/38, cf. Waddington fastes I p. 122. Eckhel d. n. VI 211. Mionnet IV 121. Suppl. VII 418). Hic nominari videtur C. I. L. XV 2233. 2234 (cf. Dressel ad C. I. L. l. l. 2231), ad hunc aut ad avum spectat C. I. L. VI 9902. Cf. C. I. Att. III 583.

3) M. Asinius Agrippa cos. a. 778/25 (Fasti Arv. l. l. C. I. L. IV 2552. V 5592? VI 10051. XI 3612. I 766) mortuus a. 780/27, cf. Tac. Ann. IV 61.

4) Ser. Asinius Celer cos. suff. anni, ut videtur, 791/38 (cf. Klein fasti cons.), curator aquarum (apud Frontinum enim aq. 102 cum Mommseno scribendum est: *Huic successit post mensem Ser. Asinius Celer. A*[*sinio* ....] *Nonio Quintiliano consulibus*), nominatur C. I. L. VI 9901 a: *M. Vipsanius Agrippinae l. Thales conlactan*[*eus*] *Celeris Galli fili vixit ann. XIIX Chryses frater merenti fecit.* C. I. L. IX 3017 *Ser. Asin*[*io*] *Celeri.* VI 9901: *Heraclae Asiniae Agrippi*[*nae*] *Celeris filiae stratori.* Filia praeterea nominatur C. I. L. VI 9901 b. Celer hic a Claudio, quamquam eius amicitia utebatur, interfectus est, cf. Sen. Apocol. 13, 5.

His fortasse addendus est is, cui positus est titulus Puteolanus C. I. L. X 1682 = Dess. n. 933: *Cn. Asinio Pollionis et Agrippae nepoti Puteolani patrono publice*, nisi is est aut Saloninus aut Gallus noster.

Gallus utrum consul fuerit necne nescimus, consulem a. 746/8 Tac. Ann. VI 23 *tot consularium parentem* nominat, minima tamen statura filium ac corpore deformi fuisse tradit Dio l. l.

Statilius Corvinus. est consul a. 798/45, nam hic solus, quantum scimus, in domo Statilia nomen Corvinum habuit. Plenum nomen ei fuit *T. Statilius Taurus Corvinus*, cf. Phlegon fragm. 35 Mueller: ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Μάρκου

C. 13. nepotes, assumptis compluribus libertis ipsius atque servis.

Βινικίου καὶ Τίτου Στατιλίου Ταύρου τοῦ Κουρβίνου ἐπικληθέντος (praenomen *Titum* testantur quoque tituli libertorum eius), in titulis tamen plerumque (exceptis C. I. L. VI 2035. XIV 4126) praenomen *Taurum* habet, ita ut nominetur Taurus Statilius Corvinus, nam ex novis familiis Statilii soli (et ex his soli hic Taurus Corvinus huiusque patruus Sisenna Taurus) cognomine pro praenomine usi sunt, cf. Mommsen Röm. Forsch. I 37 A 61. 62, StR. III 205 A 2. Consul fuit a. 798/45, cf. Notizie degli Scavi 1887 p. 209 = Dess. n. 2283: *M. Vinicio II Tauro Stat[ili]o Corvino [co]s.* C. I. L. X 825: *Tauro Statilio Ti. Platilio Aelian(o) cos.* XIV 4126: *Ti. Plaut(io) [T.] Cor(vino) cos.* Phlegon l. l. Dio 60, 25, 1, cf. praeterea C. I. L. III Suppl. 6983: *[pr]aef(ectus) fabr(um) bis in aerar(ium) delatus a cos. A. Gabin[io Secundo Ta]uro Statilio Corvino.* Frater Arvalis fuit, cf. C. I. L. VI 2025—2035, et XV vir sacris faciundis, cf. C. I. L. VI 3878 = 6243: *T. Statilius Corvini l. Epaphra calator XV vir(orum).* Liberti eius praeterea nominantur C. I. L. VI 6214. 6373. 6417. 6559. 6595. 26771. Frater Corvini fuit T. Statilius Taurus cos. a. 797/44 (Henzen 5214. C. I. L. X 6638. XI 3806), proconsul Africae, qui a. 806/53 a Tarquitio Prisco iussu Agrippinae hortis Taurianis (C. I. L. VI 29771) inhiantis repetundarum reus factus ipse se interfecit (Tac. Ann. XII 59).

Pater fuit T. Statilius Taurus cos. a. 764/11 (C. I. L. IX 1456. X 6639. XII 4333. XIV 2302), patruus T. Statilius Sisenna Taurus cos. a. 769/16 (C. I. L. VI 7479. 10051. 10237. 10399. X 6639. XI 1356), avus T. Statilius Taurus triumvir monetalis circa annum 742/12 (Eckhel D. N. V 316), proavus, a quo nobilitas gentis incipit, T. Statilius Taurus amicus Augusti, bis consul (suff. a. 717/37, cf. C. I. L. IV 2437; iterum a. 728/26, cf. C. I. L. VI 2014. X 3790), de quo cf. C. I. L. X 409 = Dess. n. 893a: *[T. Sta]tilio T. f. Tauro [a]uguri cos. iter. imp. ter. [cu]rioni maximo;* C. I. L. II 3556. III 605 = Dess. n. 893. 2678. Inscr. Graec. Sept. I 86 'qui titulus mihi propter ea, quae Dittenberger ad l. l. 97—99 dixit cum K. Keil (Mus. Rhen. 14 p. 505) ad hunc spectare videtur). Dio 49, 18. 38; 51, 23. 1; 54, 6. 19. Velleius II 127. Cf. stemma Statiliorum a Mommseno confectum et enarratum C. I. L. VI p. 994 sq.

Statilii servorum familia cum ipsis principibus certabant, cf. titulos libertorum et servorum eorum C. I. L. VI 6213—6640, quin etiam usurpaverunt quod more ipsis principibus vel domui Augustae reservatum erat, nam suos Germanos corporis custodes habuerunt, cf. C. I. L VI 6221. 6229—6237. 9191. Mommsen StR. II³ 824 A 6 = II² 797 A 7, ut etiam suum viatorem, cf. C. I. L. VI 6375. Mommsen StR. I³ 360 A 1 = I² 344.

Pollionis ac Messalae oratorum nepotes. C. Asinius Pollio avus *paternus* Galli fuit, at M. Valerius Messala Corvinus Statilii avus *maternus*, nam filia huius Valeria Messalina nupsit Statilio Tauro cos. a. 764/11, cf. C. I. L. VI 9191 *Donat[i] dispen[s(atoris)] Messalin[ae] Tauri.* 6231. Mommsen C. I. L. l. l.

Pollio et Messala aevi Augusti oratores celeberrimi saepius simul nominantur, ut Tac. Ann. XI 6: *meminissent Asinii, Messalae;* Dial. 17. Velleius II 36. De iis cf. Teuffel H. L. R. § 221, 4; 222, 2. 3.

Ceterum ad nobilitatem coniuratorum indicandam M. Agrippam, Asinii Galli avum, et T. Statilium Taurum, Corvini proavum, memorare sane debuit Suetonius, etsi ut novi homines secundo loco nominari poterant.

libertis ipsius i. e. Claudii. Lehmann l. l. p. 262 libertos Claudii tantam potentiam nactos esse opinatus, ut non credendi sint contra illum conspiravisse, totam coniurationem a Messalina eiusque amicis subornatam esse dicit, ut homines sibi ingratos perderet eandemque ob

Bellum civile movit Furius Camillus Scribonianus, Del- C. 13.

Dio 60, 15, 1 sqq. = Zon. XI 9 p. 464. εὐθὺς αὐτῷ ἄλλοι τε καὶ Ἄννιος Οὐινικιανὸς ἐπεβούλευσεν. οὗτός τε γὰρ ἐκ τῶν ἐς τὴν ἡγεμονίαν μετὰ τὸν τοῦ Γαΐου θάνατον προβληθέντων ἦν, καί τι καὶ ἐκ τούτου δεδιὼς ἐνεωτέρισεν · ἐπειδή τε οὐδεμίαν ἰσχὺν ἐκέκτητο, ἔπεμψε πρὸς Φούριον Κάμιλλον Σκριβωνιανὸν τῆς τε Δελματίας ἄρχοντα καὶ δύναμιν συχνὴν πολιτικὴν καὶ ξενικὴν ἔχοντα, καὶ προσανέπεισεν αὐτὸν καὶ καθ' ἑαυτὸν διανοούμενον ἐπαναστῆναι, ἄλλως τε καὶ ὅτι ἐπίδοξος αὐταρχήσειν ἐγεγόνει. πράξαντος δὲ αὐτοῦ τοῦτο συχνοὶ μὲν καὶ βουλευταὶ καὶ ἱππῆς πρὸς αὐτὸν ὥρμησαν . . . οἱ γὰρ στρατιῶται, τοῦ Καμίλλου τό τε τοῦ δήμου σφίσιν ὄνομα προτείνοντος καὶ τὴν ἀρχαίαν ἐλευθερίαν ἀποδώσειν ὑπισχνουμένου, ὑπώπτευσαν πράγματα αὖθις καὶ στάσεις ἕξειν, καὶ οὐκέτ' αὐτῷ ἐπείσθησαν. καὶ ὁ μὲν ἐκ τούτου φοβηθεὶς σφας ἔφυγε, καὶ ἐς τὴν Ἴσσαν τὴν νῆσον ἐλθὼν ἐνταῦθα ἑκούσιος ἀπέθανε.

Tac. Ann. XII 52. Pater Scriboniani Camillus arma per Delmatiam moverat.

Suet. Otho 1. Ausus etiam est in Illyrico milites quosdam, quod motu Camilli ex paenitentia praepositos suos quasi defectionis adversus Claudium auctores occiderant, capite punire.

Plin. epist. III 16, 7. Scribonianus arma in Illyrico contra Claudium moverat: fuerat Paetus in partibus et occiso Scriboniano Romam trahebatur.

(Victor) Epit. IV 4. Huius tempore Scribonianus Camillus intra Dalmatias imperator creatus continuo occiditur.

Tac. Hist. I 89. Scriboniani contra Claudium incepta simul audita et coercita.

Tac. Hist. II 75. Sic Scribonianum sub Claudio interfectum, sic percussorem eius Volaginium e gregario ad summa militiae provectum.

Plin. epist. III 16, 9. Eadem (Arria) apud Claudium uxori Scriboniani, cum illa profiteretur indicium, „ego" inquit „te audiam, cuius in gremio Scribonianus occisus est, et vivis?"

---

causam Gallum tantum relegatum, non necatum esse. Lehmanni sententia vix probanda; Dio (60, 27, 5) enim certam causam affert, cur Gallus contemptus sit. Neque quod Dio l. l. mentionem nullam Corvini facit, sufficit ut contra testimonium Suetonii Corvinum et Gallum diverso tempore coniuravisse putemus. Corvinum autem necatum esse sine dubio recte observat Mommsen C. I. L. VI p. 994. Alia suspicio Lehmanni (l. l.) putantis Asinio Celeri fratris Galli coniurationem mortis causam fuisse probabilitate non caret, nam Celer ante initum a. 800/47 interfectus sit necesse est ob silentium Taciti, ita ut fortasse is, cui Didius Gallus in cura aquarum successit (quod anno demum 800/47 facere potuit, cf. Nipp.-Andr. ad Tac. Ann. XII 15) Asinius Celer fuerit, eiusque nomen in lacuna apud Frontinum aq. 102 supplendum sit.

C. 13. matiae legatus; verum intra quintum diem oppressus est,

---

[p. 61] *movit.* a. 795/42 hoc factum esse tradit Dio 60, 15, 1.

[p. 61] *Furius Camillus Scribonianus.* ita quoque a Dione 60, 15, 1 *Φούριος Κάμιλλος Σκριβωνιανός*, in titulis vero *Camillus Arruntius* nominatur et sic quoque Suet. Otho 2, apud scriptores aut *Camillus Scribonianus* (Tac. Ann. VI 1. Dio 58, 17, 1. (Victor) Epit. IV 4) aut simpliciter *Scribonianus* (Tac. Hist. I 89. II 75. Plin. epist. III 16) aut *Camillus* (Suet. Cl. 35. Otho 1. Dio 55, 23, 4). Praenomen *Lucium* habuit plerumque nomen ei fuit *L. Arruntius Camillus Scribonianus*, ut innotuit demum invento titulo Dalmatico infra adscribendo C. I. L. III Suppl. 9864 a (antea minus recte hunc eundem fuisse putaverunt, qui in actis fr. Arv. (C. I. L. VI 2028. 2031) M. Furius Camillus appellatur), ita ut Suetonius et Dio eum (ut Tac. Ann. XII 52 filium, cf. infra) minus accurate priore ac nobiliore nomine *Furium*, non adoptivo *Arruntium* appellaverint. Recte enim Mommsenum (Herm. III p. 133) statuisse Camillum Scribonianum filium naturalem fuisse M. Furii Camilli cos. a. 761/8, proconsulis Africae a. 770/17 (Tac. Ann. II 52), adoptatum esse a L. Arruntio cos. a. 759/6 (C. I. L. I 752. 753. II 3695. VI 14845) contra Borghesium Opp. 5 p. 241 (secundum quem filius naturalis fuisset Arruntii, adoptatus a Camillo) iam titulus Dalmaticus docet. Frater eius naturalis fuisse videtur M. Furius Camillus frater Arvalis (cf. supra), soror autem Livia Medullina Camilli filia quae Claudio sponsa ipso die, qui nuptiis destinatus erat, mortua est (cf. c. 26).

Camillus Scribonianus cos. fuit a. 785/32, cf. C. I. L. I 769. X 899. 4847. fasti Arv. C. I. L. I² 1 p. 71, fortasse idem est Camillus cuius legatus memoratur C. I. L. IX 2235 = Dess. n. 961: — .... [*leg*] .... *Camilli in provinciam* .... (cf. Dessau l. l.). Filius eius nominatur in titulo bilingui prope rudera Prymnessi reperto C. I. L. III Suppl. 7043 = Dess. n. 976: *L.* [*A*]*rru*[*nti*]*o L. f. S*[*criboniano*] *Pompei Magni a*[*bnepoti*] *Ani*(*ensi sc. tribu*) *praef. urb. au*[*g*] .... *Prymness. et c*(*ives*) *R*(*omani*) [*qui ibi nego*]*tiantur cura*[*m agente*] *C. Caecillio L. f. M.*.... *Ὁ δῆμος καὶ ο[ἱ κατοικοῦν]τες Ῥωμαῖοι Λε[ύκιον Ἀρρούν]τιον Λευκίο[υ υἱὸν Ἀνι.] Πομπηίου Μ[άγνου ἀπόγο]νον Σκριβων[ιανὸν ἔπαρ]χον Ῥώμ(ης) αὐ[γουρα]*, qui titulus simul docet unde consul a. 785/32 cognomen *Scribonianum* duxerit, mater enim eius Pompeia, filia Sex. Pompeii et Scriboniae, neptis Pompeii Magni fuerit necesse est. Idem filius est, quem a. 805/52 in exsilium actum esse narrat Tac. Ann. XII 52. Filia est Arruntia Camilla quae nominatur C. I. L. VI 5932: *Libertorum Arruntiae Camilli filiae Camillae curante Arruntio Fusco.* XV 112—114. Cf. Pauly-Wissowa Real-Enc. II p. 1264 sq. Dio 60, 15, 1 tradit Camillum et ipsum de defectione cogitantem praesertim litteris L. Annii Viniciani (de quo vide Nipp.-Andr. ad Tac. Ann. VI 9) ex insidiatoribus Gaii, pellectum fuisse ut auderet, quod patrem adoptivum ausurum fuisse, si casus daretur Augustus declaraverat, cf. Tac. Ann. I 13; multosque senatores et equites se ad illum contulisse. Ex his novimus Q. Pomponium (cf. p. 44 ad c. 10) et Caecinam Paetum, de cuius et uxoris Arriae morte cf. Dio 60, 16. Plin. epist. III 16. Martial. I 14. Tac. Ann. XVI 34.

Ceterum Camilli nomen ob hoc bellum civile erasum est C. I. L. XI 4170 = Dess. n. 157, consulto omissum in fastis Nolanis C. I. L. X 1233.

Delmatiae legatus. Dalmatiam regebat legatus pro praetore consularis. Camillum iam Gaio imperante legatum Dalmatiae fuisse docet C. I. L. III Suppl. 9864a: *L. Arruntius Cami*[*ll*]*us Scrib*[*o*]*nia*[*n*]*us le*[*g.*] *pro pr. C.* [*C*]*ae*[*s*]*aris Aug. Germanici iudicem dedit M' Coelium* (*centurionem*) *leg. VII inter Sapuates e*[*t La*]*matinos ut finis* [*reg*]*eret et termin*[*o*]*s po*[*n*(*eret*)]. In legatione successerat, ut videtur, L. Volusio Saturnino cos. suff. a. 756/3, quem etiam Gaio

legionibus, quae sacramentum mutaverant, in paenitentiam religione conversis, postquam, denuntiato ad novum imperatorem itinere, casu quodam ac divinitus neque aquila ornari neque C. 13.

---

principe Dalmatiae praefuisse testantur tituli C. I. L. III 2882. 2976. Suppl. 8472. 9832. 9833. Camillo successit L. Salvius Otho pater imperatoris, cf. Suet. Otho 1.

intra quintum diem. idem Tacitus Hist. I 89: *incepta simul audita et coercita.*

oppressus. fugerat Camillus in insulam Issam (Dio l. l.), ubi a gregario milite Volaginio interfectus est (Tac. Hist. II 75. Plin. epist. III 16, 9. (Victor) Epit. IV 4). Non dissentit Dio ut est opinio Reimari, nam verba eius *ἑκούσιος ἀπέθανε* male interpretatus est Zonaras (XI 9 p 464): *αὐτὸς μὲν ἀπέκτεινεν ἑαυτόν.* Vinicianus contra et multi alii ipsi se interfecerunt (Dio l. l.)

legionibus. his temporibus duae legiones in Dalmatia tendebant VII et XI, quae quod a Camillo defecerunt a Claudio et senatu cognomen *Claudia Pia Fidelis* acceperunt, cf. Dio 60, 15, 4: *τοὺς μὲν στρατιώτας ἄλλοις τέ τισιν ἠμείψατο (Κλαύδιος) καὶ τῷ τὰ πολιτικὰ αὐτῶν στρατόπεδα, τό τε ἕβδομον καὶ τὸ ἑνδέκατον, καὶ Κλαυδίεια καὶ πιστὰ καὶ εὐσεβῆ καὶ πρὸς τῆς βουλῆς ἐπονομασθῆναι;* 55, 23, 2. 4, quibus cognominibus postea semper usae sunt. Legio septima ante a. 821/68 in Moesiam translata est, cf. Tac. Hist. II 85. Joseph. Bell Iud. II 16, 4, 370; undecima a. 823/70 in Germaniam superiorem, cf. Tac. Hist. IV 68.

denuntiato ad novum imperatorem itinere. Salona enim erat sedes legati, cf. C. I. L. III p. 304, legionis autem septimae castra stativa fuerunt Delminii in conventu Salonitano, legionis undecimae Burni in conventu Scardonitano, cf. C. I. L. III p. 281.

casu quodam ac divinitus. omnes codices ac habent. Post Lipsium tamen (cuius coniecturam Rothius ne memoravit quidem) multi editores *an* pro *ac* scripserunt. Nec negandum est *casu an divinitus* vel eiusmodi locutiones saepe inveniri, cf. Caesar B. G. I 12, 6: *sive casu sive consilio deorum.* Verg. Aen. XI 21: *si quis in adversum rapiat casusve deusve.* Plin. Paneg. 1: *forte casuque vel aliquo numine;* at regula illa, quam Wolfius ad hunc locum statuit: „semper casus distinguitur a providentia" non semper observatur. Sic Liv. I 4, 4: *forte quadam*, inquit, *divinitus* (= *θείᾳ τινὶ τύχῃ*) quo loco immerito Gruter et Wolfius *quadam an* scripserunt. Nihil igitur mutandum, *ac* = *et quidem* (de hac significatione cf. Kühner Gr. L. II p. 634, 4). Dio l. l. aliam et probabiliorem causam affert cur legiones a Camillo defecerint, declaraverat enim se liberam rem publicam restituturum esse, quod fieri milites noluerunt.

aquila. propter Orosium, qui haec, ut solet, ex Suetonio desumpta ita narrat VII 6, 6: *Accidit etiam eodem tempore praesentis gratia Dei grande miraculum, siquidem Furius Camillus Scribonianus Dalmatiae legatus bellum civile molitus legiones multas fortissimasque ad sacramenti mutationem pellexerat. itaque die dato ut in unum undique ad novum imperatorem conveniretur, neque aquilae ornari neque convelli quoquo modo signa moverive potuerunt* Rothius Torrentium secutus *aquilae* in textum recepit sine causa, puto, Orosium enim rem exaggeravisse patet.

ornari. ad hunc locum explicandum interpretes attulerunt Plinium H. N. XIII 3, 23: *aquilae certe ac signa, pulverulenta illa et cuspidibus horrida unguuntur festis diebus, utinamque dicere possemus quis primus instituisset!* Rectius tamen von Domaszewski (Die Fahnen im Röm. Heere p. 53 A 2) cogitavit de coronis aliisve ornamentis honorificis, quibus utpote toti legioni datis aquilam ornatam fuisse idem vidit (l. l. p. 34).

C. 13. signa convelli moverique potuerunt.

XIV. Consulatus super pristinum quattuor gessit; ex quibus duos primos iunctim, sequentis per intervallum, quarto quemque anno, semenstrem novissimum, bimenstris ceteros, tertium

Dio 60, 10, 1 (a. 795/42). ὑπάτευε δὲ ὁ Κλαύδιος μετὰ Γαΐου Λάργου, καὶ ἐκείνῳ μὲν δι' ἔτους ἄρξαι ἐφῆκεν, αὐτὸς δὲ δύο μησὶ καὶ τότε τὴν ἀρχὴν ἔσχε.

Dio 60, 17, 1 (a. 796/43). μετὰ δὲ τοῦτο ὁ Κλαύδιος ὑπατεύσας αὖθις τὸ τρίτον κ. τ. λ.

Dio 60, 21, 2 = Zon. XI 9 p. 465. ὁ Κλαύδιος — τῷ Οὐιτελλίῳ τῷ Λουκίῳ τῷ συνάρχοντι τά τε ἄλλα καὶ τοὺς στρατιώτας ἐνεχείρισε, καὶ γὰρ ἐξ ἴσου αὐτὸν ἑαυτῷ ἑξάμηνον ὅλον ὑπατεῦσαι ἐποίησεν.

---

signa. manipulorum, cohortes enim signa non habuerunt, cf. von Domaszewski l. l. p. 23 sq.

convelli moverique. Orosius habet *moverive* quod fortasse recipiendum est. Si signa convelli non possent, id pro infausto omine habebatur, cf. Dio 40, 18 = Val. Max. I 6, 11. Florus II 6, 14: *aquilae prodire nolentes.* De cultu signorum cf. Tertullian. Apol. 16: *religio Romanorum tota castrensis: signa veneratur, signa iurat, signa omnibus deis praeponit.* C. I. L. III 3526. Suppl. 6224. VII 1031 = Dess. n. 2355. 2295. 2557. C. I. L. II 2553; de aquilae veneratione cf. C. I. L. II Suppl. 6183 = Dess. n. 2293. III Suppl. 7756. II 2252. 2254. Dess. n. 2294. Cf. von Domaszewski, die Religion des Röm. Heeres (Trier 1895) p. 11 sq.

quattuor. secundum a. 795/42 (fasti Antiat. C. I. L. I² 1 p. 247. I 772) cum C. Caecina Largo, tertium a. 796/43 cum L. Vitellio (fasti Antiat. l. l.), quartum a. 800/47 cum L. Vitellio (C. I. L. IV 2553. X 8067, 1. 2. XIV 4124, 1. 2) quintum a. 804/51 cum Ser. Cornelio Orfito (C. I. L. II 4095. VI 353. 1984. fasti Antiat. l. l.)

duos. hoc loco Rothius ex Memmiano dedit *duo* qui tamen Gai. 41. Otho 1. Dom. 10 *duos* scripsit. Iam Cicero et Caesar promiscue *duos* et *duo* dixerunt, aetate autem imperatoria *duos* magis in usum venit, cf. Speyer Gr. L. I § 65 Kühner Gr. L. I p. 418, 2 A 1.

semenstrem novissimum. tessera gladiatoria Bullet. dell. Inst. 1871 p. 151: *Maximus Mannei sp. V K. Oct. Ti. Cla(udio) V L. Cal(idio?) Vet(ere)* docet (nisi ibi, ut monuit v. cl. Boissevain, id ipse tamen minus verisimile esse iudicans, annus indicatus est eodem fere modo quo in titulo Henzen 5214: *VIII K. Oct. anno C. Passieni Crispi T. Statilio Tauro cos.*) Claudium V K. Oct. adhuc consulem fuisse probabilisque est suspicio Asbachii Mus. Rhen. 35, 179 eum usque ad K. Nov. consulatum gessisse, cum sciamus Vespasianum per duos postremos menses huius anni consulem fuisse, cf. Suet. Vesp. 4. Dom. 1. 17.

bimenstris ceteros. de consulatu a. 795/42 inter Dionem et Suetonium convenit, et exeunte mense Martio aut ineunte mense Aprili C. Cestium Gallum in locum Claudii suffectum fuisse docent fasti feriarum Latinarum C. I. L. VI 2015 [*C. C*]*estio Gallo C*[*aecina*] *Largo cos.* [*Lat. f.... A*]*pr.*

De consulatu anni 796/43 Dio dissentit, qui (60, 21, 2) hunc semenstrem fuisse tradit, at Suetonium id quod verum est tradidisse patet ex fastis fer. Lat. C. I. L. VI 2015: [*L. Pedanio Secundo Sex. Palpellio His*]*tro cos.* collato Plinio H. N. 10, 35: *Capitolii cellam ipsam intravit* (*bubo*) *Sexto Palpelio Histro L. Pedanio cos.*, *propter quod nonis*

autem, novo circa principem exemplo, in locum demortui C. 14
suffectus. Ius et consul et extra honorem laboriosissime dixit,

---

Martiis urbs lustrata est eo anno. De consulatu anni 800/47 vide infra.

tertium novo circa principem exemplo in locum demortui suffectus. Gaius enim quoque a. 790/37 consul suffectus fuerat. — Quos Suetonius modo memoravit consulatus *duos primos iunctim* gestos, cum sint consulatus a. 795/42 et 796/43, exspectamus hunc tertium esse consulatum anni 800/47. At, quominus locum ita accipiamus obstat quod constat Claudium iam consulem designatum fuisse in a. 800/47 non solum ante d. 24 m. Jan. a. 799/46 (cf. C. I. L. II 1569. V 25. VI 916. 1252 = Dess. n. 205. edictum Claudii apud Josephum Ant. Iud. XX 1, 2, 11), sed etiam ante d. 24 m. Jan. a. 798/45, cf. C. I. L. V 3326 = Dess. n. 204: *Ti. Claudio Drusi f. Caesari Aug. Germanico pontif. max. trib. potest. IIII cos. III designato IIII imp. publice d. d.* et titulum Thessalonicensem (Revue archéol. 20, 62): *Τιβερίῳ Κλαυδίῳ Καίσαρι Σεβαστῷ Γερμανικῷ ἀρχιερ[ε]ῖ δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ τέταρτον ὑπατῷ ἀποδεδ[ε]ιγμένῳ τὸ τέταρτον αὐτοκράτωρ τὸ ὄγδοον;* ea enim quae de designatione huius aetatis novimus prohibent quominus eum, in cuius locum Claudius suffectus esset iam a. 797/44 in annum 800/47 designatum fuisse putemus, cf. Mommsen StR. I^3 586 sqq. = I^2 567 sqq. Itaque assentiendum videtur iis (Eckhel D. N. VI 248, Mommsen StR. II^3 1096 A 3 = II^2 1042 A 3), qui consulatum tertium anni 796/43 intellegendum esse putant.

Plane diversam opinionem de hoc loco protulit Asbach l. l. p. 179. Putat enim Suetonium de consulatu a. 800/47 dixisse, quae de consulatu a. 804/51 dicenda fuissent; illum quoque semenstrem fuisse, hunc a Claudio porro gestum esse, cum is qui simul cum L. Calidio Vetere fasces sumpturus fuisset ante initum magistratum mortuus esset. Quae ex parte tantum mihi placent. Nam recte Asbachius suspicatus est consulatum a. 800/47 semenstrem fuisse, cum enim verisimile sit Claudium propter ludos saeculares eo anno celebrandos (aliam causam saltem non novimus) tam mature designatum esse (cf. Mommsen StR. I^3 587 = I^2 567), consentaneum est eum quo tempore ludi celebrati sint consulem fuisse. Sed non verisimile esse puto Claudium in locum demortui consulatum diutius gessisse, hoc enim si dicere voluisset Suetonius sine dubio aliis verbis usus fuisset. Nec magis placet quod idem, quamquam dubitanter, l. l. p. 180 A 1 vocabula *novissimum* et *tertium* sedes inter se mutare iubet; ita enim secundum Suetonium consulatus a. 804/51 bimenstris fuisset.

Ius et consul. consules quoque ius dixerunt (cf. Dio 60, 4, 4: *πολλάκις (Κλαύδιος) — τοῖς ὑπάτοις συνεξητάζετο* aliosque locos apud Mommsenum StR. II^3 105 A 1 = II^2 98), quibus autem de rebus iudicaverint non certo scimus. Iurisdictionem eorum intra certos fines constitutam fuisse docet Plin. paneg. 77: *reliqua pars diei tribunali dabatur (a Traiano consule). ibi vero quanta religio aequitatis! quanta legum reverentia! adibat aliquis ut principem: respondebat se consulem esse. nullius ab eo magistratus ius, nullius auctoritas imminuta est, aucta etiam; siquidem pleraque ad praetores remittebat, atque ita ut collegas vocaret.* Hoc loco imprimis usus Mommsen (StR. II^3 105 sqq. = II^2 99 sqq.) verisimile esse putat appellationes praesertim apud eos interpositas esse, delegatas a senatu. Quamquam mihi quoque verisimile videtur talem iurisdictionem consulibus datam fuisse, id tamen minime certum est; iis enim qui hoc negant (Merkel, Abhandlungen aus dem Gebiete des Röm. Rechts II 60 sqq., Herzog II 833 A 3) concedendum est neque ex loco Plinii id colligi posse neque ullum certum testimonium eiusmodi appellationis vel delegationis exstare.

C. 14. etiam suis suorumque diebus sollemnibus, nonnumquam festis quoque antiquitus et religiosis. Nec semper praescripta legum secutus, duritiam lenitatemve multarum ex bono et aequo, perinde ut adficeretur, moderatus est; nam et iis, qui apud privatos iudices plus petendo formula excidis-

Dio 60, 4, 3 sq. *καὶ καθ' ἑκάστην γε ὡς εἰπεῖν ἡμέραν, ἤτοι μετὰ πάσης τῆς γερουσίας ἢ καὶ ἰδίᾳ, τὸ μὲν πλεῖστον ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἤδη δὲ καὶ ἄλλοθι, ἐπὶ βήματος ἐδίκαζε. — καὶ ὀλίγα παντελῶς τοῖς ἄλλοις δικαστηρίοις ἐπέτρεπε.*

Tac. Ann. XII 4. Tum formam futuri principatus praescripsit (Nero), ea maxime declinans, quorum recens flagrabat invidia Non enim se negotiorum omnium iudicem fore.

Seneca Apocol. 7, 4 sq. ego (Claudius) eram, qui Tiburi — ius dicebam totis diebus mense Iulio et Augusto. Tu scis quantum illic miseriarum tulerim cum causidicos audirem diem et noctem.

Seneca l. l. 12, 2, vs. 22 sq. Quis nunc iudex Toto lites audiet anno?

Dio 60, 5, 7 = Zon. XI 8 p. 462. *τὰς γοῦν θυγατέρας — τὴν μὲν ἐγγυήσας — τὴν δὲ ἐκδούς — οὐδὲν ἐξαίρετον ἔπραξεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐδίκασε καὶ ἡ βουλὴ ἠθροίσθη.*

[p. 65] *extra honorem.* princeps in omni re ius dicere potest, sed plerique tantum res maioris momenti ipsi iudicaverunt, ceteras res iudicibus et magistratibus reliquerunt. Claudius vero paene omnia ipse cognovit, idque pro usurpatione aequales habuerunt, cf. praeter locos inter testimonia allatos Senecam Apocol. 4: *legum silentia rumpet;* Calpurnium ecl. 1, 69 sqq: *Iam nec adumbrati faciem mercatus honoris Nec vacuas tacitus fasces et inane tribunal Accipiet consul, sed legibus omne reductis Ius aderit moremque fori vultumque priorem Reddet et afflictum melior deus auferet aevum,*' Mommsen StR. II³ 106 A 1 = II² 99.

[p. 65] *laboriosissime.* idem vocabulum de eadem re habes Caes. 43. Aug. 84.

suis suorumque diebus sollemnibus. Dio (60, 5, 7) tradit Claudium ius dixisse in nuptiis et sponsaliis filiarum. Cf. quoque ad c. 12 p. 55.

festis. horum numerum Claudius a. 796/43 coercuit, cf. Dio 60, 17, 1: *μετὰ δὲ τοῦτο — πολλὰς μὲν θυσίας πολλὰς δὲ καὶ ἱερομηνίας ἔπαυσε.*

religiosis. de iis cf. Gell. 4, 9, 5: *Religiosi enim dicuntur tristi omine infames impeditique, in quibus et res divinas facere et rem quampiam novam exordiri temperandum est; quos multitudo imperitorum prave et perperam nefastos appellat.* Nonnulli autem dies non nefasti erant, quamquam religiosi (cf. Marquardt St. V. III² 295 A 1), quibus diebus Claudius ius dixisse putandus est.

moderatus i. e. ad certum modum redigens. Quo sensu *moderari* apud Suetonium semper accusativum regit, cf. Aug. 13 *successum victoriae moderatus;* Dom. 7: *pretia spadonum moderatus.*

nam—condemnavit. per chiasmum Suetonius exempla duritiae lenitatisve affert.

plus petendo formula excidissent. cf. Gaius IV 53: *si quis intentione p[l]u[s] complexus fu[er]it [causa cadit] id est*

sent, restituit actiones, et in maiore fraude convictos, legitimam poenam supergressus ad bestias condemnavit. C. 14.

XV. In cognoscendo autem ac decernendo mira varietate animi fuit, modo circumspectus et sagax, interdum inconsultus ac praeceps, nonnumquam frivolus amentique similis. Cum decurias rerum actu expungeret, eum, qui

---

rem perdit. — [*Plus autem quattuor*] *modis petitur: r*[*e*], *tempore, loco, causa.* Paulus Sent. I 10: [*Plus petendo*] *causa cadimus aut loco aut summa aut tempore aut qualitate: loco alibi, summa plus, tempore petendo ante tempus, qualitate eiusdem rei speciem meliorem postulantes.*

formula excidissent. cf. Seneca ep. 48, 10: *quid enim aliud agitis, cum eum, quem interrogatis, scientes in fraudem inducitis, quam ut formula cecidisse videatur.* Idem est *causa cadere*, quod Gaius l. l. explicat per *litem perdere.*

restituit actiones i. e. apud eosdem iudices, qui antea iudicaverant, res denuo iudicata est. Claudium hoc contra legem fecisse et docent verba *nec semper praescripta legum secutus* et inde efficitur, quod postea quoque nisi in certis rebus restitutio in integrum a praetore concedebatur, cf. Gaius IV 53: *nec* (*si quis plus petendo causa cecidit*) *a praetore in integr*[*um*] *restituit*[*ur*] *excep*[*tis*] *quibusdam casibus in q*[*uibus* .... *p*]*raetor non patitur* .... Inst. IV 6, 33: *nec facile in integrum a praetore restituebatur, nisi minor erat viginti quinque annis.* — *sane si tam magna causa iusti erroris interveniebat, ut etiam constantissimus quisque labi posset, etiam maiori viginti quinque annis succurrebatur: veluti si quis totum legatum petierit, post deinde prolati fuerint codicilli, quibus aut pars legati adempta sit aut quibusdam aliis legata data sint, quae efficiebant, ut plus petisse videretur petitor quam dodrantem, atque ideo lege Falcidia legata minuebantur.*

in maiore fraude convictos. ita etiam Tit. 9: *convictos in affectatione imperii.* Sic iam Cic. pro Sulla 83: *cum quotiens quisque est in hoc scelere convictus*, cf. Tac. Ann. XV 44: *in crimine et odio convicti sunt.*

In cognoscendo. Suetonius iam transit ad Claudii cognitiones, qui etiam consilium principis, quod postquam Tiberius in insulam secessit convocari desierat revocavit, cf. Dio 60, 4. 3.

circumspectus—amentique similis. more suo Suetonius huius animi varietatis exempla statim affert: inde a verbis, *cum decurias — indicto matrimonio iuvenis* exempla sunt sagacitatis, tum usque ac *flagitavit* imprudentiae et festinationis, postea vero stultitiae exempla affert.

decurias. intelleguntur quinque decuriae Romae legitume iudicantium (ut appellantur C. I. L. II 4223). Tres decuriae erant equitum Romanorum, quarta (ab Augusto addita, cf. Suet. Aug. 32) et quinta (a Gaio Caesare adiecta, cf. Suet. Gai. 16, Plin. H. N. 33, 2, 33) ducenariorum (*ex inferiore sensu* Suet. Aug. 32). Quarta et quinta iudicabant de levioribus summis (cf. Aug. 32), tres reliquae de rebus privatis publicisque. Cf. Plin. H. N. 29, 1, 18. Mommsen StR. III 535 sqq.

rerum actu i. e. iudiciis habendis, cf. Aug. 32: *et ut solitae agi Novembri et Decembri mense res omitterentur*: ibid.: *triginta amplius dies — actui rerum accomodavit.* Dativus *actu* pro *actui* apud Suetonium hoc tantum loco legitur.

expungeret i. e. recenseret, nam quotannis princeps album iudicum recognoscebat (Suet. Aug. 27: *decurias — recognovit*), et nomina mortuorum vel eorum, qui vacationem nacti erant, vel etiam se indignos iudicandi munere

C. 15. dissimulata vacatione quam beneficio liberorum habebat responderat, ut cupidum iudicandi dimisit; alium interpellatum ab adversariis de propria lite, negantemque cognitionis rem, sed ordinarii iuris esse, agere causam confestim apud se coegit, proprio negotio documentum daturum, quam aequus iudex in

---

reddiderant, expungebat, in quorum locum alios eligebat.

dissimulata vacatione. cf. Dig. 50, 5, 13, 3: *qui autem non habet excusationem etiam invitus iudicare cogitur.*

beneficio liberorum. nam et annua vacatio singulis decuriis erat (Aug. 32). Lege Iulia de maritandis ordinibus cautum erat, quibus iudicandi vacatio daretur ob numerum liberorum, cf. fragm. Vatic. § 197: *An bello amissi (liberi) a tutela excusare debeant? nam et in fascibus sumendis et in iudicandi munere pro superstitibus habentur, ut lege Iulia de maritandis ordinibus de fascibus sumendis et publicorum kapite XXVI, item privatorum kapite XXVII de iudicando cavetur,* cf. ibid. § 194: *cum etiam iudicandi onere iniustos filios relevare Papinianus libro V quaestionum scribat;* § 198: *Sed utrum soli filii an et nepotes debent prodesse? Subsistendum, quoniam lex quidem privatorum kapite XXVII „ex se natos" appellat, lex vero publicorum kapite XXVI liberorum facit mentionem.* De numero autem liberorum, ob quem iudicandi vacatio data est nihil scimus, quamquam verisimile est tres liberos ut alias excusationes hanc quoque tribuisse.

responderet. recitabantur igitur nomina iudicum et iam antea a principe exploratum erat, quinam vacatione excusare se possent.

cupidum. nam munus iudicandi et tunc et postea onus fuit, cf. Aug. 32: *plerisque iudicandi munus detractantibus*; Gai. 16; Galb. 14; fragm. Vat. § 194: *iudicandi onere.* Neque obloquitur Plinius H. N. 33, 2, 33: *tantumque enatum est fastus, ut quae sub divo Augusto impleri non potuerant decuriae, non capiant eum ordinem;* ibi enim sermo est de iis, qui ut equites R. fierent in decurias iudicum recipi voluerunt, cf. Momms. StR. III 535 A 1.

dimisit i. e. albo iudicum erasit ut legitur c. 16. Dom. 8.

alium interpellatum. sedentem in iudicio interpellavit adversarius, qui cum Claudium praesentem videret, ab hoc petiit ut cognitionem rei reciperet.

cognitionis rem sed ordinarii iuris. res enim, ut privata (cf. *de propria lite*), non soli magistratui cognoscenda, sed apud iudices agenda erat.

agere causam—apud se coegit. minus recte priores interpretes Noordkerk Observ. p. 61 (quem ipse non vidi) secuti locum ita explicaverunt, ut Claudius statim se praesente et *praeside* in rem inquiri iusserit, illo iudice in proprio negotio adhibito; nam Claudius non praesedit, sed rem suae cognitionis esse dicens iudicem illum *apud se* i. e. domi suae, in Palatio, causam agere coëgit, ita ut is qui antea iudex decuriarum quinque fuit iudex *extra ordinem datus* (Gellius 12, 13, 1) sit, negotio a Claudio delegato. Mommsen (StR. II³ 977 A 3 = II² 937) recte dicens Claudium hoc contra leges fecisse minus recte, opinor, putat Suetonium haec inter ea attulisse quae Claudius contra leges fecerit, nam de his Suetonius supra egit, hoc autem loco, quamquam id affert inter ea quae Claudius in cognitionibus egregie fecit, utrum id iure necne fecerit non diiudicavit.

[p. 69] *Feminam—compulit.* non intellego cur Lehmann l. l. p. 144, Suetonium hoc inter exempla stultae cognitionis afferre putaverit Lydumque Claudium laudantem stultitiae arguerit. Equidem puto feminam divitem simulque orbam filium suum agnoscere noluisse, metu tamen incestus confessam esse. Habes

alieno negotio futurus esset. Feminam non agnoscentem filium suum, dubia utrimque argumentorum fide, ad confessionem compulit indicto matrimonio iuvenis. Absentibus secundum praesentes facillime dabat, nullo delectu culpane quis an aliqua necessitate cessasset. Proclamante quodam, praecidendas C. 15.

Lydus de mens. 4, 41. *Κλαύδιος ὁ βασιλεὺς — ἀνὴρ οὕτω δίκαιος περὶ τὰς κρίσεις, ὡς μητέρα, τὸν ἑαυτῆς παῖδα ἀρνουμένην, κελεῦσαι ὡσανεὶ ξένην γαμεθῆναι αὐτῷ, τὴν δὲ ἀποπίπτουσαν* (*ἀποπτύουσαν* Hase) *εἶναι μητέρα.*

Dio 60, 28, 6. *καὶ ἐπειδὴ πλῆθός τε δικῶν ἀμύθητον ἦν καὶ οὐκ ἀπήντων ἐπ' αὐτὰς οἵ τι προσδοκῶντες ἐλαττωθήσεσθαι, προεῖπε διὰ προγράμματος ὅτι καὶ κατὰ ἀπόντων αὐτῶν ἐντὸς ῥητῆς τινος ἡμέρας δικάσει, καὶ ἐνεπέδωσε τοῦτο.*

Seneca Apocol. 12; 2, vs. 19 sqq. Deflete virum, quo non alius Potuit citius discere causas Una tantum parte audita, Saepe ne utra (⟨et⟩ neutra Buecheler).

---

igitur in hac re Claudii iudicium Salomone, ut aiunt, dignum.

Absentibus i. e. si altera pars abesset. Hoc solo loco apud Suetonium subiectum ex proximis repeti non potest ut aliis locis, cf. Cl. 23: *repertis qui sequerentur.* Ner. 23: *ut auderet hortantibus.* Nostro loco similes sunt Tac. Agr. 18: *aestimantibus;* Hist. I 27: *causam digressus requirentibus;* Liv. II 23, 5: *sciscitantibus, unde ille habitus;* IV 60, 1: *fatentibus;* XXI 46, 13: *timentibus;* XXXXII 16, 7: *admittentibus;* Plin. H. N. 27, 69: *adspergentibus;* fortasse etiam Tac. Ann. XI 31: *interrogantibus;* Liv. XXIII 12, 1: *metientibus*, cf. Nipp.-Andr. ad Tac. Ann. I 29. Dräger Hist. Synt. II p. 789 sq.

secundum praesentes dabat sc. litem, cf. Liv. XXIII 4, 3: *ei (sc. plebis) semper parti adesse, secundum eam litem iudices dare;* Cic. pro Rosc. com. 1, 3: *quominus secundum eas (tabulas) lis detur, non recusamus;* Plin. ep. VII 6, 9: *Finem cognitioni quaestio imposuit, quae secundum reos dedit;* Tac. Ann. IV 43: *ita secundum Messenios datum;* Hist. III 7: *principia belli secundum Flavianos data*, ubi vide Heraeum.

culpa, cf. Inst. II 25, 9: *culpae, id est desidiae ac neglegentiae.* Suetonium rem non accurate narrare (plane exaggerat Seneca apocol. 12, 2) docet Dio 60, 28, 6, secundum quem Claudius a. 799/46 edixit se contra absentes intra certam diem pronuntiaturum esse. Vituperatur autem Claudius, quod ne tum quidem respexit utrum neglegentia quis abesset an necessitate detentus esset.

Reos tamen saepe non auditos condemnavit (cf. c. 37, 38), quod tangit Seneca Apocol. 10, 4: *dic mihi dive Claudi, quare quemquam ex his quos quasque occidisti, antequam de causa cognosceres, antequam audires, damnasti?* 14, 2: *incipit patronus velle respondere. Aeacus, homo iustissimus, vetat et illum altera tantum parte audita condemnat et ait: Αἴκε πάθοι τά τ' ἔρεξε, δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο. — stupebant omnes novitate rei attoniti: negabant hoc umquam factum. Claudio magis iniquum videbatur quam novum.*

praecidendas falsario manus. nescio quis e corona id membrum quo falsum commissum esset praecidendum esse exclamavit, et vituperatur Claudius quod statim huic voci sententiam suam accommodavit.

C. 15. falsario manus, carnificem statim acciri cum machaera mensaque lanionia flagitavit. Peregrinitatis reum, orta inter advocatos levi contentione, togatumne an palliatum dicere causam oporteret, quasi aequitatem integram ostentans, mutare habitum saepius et prout accusaretur defendereturve, iussit. De quodam etiam negotio ita ex tabella pronuntiasse creditur, secundum eos se sentire, qui vera proposuissent. Propter quae usque eo eviluit, ut passim ac propalam contemptui esset. Excusans quidam testem e provincia ab eo vocatum negavit praesto esse posse, dissimulata diu causa; ac post longas demum interrogationes *Mortuus est*, inquit: *puto, licuit.* Alius gratias agens, quod reum defendi pateretur, adiecit: *Et tamen fieri solet.* Illud quoque a maioribus natu audiebam, adeo causidicos patientia eius solitos abuti, ut descendentem e tribunali non solum voce revocarent, sed et lacinia togae retenta, interdum pede apprehenso detinerent. Ac ne cui haec mira sint, litigatori

---

acciri—flagitavit. cum Acc. cum Inf. ut Plin. H. N. 34, 8, 62: *ut — reponi apoxyomenon flagitaverit.* 35, 65: *ut Zeuxis — flagitaret — ostendi picturam.* Suet. Ner. 44: *flagitantes a delatoribus potius revocanda praemia.* Apul. Met. 3, 6; *quem (lapidem) dum sibi porrigi flagitat*, cf. Kühner Gr. L. II p. 810, 4.

peregrinitatis reum. contra peregrinos, qui se ut cives Romanos gesserant a. 689/65 a. M. Papio tr. pl. lex Papia lata erat, cum lege Cornelia de falso non tenerentur. Poena aetate liberae rei publicae segregatio erat; sed his temporibus mortis damnabantur, cf. ad c. 25: *civitatem Romanam usurpantes — securi percussit.*

togatumne an palliatum. reus togatus aderat: advocatus accusatoris reo ut peregrino togam gerere licere negavit, affirmavit contra huius advocatus ut civi. Homini Graeco enim (et Graecum vel saltem ex parte Orientali imperii Romani ortum hominem fuisse docet voc. *palliatum*) non nisi civi Romano togam gerere licuit, cf. Momms. StR. III 223 A 1.

quasi aequitatem integram. recte illud *quasi*, nam revera aequitas Claudii desideratur, qua si uti voluisset, ut reus togatus maneret iubere debuit, etenim usque ad sententiam iudicis reus in eodem statu manet quo est.

ex tabella. exspectes igitur aliquid meditatum.

creditur. itaque vagus rumor tantum erat.

eviluit i. e. bonam aestimationem hominum perdidit, cf. Tac. Hist. III 53: *cuius criminationibus eviluissent pericula sua.*

excusans testem—ab eo vocatum. testis ille testimonii denuntiatione e provincia evocatus sed morte prohibitus fuit quominus veniret. Testibus denuntiabatur in omnibus iudiciis publicis ac nonnullis privatis, et si quis sine iusta causa abesset sine dubio poena (fortasse multa) afficiebatur, cf. Rein Privatrecht p. 921 sq.

licuit sc. illi abesse.

fieri solet. in ipsa gratiarum actione derisio tecta est, quae iam aperta fit his verbis additis.

lacinia togae. proprie *lacinia* est fimbria plumbo gravata anguloque togae addito

Graeculo vox in altercatione excidit: Καὶ σὺ γέρων εἶ καὶ μωρός. C. 1
Equitem quidem Romanum obscenitatis in feminas reum, sed falso et ab impotentibus inimicis conficto crimine, satis constat, cum scorta meritoria citari adversus se et audiri pro testimonio videret, graphium et libellos, quos tenebat in manu, ita cum magna stultitiae et saevitiae exprobratione iecisse in faciem eius, ut genam non leviter perstrinxerit.

XVI. Gessit et censuram intermissam diu post Plancum

Tac. Ann. XI 13. Claudius — munia censoria usurpans.

Tac. Ann. XI 25. Condiditque (Claudius) lustrum, quo censa sunt civium quinquagies novies centena octoginta quattuor milia septuaginta duo.

Tac. Ann. XII 5. Censoriae mentis levamentum.

Plin. H. N. 7, 159. Claudii Caesaris censura.

Plin. H. N. 10, 5. Claudii principis censura anno urbis DCCC.

Plin. H. N. 33, 33. apud Claudium Caesarem in censura eius.

Suet. Vit. 2. Mox cum Claudio principe duos insuper ordinarios consulatus censuramque gessit.

Victor Caes. IV 4. neque secus censu novato.

---

ut haec melius pendeat. Hoc loco est ipse angulus togae anabolii instar super humerum demissae ut recte explicat Rich s. v. *lacinia.*

Graeculo. ad Claudii contemptum melius indicandum Suetonius etiam voce contemptus plena *Graeculo* usus est.

altercatione i. e. in patronorum inter se certamine, ut explicat Quint. VI 4, 21.

obscenitatis in feminas sc. honeste viventes (opp.: concubinae, meretrices, servae), nam de stupro sermo est de quo cf. Inst. IV 18, 4: *sed eadem lege Iulia (de adulteriis) etiam stupri flagitium punitur cum quis sine vi vel virginem vel viduam honeste viventem stupraverit. Poenam autem eadem lex irrogat peccatoribus, si honesti sunt, publicationem partis dimidiae honorum.* Dig. 48, 5, 35.

scorta meritoria citari et audiri pro testimonio. Claudius etiam contra leges egit, nam id quod lex Iulia de vi vetuerat in aliis quoque iudiciis ne fieret cautum fuisse videtur, cf. Dig. 22, 5, 3 § 5: *Lege Iulia de vi cavetur, ne hac lege in reum testimonium dicere liceret, — quaeve palam quaestum faciet fecerit-ve. — nam quidam propter reverentiam personarum, quidam propter lubricum consilii sui, alii vero propter notam et infamiam vitae suae admittendi non sunt ad testimonii fidem.*

Gessit et censuram. cum L Vitellio (Suet. Vit. 2. Tac. Hist. III 66) veram censuram gessit ut censor, non ut Augustus et Tiberius consulari cum imperio censum egit. Gessit autem eam per annum et sex menses ut statuit Mommsen StR. II^3 350 = II^2 338 contra Zonaram VII 19 p. 71: ἦρχον δὲ (οἱ τιμηταὶ) τὰ μὲν πρῶτα καὶ τὰ τελευταῖα ἐπὶ πενταετίαν, de quo loco vide Mommsen l. l. Lustrum enim condidit mense Octobri a. 801/48 (cf. Tac. Ann. XI 25. 31) et d. 24 m. Jan. a. 800/47 nondum censor fuit ut docet titulus Forulanus C. I. L. IX 5959 = Dess. n. 209: *Ti. Claudius Drusi f. Caesar Aug. Germanicus pontif. max. tr. pot. VII cos. IIII*

C. 16. Paullumque censores; sed hanc quoque inaequabiliter

imp. XI p. p. censor designat. viam Claudiam novam a Forulis ad confluentis Atternum et Tirinum per passuum XXXXVII CLXXXXII sternendam curavit, cuius tituli auctoritatem non imminuit titulus prope Feltriam repertus C. I. L. V 8002 = Dess. n. 208 *Ti. Claudius Drusi f. Caesar — tribunicia potestate VI cos. IV imp. XI p. p. censor* — (positus post Kal. Ian. et ante d. 24 Ian. a. 800/47), cf. Dessau ad n. 209. Etiam postea more solito censor appellatur in titulis, in nummis omnino censurae eius mentio non fit, cf. Eckhel D. N. VI p. 242.

Ad hanc censuram spectant tituli urbanus C. I. L. VI 919 = Dess. n. 211: [*Ti. Claudius Caes. Aug. L. Vitellius P. f. ex*] *s. c.* [*ce*]*nsores* [*l*]*oca a pilis et colum*[*nis*] *quae a priſatis possidebantur causa cognita ex forma in publicum restituerunt;* Vicetinus C. I. L. V 3117 = Dess. n. 968; Coranus C. I. L. X 6520, qui duo tituli ad senatus lectionem pertinent.

[p. 71] *intermissam diu.* officiis tamen censoriis post Plancum et Paullum censores a. 732/22 Augustus solus functus est a. 746/8, cum Tiberio a. 767/14, consulari cum imperio, cf. Mommsen StR. II² 337 A 2 = II³ 326. Neque L. Volusius Saturninus cos. a. 742/12, qui in titulis libertorum censor nominatur, cf. C. I. L. VI 1833 a: *L. Volusio Himero scrib. lib*[*r*(*ario*)] *q*(*uaestorio*) *III dec. sacerdoti geni L. n*(*ostri*) *cens*(*oris*). 1967 = 7366. 1968 = Dess. n. 1953. 1954 (ut vidit Mommsen StR. I³ 359 A 3) censor fuit sed censoria potestate legendis equitum decuriis (Tac. Ann. III 30, Suet. Aug. 37) et ab adulantibus libertis censor appellatus est, cf. Mommsen l. l.

post Plancum Paullumque censores. a. 732/22, cf. C. I. L. I² 1, p. 28 (fasti Cap.): [*cens. L. Munatius L. f. L. n. Plancus L. Ai*]*milius L. f. M. n. Lepid*[*us Paullus l. n. f.*]*;* p. 64 (fasti Colot.): *L. Munatius Paul. Aemilius* [*cens. lustr. n. f.*]; p. 65 (fasti Biondi.); p. 68 (fasti collegii incerti), Dio 54, 2, 1: οὔτε γὰρ τὴν ἀρχὴν ὑπέστη (ὁ Αὔγουστος), καὶ εὐθὺς ἑτέρους τιμητάς, Παῦλόν τε Αἰμίλιον Λέπιδον καὶ Λούκιον Μουνάτιον Πλάγκον, — ἀπέδειξεν. ἔσχατοι οὗτοι τὴν τιμητείαν ἰδιῶται ἅμα ἔσχον, — καὶ μετὰ τοῦτ' οὐδένες ἄλλοι τιμηταὶ ὅμοιοι αὐτοῖς ἅμα ἐγένοντο. Velleius II 95.

L. Munatius Plancus, cui a. 710/44 et a. 711/43 Gallia provincia obvenerat, a. 743/11 ex ea triumphavit (cf. C. I. L. I² 1 p. 50 (Acta triumph. Capit.): *L. Munatius L. f. L. n. Plancus procos. An.* [*DCCX*] *ex Gallia IIII K. Ian.* C. I. L. l. l. p. 76 (tab. triumph. Barb.). Consul fuit a. 712/42 (C. l. L. I² 1 p. 64. Eph. Ep. IV 192) proconsul Asiae a. 714/40, partibus Antonii addictus, a quo tamen paulo ante pugnam Actiacam descivit (Plut. Ant. 58. Dio 50, 3. Velleius II 83). Huius elogium habemus prope Gaetam loco antiquo repertum C. I. L. X 6087 = Dess. n. 886: *L. Munatius L. f. L. n. L. pron. Plancus cos. cens. imp. iter. VII vir epulon. triump. ex Raetis aedem Saturni fecit de manibis agros divisit in Italia Beneventi in Gallia colonias deduxit Lugudunum et Rauricam.* Cf. praeterea C. I. L. VI 1316 = Dess. n. 41 et Mommsen ad C. I. L. IX 5815. 5816. Pauly. Real.-Enc. V p. 204 sqq. Filius huius fuit L. Munatius Plancus cos a. 766/13 (C. I. L. VI 7479. 9050. 10051. X 6639), qui nominari videtur C. I. L VI 22652. 22670. 22679; filia Plancina uxor Cn. Pisonis, Liviae necessaria (Tac. Ann II 43 sqq. III 9. 15. 17. VI 26), ad quam spectant, ut videtur, tituli C. I. L. VI 4896. 22668.

L. Aemilius L. f. M. n. Lepidus Paullus (apud Suetonium *Paullum* cognomen est ut *Plancum*, alibi tamen praenomen Paullum habet, cf. C. I. L. IX 422. C. I. L. I² 1, p 64. C. I. Att. III 573), consul suff. fuerat a. 720/34 (Fast. Venus. C. I. L. IX 422), augur et proconsul nominatur C. I. Att. III 573: ὁ δῆμος Παῦλλον Αἰμίλιον Λευκίον ὑὸν Λέπεδον ἀνθύπατον αὔγορα. De eo cf. Pauly — Wissowa Real.-Enc. I p. 565 sq. ubi

varioque et animo et eventu. Recognitione equitum iuvenem probri plenum, sed quem pater probatissimum sibi affirmabat, sine ignominia dimisit, habere dicens Censorem suum; alium corruptelis adulteriisque famosum nihil amplius quam monuit, ut aut parcius aetatulae indulgeret aut certe cautius; addiditque: *Quare enim ego scio, quam amicam habeas?* Et cum, orantibus familiaribus, dempsisset cuidam appositam notam, *Litura tamen*, inquit, *exstet!* Splendidum virum Graeciaeque provinciae principem, verum Latini sermonis ignarum, C. 16.

Victor Caes. IV 4. Cum senatu motis pluribus lascivum adulescentem, quem sibi probatum parens asseruerat, retinuisset, censorem et liberis patrem debere esse, recte adiecerat.

---

tamen miror ne mentionem quidem factam esse eorum, quae Mommsen C. I. L. VI p. 909 demonstravit: uxorem eius etiam Marcellam minorem fuisse, cf. C. I. L. VI 9000 *Faustus Marcellae Paulli pistor.*

inaequabiliter varioque et animo et eventu. inaequabiliter explicatur per verba sequentia *varioque—eventu.* (de copula *que* explicativa cf. Kühner Gr. L. II 641, 4). Cur Mommsenus (StR. II³ 340 A 5 = II² 329) hunc locum attulerit ad explicandum nummum L. Vitellii (Eckhel VI 313; Cohen n. 72): *L. Vitellius Censor II* equidem non intellego.

Recognitione equitum. haec recognitio etiam sub principibus ut aetate liberae rei publicae (cf. Plut. Pomp. 22) in foro fiebat, cf. Dio 55, 31, 2: *τὴν ἐξέτασιν τῶν ἱππέων τὴν ἐν τῇ ἀγορᾷ γιγνομένην*, cf. Mommsen StR. II³ 398 A 2 = II² 382. Augustus primus equitum recognitionem cum travectione coniunxerat, cf. Suet. Aug. 38. Claudius autem ut censor equitum recensum egit, ubi equites pedibus euntes equum manu ad censores adducebant (Plut. l. l.).

iuvenem. etiam filii familiae recognoscebantur, ut hic locus probare videtur, cf. Mommsen StR. II³ 398 A 3 = II² 382.

probri. delictum ob quod censores quempiam notant proprie *probrum* dicitur, cf. Mommsen StR. II³ 382 A 8 = II² 368.

corruptelis. ob talia quoque notabantur, cf. Dionys. 20, 13[2]: *οὐ συμπόσια καὶ μέθας παννυχίους, οὐκ ἀσελγείας καὶ φθορὰς ἡλικιῶν νέων*, Mommsen l. l. A 7.

nihil amplius quam. cf. ad c. 10: *nec quicquam—quam.*

monuit. Claudius vituperatur quod in re tam gravi ob quam eques ille reus (cf. *adulteriis*) esse poterat, tantum admonito, ut in posterum id agere desineret, eum equum traducere iussit. De admonitione cf. Aug. 39: *alios ignominia notavit, plures admonitione, sed varia. Levissimum genus admonitionis fuit traditio coram pugillarium, quos taciti et ibidem statim legerent.*

aetatulae. saepius deminitivum *aetatula* indicat aetatem petulantiorem, cf. Cic. pro Sestio 18: *despiciens conscios stuprorum ac veteres vexatores aetatulae suae;* Varro sat. Men. 87 (Buech.): *properate puerae, quas sinit aetatula ludere esse amare.*

Graeciaeque provinciae i. e. Achaiae, quae erat vetus Graecia cum Epiro, Thessalia, Acarnania et Aetolia (Strabo XVII p. 846. Dio 53, 12, 4).

Latini sermonis ignarum. cum iudices ex quinque decuriis Romae iudicarent, Latine loqui scirent necesse

C. 16. non modo albo iudicum erasit, sed in peregrinitatem redegit. Nec quemquam nisi sua voce, utcumque quis posset, ac sine patrono rationem vitae passus est reddere. Notavitque multos, et quosdam inopinantis et ex causa novi generis, quod se inscio ac sine commeatu Italia excessissent; quendam vero et quod comes regis in provincia fuisset, referens, maiorum temporibus Rabirio Postumo, Ptolemaeum Alexandriam crediti

---

erat (cf. Cic. Phil. 5, 5, 13: *num Latine scit?*). Hanc ob causam in parte Orientali imperii Romani (ubi ne civitas quidem Romana saepe data est, cf. E. Dorsch, de civitatis Rom. apud. Graecos propagatione Vratislaviae 1886) iudices et equites Rom. raro reperimus, cf. Mommsen StR. III 537 A 7.

non modo—sed. sic praeter hunc locum Caes. 60: *non tantum destinato, sed ex occasione.* Aug. 88: *non modo litteras, sed syllabas.* Galb. 22: *non modo — palam exceptum, sed — oratum.* Alibi semper *sed etiam* vel *sed et.* (*sed omnino* Tit. 7: *non modo fovere prolixius, sed spectare omnino supersedit*).

in peregrinitatem redegit. assentiri non possum Mommseno putanti rem non accurate a Suetonio traditam esse (cf. StR. II^3 1099 = II^2 1045: „und wenn Claudius als Censor das Bürgerrecht aberkannt haben soll, so ist damit vielleicht nur die auch früher dem Censor gestattete Rechtsschmälerung ungenau bezeichnet"), nam, ut revera hominem a Claudio civitate privatum fuisse putemus suadent et ipsa verba Suetonii *in peregr. redegit*, et locus plane similis Dionis 60, 17, 4 (a. 796/43): *ἐν δὲ τῇ διαγνώσει ταύτῃ (περὶ τῶν Λυκίων στασιασάντων), ἐποιεῖτο δὲ αὐτὴν ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, ἐπύθετο τῇ Λατίνων γλώσσῃ τῶν πρεσβευτῶν τινος, Λυκίου μὲν τὸ ἀρχαῖον ὄντος, Ῥωμαίου δὲ γεγονότος· καὶ αὐτόν, ἐπειδὴ μὴ συνῆκε τὸ λεχθέν, τὴν πολιτείαν ἀφείλετο, εἰπὼν μὴ δεῖν Ῥωμαῖον εἶναι τὸν μὴ καὶ τὴν διάλεξίν σφων ἐπιστάμενον. συχνοὺς δὲ δὴ καὶ ἄλλους καὶ ἀναξίους τῆς πολιτείας ἀπήλασε*, qui locus Mommsenum etiam fugisse videtur cum scriberet (StR. II^3 892 A 4 = II^2 857) imperatoria aetate nemini civitatem ademptam fuisse nisi propter delictum poenae loco. Minus recte tamen Suetonius haec ita scripsit quasi Claudius ut censor haec fecisset, nam ut censor hominem ex albo iudicum erasit (vel equum vendere iussit), ut princeps (principi enim hoc licuit, cf. Mommsen l. l. III 141) civitate privavit.

sua voce—ac sine patrono. hoc, ut videtur, contra morem fecit Claudius, cf. Gell. 4, 20, 8: *deliberatum est de nota eius, qui ad censores ab amico advocatus est, et, in iure stans, — oscitavit.*

rationem—reddere. censores enim neminem notabant nisi causa cognita, cf. Mommsen StR. II^3 385 A 3 = II^2 371.

causa novi generis. ob quam nemo umquam antea notatus erat. Iure tamen Claudius hoc fecit, nam quare quemquam notare vellet, id libero censoris arbitrio permissum erat.

sine commeatu. intelleguntur commeatus senatorum, de quibus cf. ad c. 23: *commeatus a senatu peti solitos benificii sui fecit.*

Rabirio Postumo. C. Rabirius Postumus, C. Curtii filius, adoptatus ab avunculo C. Rabirio, eo quem perduellionis reum Cicero defendit (cf. Cic. pro C. Rab. Post. 2, 3. 17, 45), Ptolemaeo Auletae regi Aegypti, cui etiam antea magnam pecuniae summam mutuo dederat, e regno expulso denuo pecuniam credidit. Regem ab A. Gabinio, Syriae proconsule, iussu Pompeii reductum (a. 699/55, cf. Dio 39, 55), Rabirius in Aegyptum comitatus est (fuit autem sine

servandi causa secuto, crimen maiestatis apud iudices motum. Plures notare conatus, magna inquisitorum neglegentia sed suo maiore dedecore, innoxios fere repperit, quibuscunque caelibatum aut orbitatem aut egestatem obiceret, maritos, patres, opulentos se probantibus; eo quidem, qui sibimet vim ferro intulisse arguebatur, inlaesum corpus veste deposita C. 16.

---

dubio comes regis in provincia i. e. aut in Asia (Ephesi enim Ptolemaeus morabatur, cf. Dio 39, 16) aut in Syria), regisque διοικητής factus est, ut non solum suas pecunias regi creditas, sed etiam quae Gabinio promissae erant, exigeret. Paulo post tamen Alexandria fugit, cum pecuniam nimis severe exigeret (Cic. pro Rab. Post. 14, 39).

servandi. eodem verbo eodem sensu Cicero usus est pro Rab. Post. 10, 28: *haec una ratio a rege proposita Postumo est servandae pecuniae*, cf. Cic. ad Q. fratrem III 1, 3: *pretium servare.*

crimen maiestatis. Rabirium accusatum esse etiam aliunde constat, maiestatis vero ex hoc solo loco notum. Cum enim Gabinius maiestatis absolutus, de pecuniis repetundis a. C. Memmio accusatus condemnatusque esset, neque tantum pecuniae compareret, quanti lites aestimatae erant, Rabirius ab eodem C. Memmio lege Iulia, qua is, ad quem pecunia pervenisset, accusandus erat, de pecuniis residuis accusatus est. Eum Cicero oratione adhuc superstite defendit, videturque reus absolutus esse. Quod autem de crimine maiestatis alibi nihil legimus, non idonea causa est, cur Claudium errasse putemus. Vix enim credibile, et Claudium historiae peritissimum talem errorem commisisse, et Suetonium, si Claudius tam graviter errasset, hoc non indicaturum fuisse. Rectius igitur putabimus Rabirium, postquam accusatione de pecuniis residuis absolutus fuerit (hoc enim docet silentium Ciceronis in oratione superstite de maiestatis crimine) ab inimicis maiestatis postulatum fuisse, et tum ei etiam obiectum fuisse, quod comes regis in provincia fuisset. Cui opinioni favet quoque, quod, ut ex Ciceronis oratione videmus, accusator iam in priore accusatione ut Rabirium invidia oneraret, illo auctore regem a Gabinio reductum esse perhibuit, cf. Cic. pro Rab. Post. 8, 19: *Tu, inquit, Gabinium ut regem reduceret, impulisti.*

caelibatum. Mommseno (StR. II[3] 383 A 2 = II[2] 369) hanc quoque causam novi generis fuisse dicenti, non assentior. Cur enim caelibatus probrum non fuerit, non video, et quamquam nullum certum talis notationis documentum exstat, huic opinioni favere videtur, quod caelibes uxorium pependerunt (cf. Mommsen l. l. II[3] 395 A 6 = II[2] 379), nam ubi sermo est de censu a censore ob talem causam aucto vel multiplicato, aut nota simul apponitur aut apponi potuit, cf. Mommsen l. l. II[3] 395 A 5. 7. Cf. quoque Gellius I 6 (et ad hunc locum Momms. l. l. II[3] 373 A 1) Liv. ep. 59. (Etiam Cic. de leg. III 37: *censores caelibes esse prohibento, mores populi regunto*, si locus omnino quid docet, Mommseno contradicere mihi videtur).

orbitatem. nullum aliud testimonium exstat, e quo orbos a censore notatos fuisse colligitur.

egestatem. quod censum senatorium vel equestrem non haberent ideoque ex iis ordinibus movendi essent, cf. Mommsen StR. II[3] 381 A 2 = II[2] 368.

sibimet vim intulisse. utrum haec quoque *causa novi generis* fuerit necne mihi incertum. Hoc tamen probabilius esse puto, nam hac aetate, nisi quis laqueo vitam finiret (cf. Varronem apud Servium ad Verg. Aen. XII 603, Orelli 4404) mors voluntaria honesta fuit, cf. e. g. Tac. Ann. VI 26, quae antiquis temporibus turpis habita est, cf. Cassium

C. 16. ostentante. Fuerunt et illa in censura eius notabilia, quod essedum argenteum, sumptuose fabricatum ac venale ad Sigillaria, redimi concidique coram imperavit; quodque uno die XX edicta proposuit, inter quae duo, quorum altero admonebat, ut uberi vinearum proventu bene dolia picarentur; altero, nihil aeque facere ad viperae morsum quam taxi arboris sucum.

XVII. Expeditionem unam omnino suscepit, eamque modicam. Cum, decretis sibi a senatu ornamentis triumphalibus,

---

Heminam apud Serv. l. l.: *tunc (Tarquinio Superbo regnante) primum turpe habitum est mortem sibi consciscere*, cf. Mommsen StR. II[3] 381 A 2 = II[2] 367, Geiger, der Selbstmord im klassischen Alterthum (Augsburg 1888) p. 63—70, qui tamen nostrum locum non tractavit.

essedum. de essedis, cf. Marq. Vit. Priv.[2] p. 734.

ad Sigillaria. idem locus nominatur Ner. 28. Gellius 5, 41: *apud Sigillaria.* Ubi autem fuerit nescimus.

edicta. cf. Tac. Ann. XI 13: *Claudius— theatralem populi lasciviam severis edictis increpuit, quod in P. Pomponium consularem (is carmina scaenae dabat) inque feminas illustres probra iecerat; — ac novas litterarum formas addidit vulgavitque.* De edictis censoriis cf. Mommsen StR. II[3] 373 A 2 = II[2] 360.

ut uberi vinearum proventu bene dolia picarentur. nescio an Claudii ratio (quamquam sic quoque mira) explicari possit adhibitis duobus locis Plinii H. N. 18, 319: *Iustum vindemiae tempus ab aequinoctio ad vergiliarum occasum dies XLIIII, ab eo die oraculum occurrit frigidum picari pro nihilo ducentium. Sed iam et Kal. Ian. defectu vasorum vindemiantis vidi piscinisque musta condi aut vina effundi priora, ut dubia reciperentur. hoc non tam saepe proventu nimio evenit quam segnitia aut avaritia insidiantium caritati civili.* 14, 121: *et in hoc tamen genere (condiendi) et in omni alio subministrant vasa ipsa condimentis picis, cuius faciendae ratio proximo dicetur volumine.* Quae si recte attuli Claudius monuit, ut dolia magis quam soliti essent picarent vinumque aliquo saltem modo picaretur, cum consentaneum esset propter nimium proventum numerum doliorum sufficcturum non esse neque auctum iri (de magnitudine et pretio doliorum, cf. Marquardt Vit. Priv.[2] p. 646 A 9), et propter frigus vinum solito modo iam picari non posse.

taxi arboris sucum. taxum, quem Plinius (H. N. 16, 50) nullo suco fuisse dicit, contra serpentes remedium fuisse aliunde non novimus nisi huc spectat Ael. de nat. anim. IX 27: *Καλλίμαχος δὲ ἄρα ἐν τῇ γῇ τῇ Τραχινίᾳ ᾄδει δένδρον τι φύεσθαι καὶ καλεῖσθαι σμῖλον, ᾧ τὰ ἕρπετα γειτνιάσαντα καὶ παραψαύσαντα ἄρχην εἶτα ἀποθνήσκει,* ubi tamen *ἕρπετα* potius sensu Homerico est *animalia*, cf. Hermes XXIV p. 452.

modicam. transvectae sunt legiones II Augusta, IX Hispana, XIV Gemina, XX, et vexillatio legionis VII Augustae, quibus addendus est par numerus auxiliorum, ita ut Hübner (Hermes XVI p. 516 sqq.) circa septuaginta milia militum (Mommsen contra H. R. V 160 quadraginta milia militum fuisse dicit) traducta esse putet. Talis expeditio, nam etiam magno numero navium ad transvehendum opus erat, modica vix appellari potest.

decretis ornamentis triumphalibus. cf. Dio 60, 6, 9 (a. 794/41): *οὐ μὴν οὐδὲ τῇ στόλῃ τῇ ἐπινικίῳ παρὰ πᾶσαν τὴν πανήγυριν, καίτοι ψηφισθέν, ἐχρή-*

leviorem maiestati principali titulum arbitraretur velletque iusti triumphi decus, unde acquireret Britanniam potissimum elegit, neque temptatam ulli post divum Iulium et tunc tumul- C. 17.

Tac. Agr. 13. igitur — divus Iulius — potest videri ostendisse (Britanniam) posteris, non tradidisse. Mox bella civilia — ac longa oblivio Britanniae etiam in pace: consilium id divus Augustus vocabat, Tiberius praeceptum. agitasse Gaium Caesarem de intranda Britannia satis constat, ni velox ingenio mobili paenitentiae, et ingentes adversus Germaniam conatus frustra fuissent. divus Claudius auctor iterati operis, transvectis legionibus auxiliisque.

Dio 60, 19, 1 (sub a. 796/43). Αὖλος Πλαύτιος βουλευτὴς λογιμώτατος ἐς τὴν Βρεττανίαν ἐστράτευσε· Βέρικος γάρ τις ἐκπεσὼν ἐκ τῆς νήσου κατὰ στάσιν ἔπεισε τὸν Κλαύδιον δύναμιν ἐς αὐτὴν πέμψαι.

Victor Caes. IV 2. simul, ultima occasus, Britanniae partes contusae, quam solus adiit.

Eutropius VII 13. Bellum Britanniae intulit, quam nullus Romanorum post C. Caesarem attigerat.

Orosius VII 6, 19. expilavit Suetonium.

σατο. 60, 8, 6 (eodem anno): *ἐκεῖνοι (οἱ ἐξελεύθεροι) δὲ καὶ τὰς τιμὰς αὐτὸν τὰς ἐπινικίους ἐπὶ τοῖς ἐν τῇ Μαυριτανίᾳ πραχθεῖσι δέξασθαι ἔπεισαν, οὐχ ὅτι τι κατορθώσαντα, ἀλλ' οὐδ' ἐν τῇ ἀρχῇ πω ὄντα ὅτε διεπολεμήθη*, quorum tamen extremis obloquitur Plin. H. N. 5, 2, 11: *primum Claudio principe in Mauretania bellavere (Romani).*

Claudio igitur triumphalia ornamenta a senatu decreta erant ob res in Mauretania gestas, ubi Aedemon regis Ptolemaei libertus huius mortem ulcisci volebat.

unde acquireret Britanniam potissimum elegit. Gronovius legere voluit *unde unde acquirere*, cui coniecturae favet Orosius (VII 6, 9: *victoriam undecumque quaesivit*) sed locus emendatione non eget. Ceterum neque noster locus neque Tac. Agr. 13: *auctor—operis* mihi docere videntur Claudium nullius impulsu hanc expeditionem iussisse, sed verisimilius esse puto eum a libertis suis (imprimis a Narcisso, qui verus expeditionis auctor fuisse videtur, cf. Vesp. 4. Dio 60, 19, 2. Mommsen H. R. V p. 159) impulsum fuisse, nempe eos intellexisse Gallias Britannia non domita numquam propter Druidarum cultum ibi exstantem quietas fore, cf. Mommsen l. l. 158.

post divum Iulium. Augustus et anno 720/34 expeditionem paraverat vel, ut Mommsen R. G. d. A² p. 138 recte dicit, parare credebatur (cf. Dio 49, 38. Verg. Georg. I 30. III 25) et a. 727/28 (cf. Dio 53, 22. 25. Horat. Od. I 35, 29. III 5, 3. I 21, 15. III 4, 33. IV 14, 8. Propert. III 27, 5. Liv. ep. 135), cf. Strabo IV 5 p. 200. Mon. Anc. V 2 ibique Mommsen. Gaius quoque de expeditione Britanniae cogitasse videtur, cf. Tac. Agr. 13. Suet. Gai. 19. 44. 46. Dio 59, 21, 3. 25, 1; 62, 4, 1. De tota re cf. C. I. L. VII p. 3.

tumultuantem i. e. oram Galliae vastantem, ut mihi recte Mommsen H. R. V 158 A 1 accepisse videtur.

[p. 78] *ob non redditos transfugas.* discimus rem aliunde ignotam, Britannos a principe (Gaio vel Claudio) petiisse, ut transfugae sibi traderentur, illum vero hoc facere noluisse. Duos transfuga

C. 17. tuantem ob non redditos transfugas. Huc cum ab Ostia navigaret, vehementi circio bis paene demersus est, prope Liguriam

Dio 60, 21, 1 sqq. = Zon. XI 9 p. 465. *διά τε οὖν τοῦτο καὶ ὅτι καὶ τοῦ Τογοδούμνου φθαρέντος οἱ Βρεττανοὶ οὐχ ὅσον ἐνέδοσαν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον πρὸς τὴν τιμωρίαν αὐτοῦ ἐπισυνέστησαν, φοβηθεὶς ὁ Πλαύτιος οὐκέτι περαιτέρω προεχώρησεν, ἀλλ' αὐτός τε τὰ παρόντα διὰ φυλακῆς ἐποιήσατο καὶ τὸν Κλαύδιον μετεπέμψατο · εἴρητο γὰρ αὐτῷ, εἴ τι βιαιότερον γίγνοιτο, τοῦτο ποιῆσαι, καὶ παρασκευή γε ἐπὶ τῇ στρατείᾳ πολλὴ τῶν τε ἄλλων καὶ ἐλεφάντων προσυνείλεκτο . ἐλθούσης δὲ τῆς ἀγγελίας ὁ Κλαύδιος τὰ μὲν οἴκοι τῷ Οὐιτελλίῳ τῷ Λουκίῳ τῷ συνάρχοντι τά τε ἄλλα καὶ τοὺς στρατιώτας ἐνεχείρισε, — αὐτὸς δὲ ἐξεστρατεύσατο. καὶ καταπλεύσας ἐς τὰ Ὤστια ἐκεῖθεν ἐς Μασσαλίαν παρεκομίσθη.*

Victor Caes. IV 2. Ostia profectus mari.

---

novimus Adminium et Vericum. Ob hunc (a solo Dione 60, 19, 1 memoratum) bellum gestum non videtur, cf. Momms. l. l. Adminius vero filius Cunobellini regis, cuius arx fuit Camalodunum (hodie Colchester), frater Togodumni et Carataci (Dio 60, 20, 1. Tac. Ann. XII 33. 36); a patre expulsus erat et a Gaio receptus (Suet. Gai. 44). Hic sine dubio nostro loco intellegendus est, cf. Momms. l. l. 159.

Huc cum ab Ostia navigaret. parte posteriore a. 796/43, cf. Dio 60, 21. 23, 1. (falso Orosius VII 6, 9 scripsit: *quarto imperii sui anno — expeditionem in Britanniam movit*). Ut ex eodem Dione videmus, A. Plautius, qui exercitui in Britannia praeerat, cum ulterius progredi non auderet, Claudium arcessivit, iussus hoc facere, si Britanni violentius resisterent, cf. Dio 60, 21, 2. Nuntio allato Claudius cum amicorum cohorte et parte cohortium praetoriarum (cf. C. I. L. XI 395 = Dess. n. 2648: *M. Vettio M. f. Ani. Valenti mil. coh. VIII pr. benef. praef. pr. donis donato bello Britan. torquibus armillis phaleris* —) Tiberi Ostiam devectus est, cura urbis mandata L. Vitellio, qui nuper in consulatu Claudii collega fuerat.

vehementi circio. de hoc vento cf. Suetonium servatum apud Isidorum de natura rerum 37, 5 (p. 305 Roth): *Quosdam autem Tranquillus proprios locorum flatus certis appellat vocabulis, quo ex numero sunt — in Gallia Circius.* Plin. H. N. 2, 47, 120: *sunt enim peculiares quibusque gentibus venti, non ultra certum procedentibus tractum — item in Narbonensi provincia clarissimus ventorum est circius nec ullo violentia inferior Ostiam plerumque recta Ligustico mari perferens. idem non modo in reliquis partibus caeli ignotus est, sed ne Viennam quidem eiusdem provinciae urbem attingens paucis ante millibus iugi modici occursu, tantus ille ventus coercetur.* Senecam Quaest. Nat. V 17, 5: *Quidam (venti) sunt quorundam locorum proprii qui non transmittunt sed in proximum ferunt. — infestat — Galliam circius, cui aedificia quassanti tamen incolae gratias agunt tamquam salubritatem caeli sui debeant ei. Divus certe Augustus templum illi, cum in Gallia moraretur et vovit et fecit.* Gellium II 22 et alios locos quos congessit Kaibel, die antiken Windrosen Hermes XX p. 595. 602. 606 sqq.

Falso tamen auctores Latini putaverunt hunc ventum tantum in illa regione flare (rectius Strabo IX p. 391: *ἐν δ' Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ Κίρκιας διὰ τὸ πνεῖν ἀπὸ τοῦ Κιρκαίου*), nam in tota occi-

iuxtaque Stoechadas insulas. Quare a Massilia Gesoriacum usque pedestri itinere confecto, inde transmisit, ac sine ullo proelio C. 17.

Dio 60, 21, 3 = Zon. XI 9 p. 465. ἐς Μασσαλίαν παρεκομίσθη, κἀντεῦθεν τὰ μὲν πεζῇ τὰ δὲ καὶ διὰ τῶν ποταμῶν πορευόμενος πρός τε τὸν ὠκεανὸν ἀφίκετο, καὶ περαιωθεὶς ἐς τὴν Βρεττανίαν συνέμιξε τοῖς στρατοπέδοις πρὸς τῷ Ταμέσᾳ ἀναμένουσιν αὐτόν.

Dio 60, 21, 4 = Zon. XI 9 p. 465. καὶ παραλαβὼν σφας ἐκεῖνόν τε ἐπιδιέβη, καὶ τοῖς βαρβάροις πρὸς τὴν ἔφοδον αὐτοῦ συνεστραμμένοις ἐς χεῖρας ἐλθὼν μάχῃ τε ἐνίκησε καὶ τὸ Καμουλόδουνον τὸ τοῦ Κυνοβελλίνου βασίλειον εἷλε. Κἀκ τούτου συχνοὺς τοὺς μὲν ὁμολογίᾳ τοὺς δὲ καὶ βίᾳ προσαγαγόμενος αὐτοκράτωρ πολλάκις ἐπωνομάσθη παρὰ τὰ πάτρια, — καὶ τὰ ὅπλα αὐτῶν ἀφελόμενος ἐκείνους μὲν τῷ Πλαυτίῳ προσέταξεν, ἐντειλάμενός οἱ καὶ τὰ λοιπὰ προσκαταστρέψασθαι, αὐτὸς δὲ ἐς τὴν Ῥώμην ἠπείχθη, τὴν ἀγγελίαν τῆς νίκης διὰ τῶν γαμβρῶν, τοῦ τε Μάγνου καὶ τοῦ Σιλανοῦ, προπέμψας.

Tac. Agr. 13. domitae gentes capti reges.

Suet. Vesp. 4. Claudio principe — in Britanniam translatus tricies cum hoste conflixit. Duos validissimas gentes superque viginti oppida et insulam Vectim Britanniae proximam in dicionem redegit, partim Auli Plautii legati consularis partim Claudii ipsius ductu.

Claudii oratio de iure honorum Gallis dando Col. 1 l. 38. vereor ne nimio insolentior esse videar et quaesisse iactationem gloriae prolati imperii ultra oceanum.

---

dentali parte maris Mediterranei flat, plerumque ab aestivo solis occasu, in Africa tamen e regione septentrionali. Idem est quem hodie *Mistral* vocant, qui si vehementior est per unum tantum diem flare solet.

Stoechadas insulas. de his insulis Massiliensium (Tac. Hist. III 43), hodie *iles d' Hyères*, cf. Strabo IV 1 p. 184: *πρόκεινται δὲ τῶν στενῶν τούτων ἀπὸ Μασσαλίας ἀρξαμένοις, αἱ Στοιχάδες νῆσοι, τρεῖς μὲν ἀξιόλογοι, δύο δὲ μικραί· γεωργοῦσι δ' αὐτὰς Μασσαλιῶται* —. Plin. H. N. 3, 79: *tres Stoechades, a vicinis Massiliensibus dictae propter ordinem quo sitae sunt, nomina singulis Prote, Mese quae et Pomponiana vocatur, tertia Hypaea.*

Gesoriacum. hodie *Boulogne sur Mer*, unde ut Plin. H. N. 4, 102 docet proximus traiectus in Britanniam erat. Postea in eo loco, unde Claudius transmiserat, arcus exstructus est (Dio 60, 22, 1), cuius tamen nullum vestigium repertum est.

pedestri itinere. Dio (60, 21, 3) non dissentit narrans Claudium per Galliam iter partim terra, partim per fluvios fecisse, nam *pedestri* hoc loco, ut saepe, valet *terrestri* (opp. maritimo).

sine ullo proelio aut sanguine. dissentit Dio 60, 21, 4, cui fidem potius habendam esse puto, etsi sane fieri non potest, ut hostes summo ardore restiterint, cum res tantae intra tam paucos dies gestae sint. Mihi quidem Suetonius secutus esse videtur titulum triumphalem (C. I. L. VI 920) ubi legimus: — *q*]*uod reges Brit*[*anniai*] *XI* [*devictos sine*] *ulla iactur*[*a in deditionem acceperit*], et (ut recte Huebner (Hermes XVI p. 528 A 5) animadvertit)

C. 17. aut sanguine intra paucissimos dies parte insulae in deditionem recepta, sexto quam profectus erat mense Romam rediit,

Seneca cons. ad Polyb. 13, 2. hic (Claudius) — Britanniam aperiat.

Victor Caes. 4, 2. Britanniae partes contusae.

Eutropius VII 13. eaque (Britannia) devicta per Cn. Sentium et Aulum Plautium illustres ac nobiles viros, triumphum — egit. Quasdam insulas etiam ultra Britannias in oceano positas imperio Romano addidit, quae appellantur Orchades.

Dio 60, 23, 1. *τῆς μὲν οὖν Βρεττανίας οὕτω τότε ἑάλω τινά· μετὰ δὲ ταῦτα, Γαΐου τε Κρίσπου τὸ δεύτερον καὶ Τίτου Στατιλίου ὑπατευόντων, ἦλθέ τε ἐς τὴν Ῥώμην ὁ Κλαύδιος ἓξ μῆνας ἀποδημήσας, ἀφ' ὧν ἑκκαίδεκα μόνας ἐν τῇ Βρεττανίᾳ ἡμέρας ἐποίησε.*

Seneca Apocol. 12, 2, 13. Ille Britannos ultra noti Litora ponti Et caeruleos scuta (victa Buech.) Brigantas Dare Romuleis colla catenis Iussit.

(Seneca) Octavia 42. En qui Britannis primus imposuit iugum Ignota et ante classibus texit freta.

Cf. Anth. Lat. (ed. 1 Riese) n. 419—426.

---

etiam ea quae Suetonius Vesp. 4 de bello Britannico tradit, ex inscriptione triumphali fluxisse videntur.

intra paucissimos dies. sedecim secundum Dionem 60, 23, 1.

parte insula. ea pars Britanniae, quae in meridiem spectans continetur fluminibus Avona(? hodie Avon) et Thamesi (Thames); trans Thamesin etiam ea, quae in aquilonis partes spectat usque ad Camalodunum circumiacentesque populos (Icenos), iam in provinciae formam redacta est, cf. Hübner, Röm. Herrschaft in West Europa p. 23. Notabili errore Eutropius VII 13 non solum totam Britanniam devictam sed etiam insulas Orcadas in dicionem redactas esse dicit, atque hoc etiam Orosius VII 6, 9 et Cassiodorius Chronic. p. 632 tradiderunt. Causam erroris indagare non potui.

in deditionem recepta. haec bene explicantur verbis Dionis 60, 21, 4: *καὶ τὰ ὅπλα αὐτῶν ἀφελόμενος*, cf. Caesar B. G. II 32: *deditionis nullam esse conditionem nisi armis traditis.*

Ad victoriam Claudii spectant tituli urbani C. I. L. VI 917: *[Pro sa]lute r[editu vi]ctori[a Ti. Cl]audi Caesar[is Aug.] Germanici [pon]t. max. Tr. Pot. VI [imp. XI cos. III] cos. design. IV [p. p. e]x voto susc[epto Vel]uria Q. f. .... [ex] auri p....* VI 3751 (add. p. 841): *[pro] salute [e]t reditu et v[i]ctoria Ti. Cl[audi Caesar]is Aug..... Sulpiciu[s].... q. aedi[l. leg(atus) Ti. Cl]audi Caesaris Aug. [Germa]nici ex s....* et Narbonensis C. I. L. XII 4334: *pro s]alute [et] victoria [Ti. Claudi Ca]esaris Aug. [Germ. p(ontificis)] m(aximi) tr. p. III imp. V p. p. [ex voto sus]cepto .... Cascellia Secunda.*

Romam rediit. initio anni 797/44, cf. Dio 60, 23, 1.

Quo autem itinere Claudius redierit nescimus. Si quis coniecturas, quas Lehmann l. l. p. 236 titulis, ex parte etiam male lectis, nisus, perperam omnino protulit cognoscere velit, ipsum adeat.

[p. 81] *triumphavit maximo apparatu.* nuntio victoriae per generos allato senatus Claudio triumphum decreverat, cf. Dio 60, 22, 1: *μαθοῦσα δ' ἡ γερουσία τὰ κατειργασμένα Βρεττανικόν τε αὐτὸν ἐπεκάλεσε καὶ τὰ ἐπινίκια αὐτῷ πέμψαι ἔδωκε.* De coronis aureis, quas provinciae ei dederant, vide Plin. H. N. 33, 54. Ipsum Claudium, ut antea Caesarem dictatorem, genibus per gradus in Capi-

triumphavitque maximo apparatu. Ad cuius spectaculum commeare in urbem non solum praesidibus provinciarum permisit, C. 17.

Dio 60, 23, 1. *καὶ τὰ νικητήρια ἔπεμψε, τά τε ἄλλα κατὰ τὸ νομιζόμενον πράξας καὶ τοὺς ἀναβασμοὺς τοὺς ἐν τῷ Καπιτωλίῳ τοῖς γόνασιν ἀναβάς, ἀναφερόντων αὐτὸν τῶν γαμβρῶν ἑκατέρωθεν.* — (4) *διατελέσας δὲ ταῦτα τὴν πανήγυριν τὴν τῶν νικητηρίων ἐποίησεν, ὑπάτου τινὰ ἐξουσίαν ἐς αὐτὴν λαβών.*

Plin. H. N. 3, 119. Claudius Caesar e Britannia triumphans.

Plin. H. N. 33, 54. Claudius —, cum de Britannia triumpharet, inter coronas aureas VII pondo habere quam contulisset Hispania citerior, VIIII quam Gallia comata, titulis indicavit.

(Victor) Epit. IV 7. post triumphum Britannicum.

Eutropius VII 13. triumphum celebrem egit.

---

tolium escendisse narrat Dio 60, 23, 1, cf. Tzetzes ep. 107, p. 86 = Dio (ed. Boissev. I p. 75).

Ad triumphum spectant nummi (Eckhel VI 240 sqq. Cohen Claud. n 13—21) inscripti: *de Britannis.* De gemma ectypa musei regii Neerlandici, qua Visconti et Mongez triumphum Claudii expressum esse putaverunt cf. Bernouilli, Rom. Iconogr. II 1, p. 369 sq., qui eam quarto demum saeculo factam esse autumat. Triumphus ipse nominatur in titulo C. Stertinio Xenophonti, medico Claudii, qui eum in Britanniam comitatus erat, in insula Co posito, cf. Bull. de corr. hell. 1881 p. 473: — *καὶ τιμαθέντα ἐν τῷ Βρεταννῶν θριάμβῳ στε[φ]ά[νῳ] χρυσέῳ καὶ δόρατι* —. Ceterum arcus duo triumphales Claudio decreti sunt, cf. Dio 60, 22, 1: *πανήγυρίν τε ἐτησίαν καὶ ἁψῖδας τροπαιοφόρους, τὴν μὲν ἐν τῇ πόλει τὴν δὲ ἐν τῇ Γαλατίᾳ, ὅθεν ἐς τὴν Βρεττανίαν ἐξαναχθεὶς ἐπεραιώθη, γενέσθαι ἐψηφίσαντο.* Is, qui Romae decretus est, si idem est (quod minime certum) atque is, cuius reliquiae in campo Martio repertae sunt, (cf. Gilbert Topogr. III p. 190 A 1) a. 804/51 demum perfectus est, ut titulus docet C. I. L. VI 920 = Dess. n. 216: *Ti. Clau[dio Drusi f. Cai]sari Augu[sto Germani]co pontific[i maximo trib. potes]tat. XI cos. V im[p. XX … patri pa]triai senatus po[pulusque] Ro[manus q]uod reges Brit[anniai] XI [devictos sine] ulla iactur[a in deditionem acceperit] gentesque b[arbaras trans Oceanum] primus in dici[onem populi Romani redegerit].* Ob eandem victoriam Cyzici quoque arcus exstructus est, cf. C. I. L. III Suppl. 7061 = Dess. n. 217: *divo Aug. Caesari Ti. Au[g. divi Aug. f.] imp. Ti. Claudio Drusi f. [Caesari Aug. Ger]manico pont. max. [tr. pot. XI] p. p. vind. lib. devi[ctori regum XI] Britanniae ar[cum posuerunt] c(ives) R. qui Cyzici [consistunt] et Cyziceni curatore* ….

Etiam triumphum quodammodo navalem Claudius egisse videtur, incertum utrum in ipso itinere e Britannia an post triumphum Romae ductum, cf. Plin. H. N. 3, 16, 119: *proximum inde ostium (Padi) magnitudinem portus habet qui Vatreni dicitur, qua Claudius Caesar e Britannia triumphans praegrandi illa domo verius quam nave intravit Hadriam*, quae verba dicta sunt de Claudio castra classis Ravennatis visenti, (etiam castra Misenatiana eum eo modo visitasse haud absurde conicias) nam Huebner (Hermes XVI p. 526 et Röm. Herrschaft in West Europa p. 16) recte animadvertit Claudium hoc fecisse propter reditum earum navium classis Ravennatis quae in Britannia fuissent.

praesidibus. cf. Macer Dig. I 18, 1:

C. 17. verum etiam exulibus quibusdam; atque inter hostilia spolia navalem coronam fastigio Palatinae domus iuxta civicam fixit, traiecti et quasi domiti Oceani insigne. Currum eius Messalina uxor carpento secuta est; secuti et triumphalia ornamenta eodem bello

---

praesidis nomen generale est, eoque et proconsules et legati Caesaris et omnes provincias regentes, licet senatores sint, praesides appellantur, proconsulis appellatio specialis est. Locus noster addendus est exemplis a Mommseno StR. II[3] 240 A 3 = II[2] 230 e Suetonio allatis.

exulibus quibusdam. cf. Seneca cons. ad Polyb. 13, 2: *et patrios triumphos ducat (Claudius) et novos, quorum me quoque spectatorem futurum, quae ex virtutibus eius primum obtinet locum, promittit clementia;* quae verba scholiasten ad Juv. V 109 in errorem duxisse videntur, qui haec tradit: *Seneca: hic, inquit Probus, sub Claudio quasi conscius adulteriorum Iuliae Germanici filiae in Corsicam relegatus, post triennium revocatus est.*

coronam navalem. hanc ipse sibi decrevit. Aurea erat (Dio 49, 14, 3. Gellius 5, 6) rostrisque ornata, cf. nummos Agrippae, cui Augustus eam dederat (cf. Marq. St. V. II[2] p. 577 A 6) apud Babelon, Monnaies de la République Romaine II p. 557.

fastigio. fastigium est aetoma, quo aedes deorum a privatis distinguebantur. Hoc ut Caesari (Suet. Caes. 81) permissum est, ita Augusto quoque quamquam scriptoribus tacentibus, decretum esse debet. Sequentes principes eundem honorem habuerunt. Repraesentatur fortasse imagine aquilae in nummo descripto apud Eckhel VI 88. Cohen Aug. 30. Cf. Mommsen R. G. d. Aug.[2] p. 150. De Dativo cf. Liv. 7, 3, 5: *(lex) fixa fuit dextro lateri aedis.*

iuxta civicam. Augusto a. 727/27 a senatu corona civica (quercea) decreta erat, cf. Monum. Ancyr.[2] VI 18: *coronaq]ue civica super ianuam meam fixa est.* Graeca 23 sq.: *ὅ τε δρύινος στέφανος ὁ διδόμενος ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν πολειτῶν ὑπερά[ν]ω τοῦ πυλῶνος τῆς ἐμῆς οἰκίας ἀνετέθη.*

Quam coronam Tiberius recusavit (cf. Suet. Tib. 26: *et civicam in vestibulo coronam recusavit*), posteriores principes habuerunt, ut praeter hunc locum docet Seneca de Clementia I 26, 5: *nullum ornamentum principis fastigio dignius pulchriusque est quam illa corona ob cives servatos.* Loci allati et nummus L. Caninii Galli (Cohen Aug. 385) in quo corona super ianuam suspensa est, docent nullam causam esse cur cum Ernestio hoc loco pro *fastigio* legamus *in vestibulo* propter Tib. 26. Posteriore enim loco Suetonius minus accurate scripsit ut etiam Ovid. Met. I 562: *postibus Augustis eadem (laurus) fidissima custos Ante fores stabis mediamque tuebere quercum* et Val. Max. II 3, 7: *qua (corona) postes Augustae domus sempiterna gloria triumphant.*

traiecti et quasi domiti Oceani. hanc gloriam aequales quoque confessi sunt, cf. Seneca Apocol. 12, 2, 15: *Iussit et ipsum nova Romanae Iura securis tremere Oceanum.* (Seneca) Octavia 43: *Ignota et ante classibus texit freta.*

Messalina—carpento secuta. huic senatus nuntio victoriae allato id ius dederat, cf. Dio 60, 22, 2: *καὶ τῇ Μεσσαλίνῃ τήν προεδρίαν ἥν καὶ ἡ Λιουΐα ἐσχήκει καὶ τὸ καρπέντῳ χρῆσθαι ἔδοσαν,* quae tantum ad triumphum spectare recte mihi monuisse videtur Mommsen StR. II[3] 823 A 7 = II[2] 796.

triumphalia ornamenta adepti. quae Dio tradit 60, 23, 1: *ἔνειμε δὲ τοῖς μὲν βουλευταῖς τοῖς συνεξετασθεῖσίν οἱ τὰς ἐπινικίους τιμάς, οὐχ ὅτι τοῖς ὑπατευκόσιν, ὅπερ καὶ ἄλλως ἀφθονώτατα καὶ ἐπὶ τοῖς ἐλαχίστοις ἐποίει* ex parte tantum vera esse videntur, nam ex senatoribus quos Claudium comitatos fuisse scimus (noti nobis sunt Galba (Suet. Galb. 7), Ti. Plautius Aelianus (C. I. L. XIV 3608 = Dess. n. 986), Valerius Asiaticus (Tac.

adepti, sed ceteri pedibus et in praetexta, Crassus Frugi equo C. 17.

Ann. XI 3), A. Didius Gallus (C. I. L. III Suppl. 7247 = Dess. n. 970, cf. Röm. Mitth. VI (1891) p. 164 sq.), Crassus Frugi (cf. infra), Cn. Pompeius Magnus (Dio 60, 21, 5, si hic iam tum quaestor fuit), cf. Hübner Herm. XVI p. 528) Galba, Ti. Plautius Aelianus et Cn. Pompeius hac occasione triumphalia ornamenta adepti esse non videntur, cum quod Galbam attinet taceat Suetonius (l. l.), neque Plautii Aeliani et Pompeii elogia (C. I. L. XIV 3608. Bull. d. Inst. 1885 p. 9 = Dess. n. 986. 955) huius rei mentionem ullam faciant Alteri tamen genero L. Iunio Silano ornamenta concessit Claudius, cf. ad c. 24.

praetexta. hac uti solebant ludis ii, qui ornamenta triumphalia adepti erant; cf. Mommsen StR. I³ 439 A 1 = I² 423.

Crassus Frugi. M. Licinius Crassus Frugi, *curator locorum publicorum iudicandorum* (C. I. L. VI 1266), a. 777/24 fuit praetor urbanus (cf. fast Arv. C. I. L. I² 1 p. 71: *M. Plautius Silvanus urb(anus sc. praetor) suf. M. Licinius Cras(sus) Frugi*, consul a. 780/27 (C. I. L. II 2633. V 4919. 4920. VI 251. 2024 a. fast. Arv. l. l.), a. 794/41 (cf. infra ad *honorem iteraverat*) legatus Claudii in Mauretania. Huius elogium superest, cf. Bull. d. Inst. 1885 p. 9 = Dess. n. 954: *M. Licinius M. f. Men(enia tribu) Crassus Frugi pontif. pr. urb. cos. leg. Ti. Claudi Caesaris Aug. Ge[r]manici in M[auretani]a* . . . . (Pontifex etiam audit in elogio filiae C. I. L. VI 1445 = Dess. n. 956: *dis manibus Liciniae Crassi Frugi pontificis f. Magnae L. Pisonis pontificis uxor*).

Crassus Frugi filius natura videtur fuisse L. Calpurnii Pisonis Frugi pontificis cos. a. 739/15, eius qui Tiberio principe viginti fere annis praefectus urbi fuit (cf. Herzog II p. 244 A 1), adoptatus a M. Licinio Crasso cos. a. 740/14 (C. I. L. VI 23532. X 885. 886. 1938), cf. Mommsen. Eph. Epigr. I p. 145. Ante adoptionem ei praenomen Gaius fuit, si recte tituli Attici C. I. Att. III 601. 602: *Ὁ δῆμος Γάιον Καλπόρνιον Λευκίου υἱὸν Πίσωνα Φρούγια* (sic) *ἀρετῆς ἕνεκα. Ὁ δ[ῆμ]ος Γναῖον Καλπόρνιον Πίσωνα ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας* relati sunt ad eos qui a. 780/27 simul consules fuerunt. Post adoptionem autem cognomen *Frugi*, quod pater adoptivus non habuit, retinuit. Pater naturalis et filius nominari videntur C. I. Att. III 607. 608: *Ὁ δῆμος Λεύκιον Καλπόρνιον Λευκίου υἱὸν Πείσωνα εὐνοίας ἕνεκα τῆς εἰς ἑατόν. Μᾶρκον Λικίννιον Μάρκου υἱὸν Φροῦγι εὐνοίας ἕνεκα τῆς εἰς ἑατόν.* (ita placuit Mommseno l. l. p. 150, cf. tamen Dittenberger ad C. I. Att. l. l.). Ad Crassum Frugi nostrum aut ad filium eius cognominem cos. a. 817/64 spectat alius titulus C. I. Att. III 609: *Ὁ δῆμος Μᾶρκον Λικίννιον Κράσσον Φροῦ[γ]ι εὐσεβείας τε τῆς πρὸς τὸν Σεβαστὸν ἕνεκα καὶ τῆς πρὸς τὸν δῆμον εὐνοίας καὶ εὐεργεσίας.*

Crassum nostrum alterum fuisse iuvenum duorum ad quos Horatius epistulam ad Pisones scripserit vix crediderim. Nam filium praefecti urbi, item amici Tiberii, suo anno vel paulo post quam id per aetatem licuerit consulem factum esse autumo, quod si recte, Crassus Frugi a. 747/7 vel paulo ante natus fuerit necesse est, quo tempore ad eum epistula scribi non potuit. Itaque mihi placet opinio eorum (Michaelis. Kiessling) qui epistulam a. 737/738 et ad alios Pisones scriptam esse censent, cf. Kiesslingii Comment. III p. 227. De indole huius Crassi habemus testimonium Senecae Apocol. 11, 2: *occidit (Claudius) in una domo Crassum Magnum Scriboniam, tris homines assarios — Crassum vero tam fatuum, ut etiam regnare possit.* ibid. 5: *Crassum Frugi, hominem tam similem sibi (Claudio) quam ovo ovum.*

Praeter filiam Liciniam Magnam et filium cognominem M. Licinium Crassum Frugi, filii Crassi nostri et Scriboniae fuerunt Pompeius Magnus (de quo vide ad c. 27), Crassus Scribonianus et L. Calpurnius Piso Frugi Licinianus, de quibus egit Mommsen l. l. p. 147 sq.

C. 17. phalerato et in veste palmata, quod eum honorem iteraverat. XVIII. Urbis annonaeque curam sollicitissime semper egit. Cum Aemiliana pertinacius arderent, in diribitorio duabus noctibus mansit, ac deficiente militum ac familiarum turba, auxilio plebem per magistratus ex omnibus vicis convocavit ac positis

Dio apud Zon. XI 11 p. 472. καί ποτε πολλοῦ τὴν πόλιν ἐπινεμομένου πυρός, πρὸς τὴν ἐπικουρίαν ἐκείνῳ (Κλαυδίῳ) συμπαρεγένετο (Ἀγριππῖνα).

---

equo phalerato. cf. Suidas II p. 1409 Bernh. *Φάλαρα· τὰς προμετωπίδας, τοὺς ἀσπιδίσκους, τὴν κόσμησιν τὴν κατὰ τὸ μέτωπον τῶν ἵππων* et Rich, dict. s. v.

in veste. hoc Graecismo saepius Suet. usus est. Ita paulo antea *in praetexta;* Vitell. 8: *in veste domestica.*

veste palmata i. e. tunica palmata. Erat opus artis plumariae (de qua cf. Marq. Vit. Priv.[2] p. 538 sq.) auro in formam foliorum palmarum insutum, cf. Dionys. III 61. 62: *χιτῶνα πορφυροῦν χρυσόσημον.* Festus p. 252 Thewreck: *tunica autem palmata a latitudine clavorum dicebatur, quae nunc a genere picturae appellatur.* Etiam Crassus igitur caruit curru et toga picta. Vestes triumphales e thesauro Capitolii dabantur, et post usum reddi debebant, cf. Vit. Gord. 4, 4: *palmatam tunicam et togam pictam primus Romanorum privatus suam propriam habuit, cum antea imperatores etiam de Capitolio vel de Palatio,* cf. Mommsen StR. I[3] 412 A 1. 2 = I[2] 396 sq.

iteraverat. primum ornamenta triumphalia adeptus esse videtur legatus Claudii Mauretaniae a. 794/41. Annus ex eo constat quod post a. 795/42 (Dio 60, 9. 5) vel a. 796/43, ut praefert Cagnat, l'Armée Romaine en Afrique p. 29, Mauretaniae in duas partes divisae procuratores praefuerunt, et a. 795/42 C. Suetonius Paulinus et Cn. Hosidius Geta ibi pugnaverunt cum Mauris (Dio 60, 9, 1). Cf. Cagnat l. l. p. 27, Pallu de Lessert, les gouverneurs de la Mauretanie p. 113. De bello cf. ad c. 17 (p. 76): *decretis—ornamentis.*

annonae. huius curam testantur et nummi senatus (Eckhel VI 238 sq. = Cohen Claud. n. 74) in quibus modius exstat, et nummi eiusdem (Eckhel l. l. 239 = Cohen l. l. n. 72) inscripti: *Ceres Augusta S. C.*

Aemiliana. ubi haec fuerint incertum. Gilbert, Topogr. III p. 378 A 2 ex hoc loco efficit Aemiliana a diribitorio in meridiem versus sita fuisse. Quo tamen non multum lucramur, nam de situ diribitorii hoc tantum novimus, proxime Saeptis id fuisse, cf. l. l. p. 176 A 1. Ex hoc tamen loco colligi potest ea non longe a diribitorio afuisse.

diribitorio. diribitorium, aedificium amplum in Campo Martio proxime Saeptis ab Agrippa incohatum, ut diribitores ibi suffragia numerarent, ab Augusto a. 747/7 perfectum dedicatumque erat, cf. Dio 55, 8, 4. Minus recte Gilbert l. l. ex verbis Dionis 59, 7, 8: *καὶ εἴγε ποτὲ ἐς ὑπερβολὴν ἐπέφλεξε, τῷ διριβιτωρίῳ ἰκριωμένῳ ἐχρῶντο* collegit tectum diribitorii (quod paulo demum ante Dionis aetatem dilapsum esse videtur, cf. 55, 8, 4) a Gaio destructum esse.

militum. vigilum quorum septem milia fuerunt et praetioranorum.

familiarum turba. familiae Claudii intelleguntur, prae ceteris tamen cogitandum est de aquariis et de gladiatoribus. Ex Dione apud Zon. XI p. 472, qui sine dubio de eodem incendio loquitur, incendium a. 806/53 factum esse colligitur, cum Zonaras paulo ante matrimonii Neronis et Octaviae (a. 806/53, cf. Tac. Ann. XII 58) mentionem fecerit.

plebem. sc. quinque et triginta tribuum, quae frumentum accipiebat.

magistratus. propter sequentia *ex om-*

ante se cum pecunia fiscis, ad subveniendum hortatus est, repraesentans pro opera dignam cuique mercedem. Artiore autem annona ob assiduas sterilitates, detentus quondam medio foro a turba conviciisque et simul fragminibus panis ita infestatus, ut aegre nec nisi postico evadere in Palatium valuerit, nihil non excogitavit ad invehendos etiam tempore hiberno C. 18.

Tac. Ann. XII 43. Frugum quoque egestas et orta ex eo fames in prodigium accipiebatur. Nec occulti tantum questus; sed iura reddentem Claudium circumvasere clamoribus turbidis, pulsumque in extremam fori partem vi urguebant, donec militum globo infensos perrupit. Quindecim dierum alimenta urbi, non amplius, superfuisse constitit; magnaque deum benignitate et modestia hiemis rebus extremis subventum.

---

nibus vicis Lipsius legendum putabat *magistros* sc. vicorum. Qua coniectura tamen non opus est. Magistratus enim sunt (nisi in universum id dictum est) ii, qui regionibus urbis XIV praesunt (cf. Suet. Aug. 30: *spatium urbis in regiones — divisit instituitque ut illas annui magistratus sortito tuerentur*), sorte ducti ex aedilibus, tribunis plebis et praetoribus, cf. Dio 55, 8, 7. Mommsen StR. II[3] 516 A 2 = II[2] 505. Hi igitur per lictores populares denuntiatores (Mommsen l. l. I[3] 392 A 4 = I[2] 376) plebem convocarunt.

fiscis. fisci sunt scirpeae magnae e vimine factae in quibus Romani pecuniam servare solebant (Cic. in Verr. I 8, 22. Phaedrus II 7, 2 Lex Acilia Repetundarum l. 67 sq.

repraesentans. cf. Otho 5: *dena sestertia repraesentata et quinque promissa.*

artiore annona. initio quoque imperii sui Claudius annonam artiorem perpessus est, cf Seneca de brevit. vitae 18, 5 (a. 794/41): *Modo intra paucos illos dies, quibus C. Caesar periit, — septem aut octo certe dierum cibaria superesse?* Victor Caes. IV 3: *adhuc egestas composita, quam Caligula induxerat, dum adactis toto orbe navigiis pervium mare theatris curribusque damno publico efficere contendit.* Et etiam a. 795/42, cf. Dio 60, 11, 1: *λιμοῦ τε ἰσχυροῦ γενομένου, οὐ μόνον τῆς ἐν τῷ τότε παρόντι ἀφθονίας τῶν τροφῶν ἀλλὰ καὶ τῆς ἐς πάντα τὸν μετὰ ταῦτα αἰῶνα πρόνοιαν ἐποιήσατο.* Nostro tamen loco procul dubio sermo est de fame quam a. 804/51 fuisse narrat Tac. Ann. XII 43, et ad eandem famem (non ad eundem tumultum) fortasse spectant quae tradit (Dio) Zon. XI p. 471: *καὶ πρὸς τὴν πρᾶσιν τῶν ἄρτων θόρυβόν τινα γενέσθαι παρασκευάσασα (Ἀγριππῖνα).*

postico evadere. addit Tacitus Claudium militum ope perrupisse. *postico* explicat Orosius VII 6, 16: *tanta fames Romae fuit, ut medio foro imperator correptus a populo conviciis et fragminibus panis turpissime infestatus aegre per pseudothyrum in Palatium refugiens furorem — evaserit.* Claudius videtur per viam Novam et clivum Victoriae in Palatium venisse.

tempore hiberno. quo in universum navigatio periculosior et praesertim ostium Tiberis difficile intratu erat, cf. Dio 60, 11, 2: *ἔξω γὰρ τῶν τῇ τε ὥρᾳ ἐσκομισθέντων καὶ ἐς τὰς ἀποθήκας ἀναχθέντων οὐδὲν τὴν χειμερινὴν ἐσεφοίτα, ἀλλ' εἴ τις παρεκινδύνευσε, κακῶς ἀπήλλασσε.* Nam portus Ostiae etiam tum (a. 804/51) nondum perfectus fuisse videtur, cf. ad c. 20 (p. 91): *portum Ostiae exstruxit.*

C. 18. commeatus. Nam et negotiatoribus certa lucra proposuit, suscepto in se damno, si cui quid per tempestates accidisset, et naves mercaturae causa fabricantibus magna commoda constituit pro condicione cuiusque: [XIX] civi vacationem legis Papiae Poppaeae, Latino ius Quiritium, feminis ius IIII libe-

---

negotiatoribus. sc. frumentariis (C. I. L. VI 9668. 814), qui frumentum in provinciis coemunt Romamque comportant. Marquardt (Vit. Priv.[2] p. 424 A 3) putanti a Claudio collegium negotiatorum frumentariorum institutum esse, cum privilegia haec dari non possent nisi collegio eique certi numeri, non assentior, neque ex inscriptione C I. L. VI 814: *ex auctoritate Imp. Caesaris T. Vespasiani Aug. in loco qui designatus erat per Flavium Sabinum operum publicorum curatorem templum exstruxerunt negotiatores frumentarii* cum eodem necessario colligendum esse videtur aetate Titi negotiatores frumentarios corporatos fuisse.

certa lucra proposuit i. e. non solum se ipsarum mercium pretium restiturum esse promisit Claudius, sed etiam lucrum, quod frumento Romae vendito negotiatores facturi fuissent, simul magnitudinem lucri statuens. Ex parte tantum Suetonius haec verba explicavit adiectis *suscepto in se damno, si cui quid per tempestates accidisset*, cuius explicationem minus recte Marquardt Vit. Priv.[2] p. 405 A 7. 424 ut unice veram protulit.

proposuit. per edictum ut sequentia.

naves mercaturae causa fabricantibus i. e. iis qui simul domini navium et mercium (frumenti) erant. Hi mercatores frumentarii nominantur (C. I. L. VI 1620. XIV 161: *corpus mercatorum frumentariorum.* 303. 4234).

civi vacationem legis Papiae Poppaeae i. e. civem poenis liberavit, qua lex Papia Poppaea caelibes et orbos afficiebat, ita ut heredes fieri et legata caducaque capere posset. Praemia tamen vel vacationes, quas lex Papia Poppaea tres liberos habentibus dabat, non accipiebant, quamquam aliter visum Bremio. Ceterum hoc privilegium demum datum esse postquam navis certum numerum (fortasse sex, ut in Latinis, cf. infra) annorum frumentum Romam portasset, vix monendum est.

Latino ius Quiritium. accuratius haec tradunt Gaius I 32 c.: *Item edicto Claudii Latini ius Quiritium consecuntur, si navem marinam aedificaverint, quae non minus quam decem milia modior[um frumen]ti capiat, eaque navis vel quae in eius locum substituta [sit sex] annis frumentum Romam portaverit.* Ulp. 3, 6: *Nave Latinus civitatem Romanam accipit, si non minorem quam decem milium modiorum navem fabricaverit et Romam sex annis frumentum portaverit, ex edicto divi Claudii.*

Latino. quo vocabulo etiam Latinus Iunianus indicatur. De Latinis coloniariis cf. Mommsen StR. III 624 sq. Latini Iuniani proprie sunt Latinorum numero (rectius ipse Suetonius dicit Vesp. 3: *Latinae conditionis mulier*, cf. Mommsen l. l. 626 A 3) lege Iunia Norbana (de nomine et tempore huius legis viri docti inter se discrepant, cf. Mommsen l. l. 626 A 1, Karlowa, Röm. Rechtsgesch. I p. 621, Herzog II p. 916) non legitima manumissione manumissi.

ius Quiritium i. e. civitatem Romanam, cf. Ulpianus 3, 2: *Beneficio principali Latinus civitatem Romanam accipit, si ab imperatore ius Quiritium impetraverit.* Vox imprimis in usu est, ubi de civitate Latino danda sermo est, mansitque ex illo tempore, cum ius Quiritium adhuc in omnium ore esset, cf. Mommsen StR. III 7 A 2.

feminis ius quattuor liberorum i. e. libertinae condicionis, semper enim libertini intelleguntur ubi sermo est de iure quattuor liberorum, cf. P. Jörs, Ueber

rorum; quae constituta hodieque servantur. C. 19.

XX. Opera magna potius necessariaque quam multa perfecit, sed vel praecipua: ductum aquarum a Gaio incohatum, item emissarium Fucini lacus portumque Ostiensem, quamquam sciret

---

das Verhältnis der Lex Iulia de maritandis ordinibus zur lex Papia Poppaea (Diss. Bonn. 1882) p. 35, (cf. Gaius I 194. III 44. 47. Ulpianus 26, 8. 29, 3. Paulus Rec. Sent. IV 9, 1. 7. Inst. III 3, 2) et in unico, quod sciam, titulo ubi femina ius quattuor liberorum habens nominatur, urbano C. I. L. VI 1877 = Dess. n. 1910: *Persicus libertus, manumissus at consilium procuratorio nom[ine] apud Domitianum Caesarem in secund[o] cos. exercuit decurias duas viatoria(m) et lictoria(m) consulares C. Cornelio Persico f. habenti equum publicum Corneliae Zosimae matri eius habenti ius quattuor liberorum beneficio Caesaris libertis libertabus posterisque suis eorumve* manifestum est libertinam intellegi. Quid fuerit id ius non accurate novimus, ex Gaio III 44: *Sed postea lex Papia cum quattuor liberorum iure libertinas tutela patronorum liberaret et eo modo concederet eis etiam sine tutoris auctoritate c[ondere testamentum, prospexit], ut pro numero liberor[um quos liberta mortis tempo]re habuerit, virilis pars patrono debeatur*, (cetera hiulca). Ulp. 29, 3. Gai. III 47, patet mulieres hoc privilegio donatas tutela patronorum exemptas fuisse et sine eorum auctoritate testari potuisse. (Quid autem fuerit ius quattuor liberorum viris libertinis datum, cuius mentio fit in duobus titulis Pisaurensi Orelli 2675 et Brixiano C. I. L. V 4392 (cf. Add. p. 1079), prorsus ignoratur). Cum, ut vidimus, Latinis privilegia data sint ex edicto Claudii, haec omnia per edictum constituta esse videntur. Et civitatem quidem iure suo princeps dabat, (cf. Mommsen StR. II^3 891), vacationem autem legis Papiae Poppaeae et ius liberorum usque ad id tempus senatus concedere solebat (cf. Dio 55, 2; 59 15. Tac. Ann. III 25), quod ius Claudius iam ad se traxisse videtur posteaque apud principes mansit, cf. Martial. II 92, 1 sqq: *Natorum mihi ius trium roganti — dedit (Caesar) Solus qui poterat*, Mommsen StR. II^3 888 A 4 = II^2 852 A. 3. Jörs l. l. p. 54 A 2.

hodieque i. e. *hodie quoque* ut Galb. 1. Tit. 2. Contra Tib. 14 significat *et hodie*, cf. Kühner Gr. L. II p. 642, 7.

magna potius necessariaque quam multa. codd. habent: *potius quam necessaria quam multa* quae sic ferri non possunt. Burmannus, Ernesti, Baumgarten-Crusius, quos Rothius secutus est, receperunt lectionem ed. Rom.: *potiusque necessaria quam*. At Madvigio (Adv. Crit. II p. 578) hanc iustam comparationem non esse asserenti assentiendum est, quare eius lectionem recepi, quam vir summus (l. l.) sic defendit „Ea recta comparatio est, excidit *que* ante *quam*, deinde prave suppletum est". Coniectura quam Kraffert (Beiträge II p. 100) protulit *potius atque nec*, quae fere eundem sensum praebet, ideo displicet quod sic causa mendi difficilius intellegitur. Oudendorpii autem commentum *potius quae nec.* non displicet, quod si quis etiam Madvigii lectioni praetulerit, non gravabor.

sed vel praecipua. cf. Aug. 29: *publica opera plurima exstruxit, e quibus vel praecipua.* Alia opera Claudii enumerat Plin. H. N. 36, 125. Nova opera principes ipsi impensis fisci exstruere solebant, Tiberius solus de talibus rebus senatum consuluit, cf. Mommsen StR. II^3 950 = II^2 910.

aquarum ductum—a Gaio incohatum. unum tantum ductum a Gaio incohatum esse Suetonius dixerat quoque Gai. 21: *incohavit autem aquae ductum regione Tiburti et amphitheatrum iuxta Saepta, quorum operum a successore eius Clau-*

C. 20. ex iis alterum ab Augusto precantibus assidue Marsis negatum, alterum a Divo Iulio saepius destinatum ac propter difficultatem omissum. Claudiae aquae gelidos et uberes fontes, quorum alteri Caeruleo, alteri Curtio et Albudigno nomen est, simul-

Tac. Ann. XII 13. fontes aquarum Simbruinis collibus deductos urbi intulit.

Plin. H. N. 36, 122. Vicit antecedentes aquarum ductus impendium operis — peracti a Claudio, quippe a XL lapide ad eam excelsitatem, ut omnes urbis montes lavarentur influxere Curtius atque Caeruleus fontes et Anien novus erogatis in id opus H. S. |MMMD|.

Frontin. de aq. 1, 13. C. Caesar — altero imperii sui anno — duos ductus incohavit. Quod opus Claudius magnificentissime consummavit dedicavitque a. p. u. c. DCCCV kalendis Augustis. alteri nomen [quae ex fontibus Caerulo et Curtio perducebatur] Claudiae datum. Haec bonitatis proximae est Marciae. Altera quoniam duae Anionis in urbem aquae fluere coeperant, ut facilius appellationibus dinoscerentur, Anio Novus vocitari coepit [alias omnis praecedit]; priori Anioni cognomen Veteris adiectum.

(Victor) Epit. IV 5. Aqua Claudia Romae introducta.

---

dio alterum peractum, omissum alterum est. Certum tamen est duos ductus a Gaio incohatos fuisse propter testimonia Frontini 1, 13: *C. Caesar—duos ductus incohavit* et Plinii H. N. 36, 122.

alterum—negatum. emissarium sc. Fucini lacus, hic enim in finibus Marsorum erat. Caesarem, ne emitteret morte praeventum esse testantur Suet. Caes. 44. Plutarch. Caes. 58.

alterum—omissum. Suetonius Caes. 44 opera a Caesare destinata enumerans cum de portu Ostiensi taceat, Ernesti hoc loco *alterum* e textu eicere voluit, ita ut totus locus ad lacum Fucinum spectaret. Sed ut Oudendorpius recte animadvertit, Suetonius l. l. loquitur de operibus destinatis quidem, sed ob mortem eius non coeptis, hoc vero loco tradit portum Ostiensem ob difficultates omissum esse. Accedit quod Plutarchus tradit Caes. 58: *τῇ δ' ἔγγιστα τῆς Ῥώμης θαλάσσῃ κλεῖθρα διὰ χωμάτων ἐπαγαγών, καὶ τὰ τυφλὰ καὶ δύσορμα τῆς Ὠστιανῆς ᾐόνος ἀνακαθηράμενος, λιμένας ἐμποιήσασθαι (ἐπεχείρει) καὶ ναύλοχα πρὸς τοσαύτην ἀξιόπιστα ναυτιλίαν. καὶ ταῦτα μὲν ἐν παρασκευαῖς ἦν.* Coniectura Ernesti igitur omnino non opus est.

propter difficultatem. cf. rhetorum thema: *an portus fieri Ostiae possit* Quint. I. O. III 8, 16.

Claudiae aquae. haec concipiebatur via Sublacensi (Frontin. 1, 14) e collibus Simbruinis (Tac. Ann. XI 13) prope Sublaqueum (hodie Subiaco, cf. Tac. Ann. XIV 22. C. I. L. XIV p. 354).

Caeruleo—Curtio et Albudigno. accuratius tradit Frontin. 1, 14: *Claudia concipitur — ex fontibus duobus amplissimis et speciosis, Caeruleo qui a similitudine adpellatus est et Curtio. accipit et eum fontem qui vocatur Albudinus, tantae bonitatis ut Marciae quoque adiutorio quotiens opus est ita sufficiat ut adiectione sui nihil ex qualitate eius mutet. Augustae fons quia Marciam sibi sufficere adparebat, in Claudiam derivatus est, manente nihilo minus praesidiario in Marciam ut ita*

que rivum Anienis novi lapideo opere in urbem perduxit, C. 20.
divisitque in plurimos et ornatissimos lacus. Fucinum aggressus

---

demum Claudiam aquam adiuvaret Augusta, si eam ductus Marciae non caperet. Plinius (H. N. 36, 122) et titulus C. I. L. VI 1256 de Albudigno vel Albudino fonte tacent.

rivum Anienis novi. cf. Frontin 1, 15: *Anio novus via Sublacensi ad miliarium XLII in Simbruino excipitur ex flumine.* Appellatus est novus ut dinosceretur ab illo Aniene a. 484/270 urbi illato exstructoque e manubiis belli cum rege Pyrrho gesti, cui iam Anio vetus nomen inditum est. Quam ob causam Suetonius *rivum* dixerit docet Frontinus l. l. *ductus Anionis novi efficit pas. LVIIIDCC: ex eo rivo subterraneo pas. ILCCC, opere supra terram pas. IXCCCC,* ex maxima igitur parte canalis structilis subterraneus erat.

in urbem perduxit. ex Tacito (Ann. XI 13) non colligendum est opus a. 800/47 usque ad urbem perfectum fuisse, sed locus cum Mommseno (StR. II^3 453 A 4 = II^2 447) ita explicandus est, ut Claudius demum censor opus aggressus sit. Dedicatum vero est Kal. Aug. (Frontin. 1, 13) a. 805/52, cf. titulum urbanum repertum in arcu duplici aquae Claudiae supra bivium viarum Praenestinae et Labicanae (quo arcu postea usi sunt ad faciendam portam Praenestinam, hodie Porta Maggiore) C. I. L. VI 1256 = Dess. n. 218: *Ti. Claudius Drusi f. Caesar Augustus Germanicus pontif. maxim. tribunicia potestate XII cos. V imperator XXVII pater patriae aquas Claudiam ex fontibus qui vocabantur Caeruleus et Curtius a milliario XXXXV item Anienem novam a milliario LXII sua impensa in urbem perducendas curavit.* Opus tanta celeritate confectum et postea a Nerone tantopere neglectum est, ut Vespasianus a. 824/71 et denuo Titus a. 833/34 aquam Claudiam restituerint cf. C. I. L. VI 1257 = Dess. n. 218: *Imp. Caesar Vespasianus August. pontif. max. trib. pot. II imp. VI cos. III desig. IIII p. p. aquas Curtiam et Caeruleam perductas a divo Claudio et postea intermissas dilapsasque per annos novem sua impensa urbi restituit.* C. I. L. VI 1258 = Dess. n. 218: *Imp. T. Caesar divi f. Vespasianus Augustus pontifex maximus tribunic. potestate X imperator XVII pater patriae censor cos. VIII aquas Curtiam et Caeruleam perductas a divo Claudio et postea a divo Vespasiano patre suo urbi restitutas cum a capite aquarum a solo vetustate dilapsae essent nova forma reducendas sua impensa curavit.* Cf. praeterea titulum a. 841/88 C. I. L. XIV 3530: *Bonae deae sanctissimae caelesti L. Paquedius Festus redemptor operum Caesar. et puplicorum aedem diritam refecit quod adiutorio eius rivom aquae Claudiae August. sub monte Aeflano consummavit Imp. Domit. Caes. Aug. Germ. XIIII cos. V Non. Iul.*

divisitque. hoc ad utramque aquam spectat, cf. Frontin. 2, 86: *Claudia et Anio novus extra urbem proprio quaeque rivo erogabatur — intra urbem confundebantur.* 2, 91: *novus Anio vitabat ceteras — maxime Claudiam, quae per multa milia passuum proprio ducta rivo Romae demum cum Anione permista in hoc tempus perdebat proprietatem.*

ornatissimos lacus. signis vel salientibus ornatos ut Agrippa antea fecerat, cf. Plin. H. N. 36, 121.

lacum Fucinum. in montibus Apennini in finibus Marsorum situm, hodie Lago di Celano.

aggressus. hoc non cum Burmanno post alios ita explicandum est, ut praegnanter dictum valeat: coepit sed non perfecit. Nam Suetonius opus perfectum esse putavit, cf. *canalem-absolvit,* ut Tacitus (Ann. XII 56 sq.) et Plinius (H. N. 36, 124), contra Dio id a Claudio non perfectum esse dicit (60, 11, 5: *ἠθέλησε μέν*). Opus fraude Narcissi qui operi praeesset neglegenter confectum fuisse colligendum est ex Dione 60, 33, 6: *ὅτι ὁ Νάρκισσος τῆς λίμνης τῆς Φου-*

C. 20. est, non minus compendii spe quam gloriae, cum quidam privato sumptu emissuros se repromitterent, si sibi siccati agri concederentur. Per tria autem passuum milia partim effosso monte partim exciso, canalem absolvit aegre et post undecim annos, quamvis continuis XXX hominum milibus sine inter-

Tac. Ann. XII 56 sq. Sub idem tempus inter lacum Fucinum amnemque Lirim perrupto monte, quo magnificentia operis a pluribus viseretur, lacu in ipso navale proelium adornatur. — Perfecto spectaculo apertum aquarum iter. Incuria operis manifesta fuit, haud satis depressi ad lacus ima. Eoque, tempore interiecto altius effossi specus, et — rursus — spectaculum editur — . Quin et convivium — appositum est.

Dio 60, 11, 5. τὴν δὲ δὴ λίμνην τὴν Φουκίνην τὴν τῶν Μαρσῶν ἠθέλησε μὲν ἐς τὸν Λῖριν ἐξαγαγεῖν, ὅπως ἥ τε χώρα ἡ περὶ αὐτὴν γεωργῆται καὶ ὁ ποταμὸς ναυσίπορος μᾶλλον γένηται, μάτην δὲ δὴ ἐδαπανήθη.

Plin. H. N. 36, 124. Eiusdem Claudi inter maxime memoranda equidem duxerim quamvis destitutum successoris odio montem perfossum ad lacum Fucinum emittendum inenarrabili profecto impendio et operarum multitudine per tot annos, cum aut corrivatio aquarum qua terrenus mons erat egereretur in verticem machinis, aut silex caederetur, omniaque intus in tenebris fierent quae neque concipi animo nisi ab iis qui videre neque enarrari humano sermone possunt.

κίνης συμπεσούσης αἰτίαν ἐπ' αὐτῷ μεγάλην ἔλαβεν· ἐπεστάτει γὰρ τοῦ ἔργου, καὶ ἔδοξε πολὺ ἐλάττω ὧν ἤλπιζε δαπανήσας εἶτα ἐξεπίτηδες τὸ σύμπτωμα ὅπως ἀνεξέλεγκτον τὸ κακούργημα αὐτοῦ γένηται μηχανήσασθαι. Cf. Tac. l. l. 57. Nero opus neglexit (Plin. l. l.) et Traiani aetate emissarium refici vel purgari oportuit, cf. C. I. L. IX 3915 = Dess. n. 302: *imp. Caesari divi Nervae fil. Nervae Traiano Optimo Aug. Germanico Dacico Parthico pont. max. trib. pot. XXIII* (*Trib. pot. XXI IM*[*p*] coniecit Mommsen) *cos. VI patri patriae senatus populusque Rom*[*anus*] *ob reciperatos agros et possess*[*ores reductos*] *quos lacus Fucini violent*[*ia exturbarat*], quem Hadrianus denuo restauravit, cf. Vit. Hadr. 22.

Nostra demum aetate emissario Claudii purgato atque restaurato iussu principis Alexandri Torlonia lacus siccatus est.

partim effosso monte partim exciso. haec bene explicantur verbis Plinii (l. l.): *cum aut corrivatio aquarum qua terrenus mons erat egereretur in verticem machinis, aut silex caederetur.* mons hodie appellatur Monte Salviano.

canalem. subterraneum ut aqua lacus emitteretur in Lirim flumen (hodie Garigliano). Canalem Suetonius trium milium passuum i. e. quindecim milium pedum (cf. Plin. H. N. 2, 85) fuisse dicit, et in parietibus emissarii Claudii repertae sunt tabulae marmoreae in intervallis, ut videtur, centenorum passuum affixae, quibus numerus pedum quos locus ubi tabella parieti inserta est a capite emissarii distabat inscriptus est. Maximus numerus est pedum VIIC, cf. C. I. L. IX 3888—3890.

post undecim annos. quando opus per-

missione operantibus. Portum Ostiae exstruxit, circumducto dextra sinistraque bracchio et ad introitum profundo iam salo C. 20.

Dio 60, 11, 2 sqq. = Zon. XI 8 p. 469. *ἐπεσάκτου γὰρ παντὸς ὡς εἰπεῖν τοῦ σίτου Ῥωμαίοις ὄντος, ἡ χώρα ἡ πρὸς ταῖς τοῦ Τιβέριδος ἐκβολαῖς, οὔτε κατάρσεις ἀσφαλεῖς οὔτε λιμένας ἐπιτηδείους ἔχουσα, ἀνωφελές σφισι τὸ κράτος τῆς θαλάσσης ἐποίει · — τοῦτ' οὖν συνιδὼν λιμένα τε κατασκευάσαι ἐπεχείρησεν, οὐδ' ἀπετράπη καίπερ τῶν ἀρχιτεκτόνων εἰπόντων αὐτῷ, πυθομένῳ πόσον τὸ ἀνάλωμα ἔσοιτο, ὅτι οὐ θέλεις αὐτὸν ποιῆσαι · οὕτως ὑπὸ τοῦ πλήθους τοῦ δαπανήματος ἀναχαιτισθῆναι αὐτόν, εἰ προπύθοιτο αὐτό, ἤλπισαν · ἀλλὰ καὶ ἐνεθυμήθη πρᾶγμα καὶ τοῦ φρονήματος καὶ τοῦ μεγέθους τοῦ τῆς Ῥώμης ἄξιον καὶ ἐπετέλεσε. τοῦτο μὲν γὰρ ἐξορύξας τῆς ἠπείρου χωρίον οὐ σμικρόν, τὸ πέριξ πᾶν ἐκρηπίδωσε καὶ τὴν θάλασσαν ἐς αὐτὸ ἐσεδέξατο · τοῦτο δὲ ἐν αὐτῷ τῷ πελάγει χώματα ἑκατέρωθεν αὐτοῦ μεγάλα χώσας θάλασσαν ἐνταῦθα πολλὴν περιέβαλε, καὶ νῆσον ἐν αὐτῇ πύργον τε ἐπ' ἐκείνῃ φρυκτωρίαν ἔχοντα κατεστήσατο. ὁ μὲν οὖν λιμὴν ὁ καὶ νῦν οὕτω κατά γε τὸ ἐπιχώριον ὀνομαζόμενος ὑπ' ἐκείνου τότε ἐποιήθη.*

Plin. H. N. 36, 125. nam portus Ostiensis opus praetereo.

Plin. H. N. 9, 14. Orca et in portu Ostiensi visa est, oppugnata a Claudio principe. Venerat tum exaedificante eo portum invitata naufragiis tergorum advectorum e Gallia.

---

fectum sit nullus scriptor diserte narrat. Tacitus autem (l. l.) inter res a. 804/52 et naumachiam et convivium memorat. Quare Nipp.-Andr. (ad l.), 'cum certum sit inter proelium navale et convivium aliquod spatium interiectum fuisse, ut specus altius effoderentur, naumachiam a. 804/51 editam esse, opus a. demum 805/52 perfectum itaque a. 794/41 coeptum fuisse autumant. Sed cum Dio (60, 11, 5) diserte tradat opus a. 795/42 fieri coeptum esse nihil obstare credo quominus naumachiam a. 805/52 editam opusque a. 806/53 perfectum esse putemus.

[p. 90] *continuis.* mira locutio, quam non cum Ernestio explicaverim: „numerus operarum idem per totos undecim annos fuit, suffectis semper novis in mortuorum vel aegrotorum locos," sed potius cum Wolfio et Baumgarten—Crusio: „homines una et continua serie collocati erant, totusque operis perficiendi tractus impletus erat hominibus sine intermissione operantibus."

Portum Ostiae. qualis ante novum portum exstructum ostium Tiberis fuerit tradit praeter Plut. Caes. 58 et Dionem (60, 11, 2) Strabo V p. 231: *τὰ Ὤστια πόλις ἀλίμενος διὰ τὴν πρόσχωσιν ἣν ὁ Τίβερις παρασκευάζει πληρούμενος ἐκ πολλῶν ποταμῶν. παρακινδύνως μὲν οὖν ὁρμίζονται μετέωρα ἐν τῷ σάλῳ τὰ ναυκλήρια, τό μέντοι λυσιτελὲς νικᾷ. καὶ γὰρ ἡ τῶν ὑπηρετικῶν σκαφῶν εὐπορία τῶν ἐκδεχομένων τὰ φορτία καὶ ἀντιφορτιζόντων ταχὺν ποιεῖ τὸν ἀπόπλουν πρὶν ἢ τοῦ ποταμοῦ ἅψασθαι. καὶ μέρους ἀποκουφισθέντος εἰσπλεῖ καὶ ἀνάγεται μεχρὶ τῆς Ῥώμης,* quae non evertuntur iis quae Dionysius tradit Ant. Rom. III 44: *ὃ δὲ μάλιστα θαυμάσειεν ἄν τις οὐκ ἀποκλείεται (ὁ Τίβερις), τοῦ στόματος ὑπὸ τῆς θαλαττίας θινὸς ἐμφραττομένου,* cf. Dessau C. I. L. XIV p. 3 A 8. Claudius primus (non Augustus, nam scholia ad Hor. A. P. 65: *apud Ostiam civitatem Augustus mare irrumpens interclusit et aggere terrae*

C. 20. mole obiecta; quam quo stabilius fundaret, navem ante demersit, qua magnus obeliscus ex Aegypto fuerat advectus, congestisque

Plin. H. N. 36, 70. divus Claudius aliquot per annos asservatam (navem) qua C. Caesar importaverat (obeliscum) omnibus quae umquam in mari visa sunt mirabiliorem, in ipsa turribus Puteolis e pulvere exaedificatis, perductam Ostiam portus gratia mersit.

Plin. H. N. 16, 202. Longitudo (navis) spatium obtinuit magna ex parte Ostiensis portus latere laevo, ibi namque demersa est Claudio principe cum tribus molibus turrium altitudine in ea exaedificatis ob id ex Puteolano pulvere advectisque.

---

et lapidibus obstruxit portumque ibi fecit ad probandum nihil valere recte iudicavit Dessau l. l. p. 6) portum, vetere navium statione relicta, exstruere coepit a. 795/42 (Dio l. l.), ibi fere, quo nunc ducit bracchium septentrionale Tiberis (Fiumicino). Ibi ut Dio l. l. accurate tradit prope mare magnus lacus effossus est cuius ambitum crepidine lapideo firmavit; mari in hunc lacum recepto portum cum Tiberi per fossas coniunxit a. 799/46, ut simul urbem inundationibus liberaret, cf. C. I. L. XIV 85 = Dess. n. 207: *Ti. Claudius Drusi f. Caesar Aug. Germanicus pontif. max. trib. potest. VI cos. design. IIII imp. XII p. p. fossis ductis a Tiberi operis portu[s] caussa emissisque in mare urbem inundationis periculo liberavit.* Opus a Claudio perfectum esse videtur, nam soli Claudio huius operis honorem tribuunt scriptores, sed dedicatum demum a Nerone, nam recte Dessau l. l. p. 6 dicit vix alio modo fieri potuisse ut in Neronis demum nummis (Eckhel D. N. VI 276. Cohen, Néron 91—98. 215—218 nota S. C. inscriptis) novus portus celebraretur et veri auctoris proprio nomine celato portus Augusti appellaretur.

[p. 91] *dextra sinistraque bracchia. bracchia* sunt χώματα Dionis, aggeres vel moles in mare proiecti ad muniendum portum. Cf. quoque Juv. XII 76 sq.: *porrectaque bracchia rursum. Quae pelago occurrunt medio longeque relinquunt Italiam.* De spatio, quod bracchia amplexa sunt, cf. Texier C. R. de l'Acad. des Inscr. 1857 p. 100.

mole obiecta. moles est νῆσος apud Dionem. Ex Plinio H N. 16, 202, qui navem latere laevo demersam esse tradit, colligo molem propius sinistro quam dextro bracchio aedificatam esse, portumque septentrionem versus aperturam habuisse.

demersit. cf. Plin. H. N. 16, 202. 36, 70.

qua—obeliscus advectus. cf. Plin. H. N. 36, 70 et 16, 201: *in nave quae ex Aegypto Gaii principis iussu obeliscum in Vaticano circo statutum, quattuorque truncos lapidis eiusdem ad sustinendum eum adduxit, qua nave nihil admirabilius visum in mari certum est. CXX modium lentis pro saburra ei fuere.* 36, 74: *Tertius (obeliscus) est Romae in Vaticano Gaii et Neronis principum circo — ex omnibus unus omnino fractus in molitione.* Obeliscus de quo hoc loco sermo est hodie stat in platea S. Petri, inscriptionemque eius habes C. I. L. VI 882 = Dess. n. 115. Navis haec eadem fuit qua Claudius e Britannia triumphans ostium Padi intraverat (cf. c. 17), unde simul patet insulam a. 797/44 nondum exstrui coeptam esse.

congestisque pilis. pilae sunt, opinor, tres moles turrium altitudine, quas Plinius (H. N. 36, 70) Puteolis in illa nave aedificatas esse tradit Ostiamque advectas esse. Aedificatae erant ex pul-

pilis superposuit altissimam turrem in exemplum Alexandrini Phari, ut ad nocturnos ignes cursum navigia dirigerent. C. 20.

XXI. Congiaria populo saepius distribuit. Spectacula quoque complura et magnifica edidit, non usitata modo ac solitis locis, sed et commenticia et ex antiquitate repetita, et ubi praeterea nemo ante eum. Ludos dedicationis Pompeiani theatri, quod ambustum restituerat, e tribunali posito in or-

Dio 60, 6, 8. ἀπέδωκε — τῷ — Πομπηίῳ τὴν τοῦ θεάτρου μνήμην· καὶ αὐτῷ καὶ τὸ τοῦ Τιβερίου ὄνομα ἐν τῇ σκηνῇ προσθεὶς ἔγραψεν, ἐπειδὴ καυθεῖσαν αὐτὴν ἀνῳκοδομήκει. τὸ γὰρ ἑαυτοῦ ἐκείνῃ μέν, οὐχ ὅτι κατεσκεύασεν ἀλλ' ὅτι (καὶ del. Reiske) καθιέρωσεν αὐτήν, ἄλλῳ δὲ οὐδενὶ ἐνεκόλαψεν. οὐ μὴν οὐδὲ τῇ στολῇ τῇ ἐπινικίῳ παρὰ πᾶσαν τὴν πανήγυριν, καίτοι ψηφισθέν, ἐχρήσατο, ἀλλ' ἔθυσεν ἐν αὐτῇ μόνον, τὰ δὲ ἄλλα ἐν τῷ περιπορφύρῳ ἱματίῳ διῴκησεν.

---

vere Puteolano de quo cf. Plin. H. N. 35, 166: *quis enim satis miratur pessimam eius (terrae) partem ideoque pulverem appellatum in Puteolanis collibus opponi maris fluctibus, mersumque protinus fieri lapidem unum inexpugnabilem undis et fortiorem cotidie, utique si Cumano misceatur caemento.* Cf. quoque Seneca Q. N. III 20, 3. Vitr. II 6, 1. Sidon. Apoll. Paneg. II 59.

altissimam turrim in exemplum— Phari. cf. Plin. H. N. 36, 83: *Magnificatur et alia turris — in insula Pharo portum obtinente Alexandriae — usus eius nocturno navium cursu ignes ostendere ad praenuntianda vada portusque introitum, quales iam compluribus locis flagrant, sicut Ostiae ac Ravennae.* Juv. XII 76: *Tyrrhenamque Pharon.* Insula cum Pharo delineata est in tabula Peutingeriana.

Alexandrini. praeter hunc locum etiam Val. Flacc. VII 85: *clarus pharos* pharus generis masculini est. Recte tamen Rothius omnium codicum lectionem retinuit (priores fere editores *Alexandrinae* legendum censuerunt), nam fieri potest ut Suetonius memor fuerit Graecorum, qui (cf. Strabo p. 140. 792. 794) ubi de turri sermo est ὁ Φάρος dicunt, neque iam *turris* mente suppleverit.

populo i. e. plebi frumentariae.

saepius. auctores nos de duobus tantum congiariis certiores faciunt, altero dato a. 798/45, cf. Dio 60, 25, 7: τότε δὲ τήν τε πανήγυριν τὴν εὐκταίαν, ἣν τῆς στρατείας αὐτοῦ ἕνεκα προὐπέσχητο, διέθηκε καὶ τῷ δήμῳ τῷ σιτοδοτουμένῳ πέντε μὲν καὶ ἑβδομήκοντα δραχμὰς ἅπασι διέδωκεν, ἔστι δ' οἷς καὶ πλέον, ὥστε καὶ ἐς τριακοσίας καὶ δώδεκα καὶ ἡμίσειάν τισι γενέσθαι, altero dato a. 804/51 ob Neronis deductionem in forum, cf. Tac. Ann. XII 41: *Ti. Claudio V Servio Cornelio consulibus virilis toga Neroni maturata. — Additum nomine eius donativum militi, congiarium plebi.* Suet. Ner. 7: *Deductus in forum tiro populo congiarium, militi donativum proposuit.* Congiarium ob togam virilem sumptam datum solebat esse sexaginta denariorum, cf. Dio 59, 2, 2: τὰς ἑξήκοντα κατ' ἄνδρα δραχμάς, ἃς ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ ἐς τοὺς ἐφήβους ἐσγραφῇ οὐκ εἰλήφεσαν.

ludos dedicationis. a. 794/41 habitos, cf. Dio 60, 6, 8.

Pompeiani theatri. in campo Martio a. 699/55 a Pompeio dedicati (Dio 39, 38, 1. Asconius in Pis. 1. Plin. H. N. 8, 20).

ambustum restituerat. theatrum Pompeii a. 775/22 igni ambustum erat

C. 21. chestra commisit, cum prius apud superiores aedes supplicasset, perque mediam caveam, sedentibus ac silentibus cunctis, descendisset. Fecit et Saeculares, quasi anticipatos ab Augusto nec legitimo tempori reservatos, quamvis ipse in

Tac. Ann. XI 11. Isdem consulibus ludi saeculares octingentesimo post Romam conditam, quarto et sexagesimo, quam Augustus ediderat, spectati sunt. Utriusque principis rationes praetermitto, satis narratas libris, quibus res imperatoris Domitiani composui.

Plin. H. N. 8, 160. Claudii Caesaris saecularium ludorum.

Plin. H. N. 7, 159. utrisque saecularibus ludis — et divi Augusti et quos Claudius Caesar consulatu suo quarto fecit, quando LXIII non amplius anni interfuere.

Censorinus (ed. Cholodniak) 17, 11. Sextos (ludos) autem fecit Ti. Claudius Caesar se IIII et L. Vitellio III cos. anno DCCC.

Zosimus Hist. Nov. (ed. Mendelsohn) II 4, 3. *μετὰ δὲ τὸν Σεβαστὸν Κλαύδιος ἤγαγεν τὴν ἑορτήν, οὐ φυλάξας τὸν τῶν ὡρισμένων ἐτῶν ἀριθμόν.*

Victor Caes. IV 14. Huius anno sexto cum quattuordecim regnavit, octingentesimus urbis mire celebratus.

Suet. Vit. 2. Cum saeculares ludos edenti (Claudio) gratularetur.

Suet. Dom. 4. Fecit et saeculares computata ratione temporum non quo Claudius proxime, sed quo olim Augustus ediderat.

(scaena enim sola combusta erat, cum alia omnia e lapide facta essent), promiseratque Tiberius se denuo id restiturum esse (Tac. Ann. III 75). Num tamen opus perfecerit incertum. Perfecit secundum Tacitum Ann. VI 45: *duo opera struxit, templum Augusto et scaenam Pompeiani theatri; eaque perfecta, contemptu ambitionis an per senectutem haud dedicavit.* Velleium II 130: *Cn. quoque Pompeii munera absumpta igni restituit* et Dionem 60, 6, 8: *ἐπειδὴ καυθεῖσαν αὐτὴν ἀνῳκοδομήκει (Τιβέριος).* Non perfecit secundum Suet. Tib. 47: *Augusti templum restitutionemque Pompeiani theatri imperfecta post tot annos reliquit.* Gai. 21: *opera sub Tiberio semiperfecta, templum Augusti theatrumque Pompeii absolvit.* Mihi opus a Tiberio non perfectum fuisse Suetoniusque hoc recte tradidisse videtur, qui tamen nostro loco neglegentiae arguendus est, cum ipse (Gai. 21) Gaium opus absolvisse scripserit. Claudium tantum theatrum dedicavisse et, ut Dio tradit, inscriptionem cum nominibus Pompeii, Tiberii et sui in scaena insculpendam curavisse putarim.

tribunali—in orchestra. editores sedere solebant in tribunali in dextra parte scaenae, cf. Joseph. Ant. Iud. XIX 1, 13, 91 (agitur de ludis Palatinis, quos princeps edebat): *δεξιὸν δὲ τοῦ θεάτρου κέρας ὁ Καῖσαρ εἶχε,* Marq. StV. III² 536 A 2. A qua consuetudine Claudius recessit.

superiores aedes. Pompeius super caveam theatri templum exstruxerat, cf. Gellium 10, 1, 7: *cum Pompeius aedem Victoriae dedicaturus foret, cuius gradus vice theatri essent* Tertullian. de Spect. 10: *Et Pompeius Magnus, theatro*

historiis suis prodat, intermissos eos Augustum multo post, diligentissime annorum ratione subducta, in ordinem redegisse. C. 21.

---

suo solo minor, cum illam arcem omnium turpitudinum exstruxisset, veritus quandoque memoriae suae censoriam animadversionem Veneris aedem superposuit et ad dedicationem edicto populum vocans, non theatrum, sed Veneris templum nuncupavit, cui subiecimus, inquit, gradus spectaculorum.

Gellius et Tertullianus de uno eodemque templo loquuntur, Veneris Victricis; ita enim nomen fuisse patet ex Plinio H. N. 8, 20. Kal. Amit. Pr. id. Aug. (C. I. L. I² p. 244): de Venere Victrice i. e. Victoria cf. Preller-Jordan, Röm. Myth. I p. 442. A 2.

Ex plurali *aedes* complures aedes ibi fuisse patet, cumque in Kal. Amit. (C. I. L. l. l.) pr. id. Aug. adnotatum videamus: *Veneri Victrici Hon(ori) Virt(uti) Felicitati in theatro marmoreo*, cf. Fastos Allifanos C. I. L. I² 1 p. 217: *V(eneri) V(ictrici) H(onori) V(irtuti) V(....) Felicita[ti in theatro Pompeii]* certa est suspicio a Pompeio iuxta templum Veneris Victricis minores aediculas aedificatas fuisse Claudiumque apud eas quoque supplicavisse.

[p. 94] *Fecit*. a. 800/47 (falso Victor Caes. IV 14: *sexto anno*) pro collegio XV virum s. f. (quorum princeps erat, cf. Mommsen StR. II³ 1102 = II² 1048), ut videtur, cum magister collegii esset, cf. Mon. Ancyr. 4, 36: *[Pr]o collegio XV virorum magis[ter conl]e[gi]i colleg[a] M. Ag[ri]ppa lud[os s]aecl[are]s C. Furnio C. [S]ilano cos. [feci]*, quamquam collegium etiam collegae non magistro editionem mandare poterat, ut exemplum docet Agrippae, cf. Mommsen R. G. d. Aug.² p. 93. Ad ludos saeculares a Claudio factos spectare videtur fragmentum a Mommseno Eph. Ep. VIII p. 302 sic editum: *isdem consulib]us — permittimus .... ribus Ti. Claud[ius Caesar Germanicus?] .... Mane cum XV [viris s. f. .... Io]vi O. M. et Iun[oni .... i]mmolav[it ....] sus et l[....] Q. i. e. e.* Cf. praeterea C. I. L. X 1401 (post medium annum 797/44): *Conveniretq[ue] felicitati saeculi instantis.*

in historiis. sc. a pace civili, cf. c. 41. Ex hoc loco patet Claudium dumtaxat usque ad annum 737/17 res gestas Romanorum scripsisse.

Augustum—in ordinem redegisse. Augustus admittens rationem palingenesiae post CCCCXL annos (de qua cf. Marq. StV. III² p. 388 A 5) et saeculum annorum CX, secutusque oraculum Sibyllae (cf. Phlegon fr. 29 Muell. Zos. Hist. Nov. 2, 6) vs. 1 sq. *ἀλλ' ὁπόταν μήκιστος ἴκῃ χρόνος ἀνθρώποισιν Ζωῆς, εἰς ἐτέων ἑκατὸν δέκα κύκλον ὁδεύσας Μεμνῆσθαι, Ῥωμαῖε, κ. τ. λ.* (cf. Horat C. S. 21 sq.) computavit ab anno 628/26, quo anno ludos habitos esse iam ante eum fictum erat vel eius in re sacra adiutores finxerant (Mommsen Eph. Epigr. VIII p. 236 A 1).

Claudius autem secundum Mommsenum l. l. p. 238 initium computandi fecit ab urbe condita. Qua in re summo viro assentiendum mihi non videtur. Claudium enim saeculum C. annorum admisisse vix crediderim. Primum enim vituperatio Suetonii multo iustior est si Claudium rationes Augusti secutum initium computandi ab alio anno fecisse, quam si plane eum contrariam rationem iniisse putamus (ipse Mommsenus l. l. A 2 concedit Claudium utrumque facere potuisse, et rationem palingenesiae illius admittere et magis probare saeculum pendens ab origine urbis). Deinde Censorinum aliosque auctores ludos saeculares Claudii, si is tantum annum urbis octingentesimum celebravisset, omisuros fuisse putaverim, ut omiserunt ludos a. 900/147 ab Antonino Pio editos, quorum solus Victor Caes. XV 4 mentionem facit. Neque me movet quod in commentario ludorum saecularium a Septimio Severo habitorum hi ludi *septimi* appellantur cf. lin. 1: *[comme]ntarium [ludorum saecu]lar[iu]m [se]ptim[orum]*. Domitianum enim, rationem Augusti

C. 21. Quare vox praeconis irrisa est, invitantis more sollemni ad ludos, quos nec spectasset quisquam nec spectaturus esset, cum superessent adhuc qui spectaverant, et quidam histrionum producti olim tunc quoque producerentur. Circenses frequenter etiam in Vaticano commisit, nonnumquam interiecta per quinos

---

secutum, suos, ut Claudium, ludos sextos appellavisse verisimile duco. Equidem Ottonem Hirschfeld (Wiener Studien III (1881) p. 102) secutus puto Claudium rationem Augusti amplexum esse sed aliud initium computandi ita elegisse, ut novum saeculum inciperet ab anno octingentesimo urbis (sic quoque egregie explicantur verba Victoris Caes. IV 14: *octingentesimus* — *mire celebratur*, quae ad Mommseni opinionem probandam nihil valent); nempe initium fecisse ab anno 250/504, quo anno secundum Plutarchum P. Valerius Publicola primus ludos fecisset, cf. Plut. Popl. 21: *καί τις ἅμα δεισιδαιμονία τῆς πόλεως ἥψατο · πᾶσαι γὰρ αἱ κυοῦσαι τότε γυναῖκες ἐξέβαλον ἀνάπηρα καὶ τέλος οὐδεμία γένεσις ἔσχεν, ὅθεν ἐκ τῶν Σιβυλλείων ὁ Ποπλικόλας ἱλασάμενος τῷ Ἅιδῃ καί τινας ἀγῶνας πυθοχρήστους ἀναλαβὼν καὶ ταῖς ἐλπίσι πρὸς τὸ θεῖον ἡδίονα καταστήσας τὴν πόλιν κ. τ. λ.*

praeconis. praeconis illius imago reperitur in nummis Augusti (Cohen[2] Aug. n. 112. 188) et Domitiani (Cohen[2] Domit. n. 75. 76, cf. Eph. Epigr. VIII p. 246 A 1, p. 314.

more sollemni. cf. Zosim. Hist. Nov. II 5: *τοιοῦτος δέ τις ὁ τρόπος ἀναγέγραπται τῆς ἑορτῆς, περιιόντες οἱ κήρυκες εἰς τὴν ἑορτὴν συνιέναι πάντας ἐκέλευον ἐπὶ θέαν ἣν οὔτε πρότερον εἶδον, οὔτε μετὰ ταῦτα θεάσονται.* C. I. L. VI 877: [*ludi ante reliquos omnes con*]*stituti neque ultra quam semel ulli mor*[*talium spectandi*]. Comment. lud. saec. Aug. lin. 55 sq. (Eph. Epigr. VIII p. 229): *ut quoniam ludi iei*] *religio*[*nis*] *causa sun*[*t in*]*stituti neque ultra quam semel ulli mor*[*talium eos spectare licet* —].

histrionum cf. Plin. H. N. 7, 159: *Minus miror Stephanionem, qui primus togatus saltare instituit, utrisque saecularibus ludis saltavisse et divi Augusti et quos Claudius Caesar — fecit, quando LXIII non amplius anni interfuere, quamquam et postea diu vixit.* Ipsorum ludiorum die primo et tertio, nocteque prima et tertia ludi scaenici dabantur (cf. Comment. lud. saec. Aug. lin. 100 sq. 108 sq. 153 sq.) et post ludos per septem dies (cf. ibid. lin. 156—158: *ludos quos honorarios dierum VII adiecimus ludis sollemnibus committemus nonis Iun. Latinos in theatro ligneo quod est ad Tiberim h*(*ora*) *II Graecos thymelicos in theatro Pompei h. III Graecos asti*[*cos in*] *thea*[*tro quod est*] *in circo Flaminio h. I*, cf. lin. 161).

etiam in Vaticano. secundum Plinium Claudius ibi venationem dedisse videtur, cf. H. N. 8, 37: *bovae in tantam amplitudinem exeuntes ut divo Claudio principe occisae in Vaticano solidus in alvo spectatus sit infans.* In Vaticano Gaius circum exstruxerat ibi, ubi nunc est Basilica S. Petri (Gilbert Topogr. III 450 A 1, Röm. Mitth. VII (1892) p. 330). Cf. Dio 59, 14, 6: *ὥστε καὶ νῦν ἔτι Γαιανὸν ἐπ᾽ αὐτοῦ τὸ χώριον ἐν ᾧ τὰ ἅρματα ἤσκει καλεῖσθαι.* Plin. H. N. 16, 201. 36, 74.

per quinos missus. quaternae simul quadrigae septies spatium circi percurrebant, quod missus *(ἆθλον)* appellabatur. Numerus missuum ante Gaium decem fuit, cf. Dio 59, 7, 2: *ἵπποι δύο ἡμέραις ἠγωνίσαντο, τῇ μὲν προτέρᾳ εἰκοσάκις, τῇ δ᾽ ὑστέρᾳ καὶ τετράκις* (numerus corruptus est, aut cum v. cl. Boissevain (De re militari provinciarum Hispaniarum aetate imperatoria Diss. 1879 Thes. XXVII) et Madvigio Adv. Crit. III p. 83 legendum est *τετταρακοντάκις*, aut cum Reimar inserendum <*καὶ εἰκοσάκις*>) *διὰ τὸ τὰ*

missus venatione. Circo vero maximo marmoreis carceribus auratisque metis, quae utraque et tofina ac lignea antea fuerant, exculto, propria senatoribus constituit loca promiscue spectare solitis; ac super quadrigarum certamina Troiae C. 21.

Dio 60, 7, 3. καὶ ἑώρων μέν που πρότερον ἐν αὐτῷ (τῷ ἱπποδρόμῳ) ἰδίᾳ καὶ κατὰ σφᾶς ὡς ἕκαστοι, τό τε βουλεῦον καὶ τὸ ἱππεῦον καὶ ὁ ὅμιλος, ἀφ' οὗπερ τοῦτ' ἐνομίσθη, οὐ μέντοι καὶ τεταγμένα σφίσι χωρία ἀπεδέδεικτο· ἀλλὰ τότε ὁ Κλαύδιος τήν τε ἕδραν τὴν νῦν οὖσαν τοῖς βουλευταῖς ἀπέκρινε, καὶ προσέτι τοῖς ἐθέλουσί σφων ἑτέρωθί που καὶ ἔν γε ἰδιωτικῇ ἐσθῆτι θεάσασθαι ἐπέτρεψε.

γενέθλια αὐτοῦ τὴν ἡμέραν ἐκείνην εἶναι· — (3) πρότερον γὰρ οὐ πλείω τῶν δέκα (hoc, non δώδεκα, quod Friedländer apud Marq. StV. III² p. 515 A 2 iam suspectum fuit, praebet, ut me docuit v. cl. Boissevain, cod. Venetus) ἐτίθετο. Cf. Dio 60, 23, 5 οὐ μέντοι καὶ πλείους τῶν δέκα ἐγένοντο. (de Servii loco ad Verg. Georg. III 18: *quia, ut Varro dicit in libris de rebus populi Romani, olim XXV missus fiebant* cf. Friedländer l. l.). Aetate Claudii numerus XXIV fuisse videtur, cf. Dio 60, 27, 2: τετράκις γὰρ καὶ εἰκοσάκις ὡς πλήθει ἡμιλλῶντο, certe ubi numerus minor est (a. 794/41 duodecim, cf. Dio 60, 7, 3, a. 797/44 decem, cf. Dio 60, 23, 5) venatio adiecta est, et noster quoque locus docet nonnumquam plus quam decem missus datos esse. Cf. praeterea Friedländer l. l.

venatione. cf. Dio 60, 7, 3. 23, 5: τῶν δὲ δὴ ἵππων ἐπήγγειλε μὲν ἁμίλλας ὅσας ἂν ἡμέρᾳ ἐνδέξηται, οὐ μέντοι καὶ πλείους τῶν δέκα ἐγένοντο· ἄρκτοι τε γὰρ μεταξὺ τοῦ δρόμου αὐτῶν ἐσφάγησαν καὶ ἀθληταὶ ἠγωνίσαντο, πυρρίχην τε Ἀσιανοὶ παῖδες μετάπεμπτοι ὠρχήσαντο.

et—ac. Madvig. ad Cic. de Fin. Bon. p. 288 *et* delere voluit, quod Rothius tamen recte retinuit, defenditur enim, quamquam raro repertum his locis, quos Kühner Gr. L. II 652 affert: Cic. N. D. I 19, 50: *summa vero vis infinitatis et magna ac diligenti contemplatione dignissima est.* Quintil. XII 10, 64: *vim orationis nivibus hibernis et* (del. Hand, Turs. II 529) *copia verborum atque impetu parem.* Tac. Dial. 14: *me vero, inquit, et* (del. Halm) *sermo ipse infinita voluptate affecisset, atque id ipsum delectat.* Lactant. 5, 9, 22: *videant et se ac suos ea, quae diximus gerere.* Diomed. gramm. p. 463: *ut — pereat omnium rerum atque verborum et dignitas atque potestas.*

tofina. vocabulum nisi hoc loco non occurrit. Tofo (hodie tufo) Romae reperto antiquissimis temporibus solo utebantur. Carceres a. 424/330 primum instituti erant (Liv. 8, 20), a. 580/174, ut videtur, mutati (Liv. 41, 27), cf. Gilbert Topogr. III p. 316 A 1.

propria senatoribus. equitibus a Nerone demum certa loca tributa sunt, cf. Ner. 11. Plin. H. N. 8, 21. Tac. Ann. XV 32.

promiscue spectare solitis. haec tria verba non recte a Suetonio addita esse videntur, nam senatores iam antea in circo seorsum spectabant, sive hoc a rege Tarquinio Prisco (cf. Liv. I 35, 8: *loca divisa patribus equitibusque, ubi spectacula sibi quisque facerent*), sive recens ab Augusto institutum erat, cf. Dio 55, 22, 4: τὰς ἱπποδρομίας χωρὶς μὲν οἱ βουλευταὶ χωρὶς δὲ οἱ ἱππῆς ἀπὸ τοῦ λοιποῦ πλήθους εἶδον, ὃ καὶ νῦν γίγνεται. A Claudio a. 794/41 (Dio) primum certa ac propria loca acceperunt.

Troiae lusum. haec et sequentia exhibuit a. 794/41 ut Dio quoque docet, qui illo anno Africanas interfectas esse in circo narrat (60, 7, 3). Troiae lusum

C. 21. lusum exhibuit et Africanas, conficiente turma equitum praetorianorum, ducibus tribunis ipsoque praefecto; praeterea Thessalos equites, qui feros tauros per spatia circi agunt insiliuntque defessos et ad terram cornibus detrahunt.

Gladiatoria munera plurifariam ac multiplicia exhibuit: anniversarium in castris praetorianis sine venatione apparatu-

Dio 60, 7, 3. ἐν δὲ τῷ ἱπποδρόμῳ κάμηλοί τε ἅπαξ καὶ ἵπποι δωδεκάκις ἠγωνίσαντο, ἄρκτοι τε τριακόσιαι καὶ Λιβυκὰ θηρία ἴσα αὐταῖς ἐσφάγη.

Dio 60, 13, 1 = Zon. XI 9 p. 463. ἐτίθει μὲν οὖν συνεχῶς μονομαχίας ἀγῶνας· πάνυ γὰρ σφισιν ἔχαιρεν, ὥστε καὶ αἰτίαν ἐπὶ τούτῳ σχεῖν. ἀπώλλυντο δὲ θηρία μὲν ἐλάχιστα ἄνθρωποι δὲ πολλοί, οἱ μὲν ἀλλήλοις μαχόμενοι οἱ δὲ καὶ ὑπ' ἐκείνων ἀναλούμενοι.

Dio 60, 17, 9 (a. 796/43). αὐτὸς μὲν οὖν ὁπλομαχίας ἀγῶνα ἐν τῷ στρατοπέδῳ, χλαμύδα ἐνδύς, ἔθηκε.

---

praeterea a. 800/47 edidit, cf. Tac. Ann. XI, 11. Suet. Ner. 7. De ipso ludo cf. Friedländer apud Marq. StV. III² 525 sqq., F. Rasch, de Ludo Troiae commentatio philologica (Progr.) Jena 1882.

turma equitum praetorianorum. cohortes praetoriae equitatae erant, cf. Marq. StV. II² p. 477. 7. 8.

ipso praefecto. nescio an ex hoc loco colligere liceat, a. 794/41, cum ludi hi editi sunt, Rufrium Pollionem, quem Claudius statim praefectum praetorio fecisset, cf. Joseph. Ant. Iud. XIX 4, 5, 267 *κατ' ἐπιστολὰς Πολλίωνος ὃν μικρῷ πρότερον Κλαύδιος στρατηγὸν ᾕρητο τῶν σωματοφυλάκων* nondum collegam habuisse.

Thessalos equites. cf. Plin. H. N. 8, 182: *Thessalorum gentis inventum est equo iuxta quadripedante cornu intorta cervice tauros necare. primus id spectaculum dedit Romae Caesar dictator.* Dio 61, 9, 1: *ἐν δέ τινι θέᾳ ἄνδρες ταύρους ἀπὸ ἵππων συμπαραθέοντές σφισι κατέστρεφον.* Artemid. Oneir. I 8 p. 15 (Hercher): *ταύροις — ἀγωνίζονται — ἐν Λαρίσσῃ πόλει τῆς Θεσσαλίας οἱ τῶν κατοικούντων εὐγενέστατοι.* Anth. Pal. IX 543: *Θεσσαλίης εὔιππος ὁ ταυρελάτης χορὸς ἀνδρῶν Χερσὶν ἀτευχήτοις θηρσὶν ὁπλιζόμενος, Δενδροτυπεῖ πώλους ζεύξει σκιρτήματι ταύρων, Ἀμφιβαλεῖν σπεύδων πλέγμα μετωπίδιον, Ἀκρότατον δ' ἐς γῆν κλίνας ἅμα κ' εὔροπον ἅμμα, Θηρὸς τὴν τόσσην ἐξεκύλισσε βίαν.*

Ad hos ludos Graece *ταυροκαθάψια* dictos (equites *ταυροκαθάπται* nominati sunt), quos a Caesare dictatore Romam translatos per Romanos ad urbes Asiae pervenisse docet Waddington ad Lebas n. 499, spectat nummus Pheraeus apud Head, Hist. Numm. p. 260, in quo vir tauro incumbens apprehensis cornibus eum prosternere nititur, qui vir quidem pedes est, sed in aversa nummi equus nudus loris fluctuantibus exstat, quasi modo desiluisset rector. Cf. praeter Waddingtonium l. l. Friedländer SG. II⁵ 363. Dittenberger ad C. I. Att. III 114. M. Mayer, Archäol. Jahrb. VII 72 sqq. P. Stengel, Hermes XXX p. 342.

anniversarium. minime necesse est, ut putemus munus datum esse eo die, quo Claudius princeps factus esset (d. 24 m. Jan., cf. ad c. 11 p. 54). Immo, quominus de illo die cogitemus prohibemur verbis c. 11: *diem necis (Gaii) — vetuit inter festos referri.*

que, iustum atque legitimum in Saeptis; ibidem extraordinarium et breve dierumque paucorum, quodque appellare coepit sportulam, quia primum daturus edixerat, velut ad subitam condictamque cenulam invitare se populum. Nec ullo spectaculi genere communior aut remissior erat, adeo ut oblatos victoribus C. 21.

---

iustum ac legitimum. sc. cum venatione et apparatu. Venatio his temporibus fere semper muneri gladiatorio adiuncta erat.

Saeptis. sc. Iuliis. Incohata erant a Caesare dictatore (Cic. ad Att. 4, 16, 8), perfecta demum dedicataque ab Agrippa a. 728/26 (Dio 53, 23, 1). Exstructa sunt ut comitia tributa (fortasse etiam comitia centuriata, cf. Mommsen StR. III 380) in iis haberentur. Aedificium longum pedes MD, latum pedes CC (Huelsen Röm. Mitth. VII (1892) p. 319 sq.) situm erat in campo Martio, ubi hodie quoque vestigia eius supersunt, inter *Palazzo di Venezia* et templum divi Traiani, cf. Iordan Forma Urbis VI 34—36. Huelsen l. l. Aetate imperatoria saepius munera gladiatoria aliive ludi ibi edita sunt, cf. Dio 55, 10. 7. Suet. Aug. 43. Gai. 18. Ner. 12. Dio 59, 10. 5.

appellare coepit. interpretantur „appellavit" vel „primus appellavit". Sed nescio an Lipsii coniectura *appellari coepit sportula* recipienda sit, quae meliorem sensum praebeat.

sportulam. sportula hac aetate est 1⁰ cena populo viritim divisa, ita ut cuique sua in sportula detur (cf. Suet. Gai 18. Dom. 4); 2⁰ pecunia hominibus de plebe data, qua aut ad cenam aut ut cuique liberet uterentur, cf. Marq. Vit. Priv.[2] p. 207 sqq. Hoc loco de cena cogitandum ut verba sequentia docent.

condictam. haud diu praeparatam et qua contenti esse debebant, ut ii, qui amico denuntiant se cum eo cenaturos esse.

communior. de Claudii communitate in universum cf. Dio 60, 12, 1: *ἐς δὲ δὴ τὰ ἄλλα κοινὸς καὶ ἐπιεικὴς πρὸς αὐτοὺς ἦν — καὶ ἑορτάζουσί σφισι συνεγίγνετο.* De comitate eius in muneribus gladiatoribus cf. Dio 60, 13, 5: *ὅτι δὲ δή σφισι κοινῶς τε ἐν τῇ θέᾳ συνῆν καὶ παρεῖχεν ὅσα ἐβούλοντο — σφόδρα ἐπῃνεῖτο.* 60, 31, 7: *καὶ ἐν αὐτῇ (τῇ πανηγύρει* i. e. munere gladiatorio, cf. Tac. Ann. XII 3) *τὸν Κλαύδιον καὶ αἰτῆσαί τινα παρ' αὐτοῦ (Σιλανοῦ) ὥσπερ τινὰ στασιάρχην, καὶ ἐκβοῆσαι πάνθ' ὅσα τοὺς ἄλλους βουλομένους ἑώρα.*

oblatos victori aureos. Mommsen Eph. Epigr. VII p. 413 dubitanter hunc locum contulit ad aes Italicense (Eph. Ep. l. l. p. 384 sq. = C. I. L. II Suppl. 6278) ubi legitur l. 45: *Item censeo de exceptis ita opservandum ut praecipuum mercedis gladiator sibi quisqu*[*is*] *paciscatur eius pecuniae — quartam portionem liber, ser*[*v*]*us autem quintam accipiat*, e quo loco patet, ut idem l. l. docuit, victoribus exeunte saeculo secundo p. Chr. certam partem eius pecuniae datam esse, de qua lanista cum muneris editore pactus esset. Dubito tamen num Mommseni sententia, nostro quoque loco de tali parte mercedis agi putantis, amplectanda nobis sit. Incertum enim est, utrum illa constitutio de mercedis parte gladiatoribus danda aetate Claudii iam data esset necne, quae etiam si hac aetate exstaret, in illa tantum munera quadraret, quae princeps non edidisset. Quotiens enim princeps editor est, suis gladiatoribus uti solet, ita ut de mercede iis data sermo esse non possit. Itaque malo cogitare de donis ab editoribus (sive Claudius ipse, sive alius fuit) victoribus gladiatoribus datis, qualia constat data esse histrionibus (Juv. VII 243. Vita M. Antonini 11) et athletis (Plin. Ep. X 119), postulata etiam a populo (cf. Juv. l. l.: *accipe victori populus quod postulat: aurum*), praesertim cum de gladiatoribus disertum testi-

C. 21. aureos prolata sinistra pariter cum vulgo voce digitisque numeraret, ac saepe hortando rogandoque ad hilaritatem homines provocaret, dominos identidem appellans, immixtis interdum frigidis et arcessitis iocis; qualis est ut cum Palumbum postulantibus daturum se promisit, si captus esset. Illud plane quantumvis salubriter et in tempore: cum essedario, pro quo quattuor filii deprecabantur, magno omnium favore indulsisset rudem, tabulam ilico misit admonens populum, quanto opere liberos suscipere deberet, quos videret et gladiatori praesidio gratiaeque esse. Edidit et in Martio campo expugnationem direptionemque oppidi ad imaginem bellicam et deditionem Britanniae regum, praeseditque paludatus. Quin et emissurus

---

monium exstet apud Martial. lib. Spect. 29, 6: *quod licuit, lances donaque saepe dedit (Caesar).*

prolata sinistra—voce digitisque numerabat. vituperatur Claudius, quod ut vulgus facere solebat, digitis et voce numerabat. *voce*, nam simul numerum memoria notabant. Sinistrae autem manus digitis usque ad centum computabant (et inde a decem milibus usque ad centum milia), cf. Beda, de computo vel loquela digitorum (ed. Sittl, Gebärden p. 256 sqq.) c. 3. 4. 6. Macrob. I 9, 10 (cf. Plin. H. N. 34, 33): *simulacrum eius (Iani) plerumque fingitur dextra CCC et sinistra LXV numerum tenens.*

dominos identidem appellans. hac aetate consuetudo erat, ut cuius nominis obliti essent, dominum appellarent, cf. Senec. ep. 3, 1: *Itaque sic priore illo verbo quasi publico usus es et sic illum amicum vocasti, quomodo omnes candidatos bonos viros dicimus, quomodo obvios, si nomen non succurrat, dominos salutamus.* Mart. V 57: *Cum voco te dominum, noli tibi, Cinna, placere: Saepe etiam servum sic resaluto tuum.* Friedländer SG. I[5] 400.

arcessitis. longe petitis et ad rem non pertinentibus, cf. Petron. 37: *longe arcessere fabulas coepi.*

qualis est ut. „nisi additicia sunt voc. *qualis est*, quibus explicatum puto sequens *ut*, incuriosior h. l. fuit scriptoris stilus" Baumgarten-Crusius.

Palumbus. ludit Claudius eo, quod *Palumbus* et nomen gladiatoris erat (ut C. I. L. III 5411. 5835 a), et nomen speciei columbarum.

plane. accipio significatione concessiva, quam habet Tac. Ann. III 34: *Bella plane accinctis obeunda.* XIII 6: *Daturum plane documentum.* 50: *Temperandas plane publicanorum cupidines.* Cic ad Fam. VI 21, 1: *ego, quem — timidum esse dicebant — eram plane; timebam enim, ne evenirent*, cf. Dräger Synt. u. Stil des Tac. p. 9.

rudem. gladiatores, quibus ob aetatem numerumve victoriarum vel etiam favore populi editorisve necessitas in arenam prodeundi remitteretur, rude donari notum est.

tabulam. ut Claudius facere solebat, cf. Dio 60, 13, 5: *ὅτι — καὶ κήρυξι μὲν ἐλάχιστα ἔχρητο, τὰ δὲ δὴ πλείω ἐς σανίδας γράφων διεδήλου, σφόδρα ἐπηνεῖτο*, quod saepius factum esse videtur, cf. Gell. V 14, 29: *haec Apion dixisse Androclum tradit, eaque omnia scripta circumlataque tabula populo declarata.*

misit i. e. circummisit.

liberos suscipere. ut privilegia legis Papiae Poppaeae adipiscerentur.

expugnationem — oppidi — deditionem —

Fucinum lacum naumachiam ante commisit. Sed cum proclamantibus naumachiariis: *Ave imperator, morituri te salutant!* C. 21.

Tac. Ann. XII 56. Sub idem tempus inter lacum Fucinum amnemque Lirim perrupto monte, quo magnificentia operis a pluribus viseretur, lacu in ipso navale proelium adornatur, ut quondam Augustus structo trans Tiberim stagno, sed levibus navigiis et minore copia ediderat. Claudius triremes quadriremesque et undeviginti hominum milia armavit, cincto ratibus ambitu, ne vaga effugia forent, ac tamen spatium amplexus ad vim remigii, gubernantium artes, impetus navium et proelio solita. In ratibus praetoriarum cohortium manipuli turmaeque adstiterant, antepositis propugnaculis, ex quis catapultae ballistaeque tenderentur. Reliqua lacus classiarii tectis navibus obtinebant. — Ipse insigni paludamento neque procul Agrippina chlamyde aurata praesedere. Pugnatum, quamquam inter sontes, fortium virorum animo; ac post multum vulnerum occidioni exempti sunt.

Dio 60, 33, 3. *ἔν τινι δὲ λίμνῃ ναυμαχίαν ὁ Κλαύδιος ἐπεθύμησε ποιῆσαι, τεῖχός τε περὶ αὐτὴν ξύλινον κατεσκεύασε καὶ ἰκρία ἔπηξε, πλῆθός τε ἀναρίθμητον ἤθροισε. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι ὥς που καὶ ἔδοξεν αὐτοῖς, ὁ δὲ δὴ Κλαύδιος ὅ τε Νέρων στρατιωτικῶς ἐστάλησαν, ἥ τε Ἀγριππῖνα χλαμύδι διαχρύσῳ ἐκοσμήθη. οἱ δὲ δὴ ναυμαχήσοντες θανάτῳ τε καταδεδικασμένοι ἦσαν καὶ πεντήκοντα ναῦς ἑκάτεροι εἶχον, οἱ μὲν Ῥόδιοι οἱ δὲ Σικελοὶ ὀνομασθέντες. καὶ τὸ μὲν πρῶτον συστραφέντες καὶ καθ' ἓν γενόμενοι Κλαύδιον ἅμα προσηγόρευσαν οὕτω" χαῖρε, αὐτοκράτορ· οἱ ἀπολούμενοί σε ἀσπαζόμεθα." ἐπεὶ δὲ οὐδὲν σωτήριον εὕροντο, ἀλλὰ ναυμαχεῖν καὶ ὣς ἐκελεύσθησαν, διέκπλοις τε ἀπλοῖς ἐχρήσαντο καὶ ἥκιστα ἀλλήλων ἥψαντο, μέχρις οὗ καὶ ἀνάγκῃ κατεκόπησαν.*

Plin. H. N. 33, 63. Agrippinam Claudii principis, edente eo navalis proelii spectaculum — indutam paludamento.

Mart. Spect. 28, 11. Fucinus et diri taceantur stagna Neronis.

---

regum. aut ludis triumphalibus a. 797/44 editis (Dio 60, 23, 4), aut ludis ante expeditionem Britanniae votis annoque 798/45 habitis (Dio 60, 25, 7).

praeseditque paludatus. princeps paludamento tantum utitur ubi ludus ad res militares spectat (Mommsen StR. I[3] 430 A 1 = I[2] 415). Sic Claudius paludatus praesedit muneri gladiatorio in castris praetoriis dato (Dio 60, 17, 9) et naumachiae in lacu Fucino.

emissurus Fucinum. a. 805/52, cf. ad c. 20 p. 91.

naumachiarii. substantivum hoc tantum loco, adiectivum legitur apud Plin. H. N. 16, 190. 200. Secundum Tacitum et Dionem (cf. testimonia) morte damnati fuerunt, numero undeviginti milium (Tac.)

Ave—salutant. ex his verbis collegit Friedländer apud Marq. StV. III[2] p. 561 A 9 gladiatores, cum in pompa gladiatoria editorem salutarent eadem hac acclamatione usos esse. Recte, ut videtur, verba enim Dionis l. l. *τὸ πρῶτον συστραφέντες καὶ καθ' ἓν γενόμενοι* imi-

C. 21. respondisset: *aut non* neque post hanc vocem quasi venia data quisquam dimicare vellet, diu cunctatus an omnis igni ferroque absumeret, tandem e sede sua prosiluit ac per ambitum lacus non sine foeda vacillatione discurrens, partim minando partim adhortando ad pugnam compulit. Hoc spectaculo classis Sicula et Rhodia concurrerunt, duodenarum triremium singulae, exciente bucina Tritone argenteo, qui e medio lacu per machinam emerserat.

XXII. Quaedam circa caerimonias civilemque et militarem morem, item circa omnium ordinum statum domi forisque

---

tationem pompae gladiatoriae prae se ferunt.

aut non. sc. morituri. Ita recte Rothius edidit Memmianum Medic. tertium Parisinum 6116 secutus pro vulgata *avete vos* quam codices saeculi XV praebent. Optimi enim codices sequendi sunt, quamquam utraque lectio bene explicari potest (de *ave* victoris acclamatione, cf. Friedländer ad Mart. III 95, 14).

Xiphilinus responsum Claudii non tradidit, quamquam et hoc et perturbationem quae secuta est fons eius (Dio) novisse videtur, cf. *ἐπεὶ οὐδὲν σωτήριον εὗροντο ἀλλὰ ναυμαχεῖν καὶ ὣς ἐκελεύσθησαν.*

igni ferroque absumeret. per catapultas ballistasque, quae in ratibus cum manipulis turmisque praetoriarum cohortium erant.

foeda vacillatione. de Claudii incessu, cf. c. 30, Seneca Apocol. 1, 2: *non passibus aequis.*

classis Sicula et Rhodia. in naumachiis nomina classibus dari solebant populorum, qui revera olim talem pugnam commiserant vel committere potuerant. Sic in Caesaris naumachia pugnaverunt classis Aegyptia et Tyria (Suet. Caes. 39. Dio 43, 23), sub Sexto Pompeio classis eius et Salvidieni Rufi (Dio 48, 19), in Augusti et Neronis naumachiis classis Persica et Atheniensis (Dio 55, 10. Ovid. Ars I 171. Dio 61, 9), sub Tito Corinthii et Corcyraei, Athenienses et Syracusani (Dio 66, 25). Quamquam auctores, qui supersunt, proelii navalis inter Rhodios et Siculos commissi nullam mentionem faciunt, negari tamen non potest tale proelium committi potuisse et si coniecturam de hac re proferre licet, fortasse Claudius, historiae peritus, idemque scientiam suam libenter venditans (cf. Tac. Ann. XI 23 sq. Oratio Claudii de iure honorum Gallis danda, Hermes XXX p. 496) cognitum habuit proelium navale a Rhodiis colonias in Sicilia condentibus contra incolas commissum.

duodenarum triremium singulae. dissentit Dio l. l. utramque classem quinquaginta navium fuisse tradens, et Tacitus quoque (l. l., ubi numerum ante *triremes* excidisse verisimilis est suspicio Lipsii), ut patet ex verbis eius: *ut quondam Augustus — sed levibus navigiis et minore copia ediderat, Claudius triremes quadriremesque et undeviginti hominum milia armavit* comparatis cum iis quae Augustus dicit Monum. Ancyr.[2] 4, 46: *in quo (spectaculo) triginta rostratae naves a[ut birem]es plures autem minores inter se conflixerunt. Q[uibus in] classibus pugnaverunt praeter remiges milia ho[minum tr]ia circiter* (supplementa certa sunt ex versione Graeca). Dioni et Tacito fides meo quidem iudicio est habenda, neque Suetonium ipsum commisisse errorem crediderim. Itaque cum prioribus editoribus de lacuna potius cogitandum videtur, qua et numerus excidit et ipsum vocabulum *quadriremium.*

aut correxit, aut exoleta revocavit, aut etiam nova instituit. C. 22. In cooptandis per collegia sacerdotibus neminem nisi iuratus nominavit; observavitque sedulo, ut quotiens terra in urbe movisset, ferias advocata contione praetor indiceret, utque dira ave in Capitolio visa obsecratio haberetur, eamque ipse iure maximi pontificis pro rostris populo praeiret summotaque

---

[p. 102] *omnium ordinum.* ordines enumerat Mommsen StR. III 459 A 1.

In cooptandis per collegia—nominavit. ex hoc loco Mommsen StR. II³ 1111 A 1 = II² 1054 collegit Claudium hoc quoque fecisse in annua nominatione (Plin. ep. 2, 1, 8. 4, 8, 3, cf. Mommsen l. l. II³ 30 A 4 = II² 29) etiam si nullum sacerdotium vacaret, sed cur non cogitandum sit de principis nominatione i. e. commendatione (Dio 51, 20, 3) apud senatum, re vera sacerdotio vacante, non video.

iuratus. hoc inter ea fuit, quae exoleta revocavit. Claudium enim hoc neque correxisse neque novum instituisse docet Cic. Brut. 1, 1: *qua in cogitatione et cooptatum me ab eo* (*Hortensio*) *in collegium* (*augurum*) *recordabar*, *in quo iuratus iudicium dignitatis meae fecerat.*

ferias. cf. Gellius II 28, 2: *veteres Romani*, —*ubi terram movisse senserant nuntiatumve esset*, *ferias eius rei causa edicto imperabant*, *sed dei nomen*, *ita uti solet*, *cui servari ferias oportet*, *statuere et edicere quiescebant.* Hoc quoque, ut omnia, quae in hoc capite narrat Suetonius inter exoleta et revocata fuit.

praetor. sc. urbanus iussu senatus, cf. Mommsen II³ 135 = II² 128. II³ p. VIII A 2. Antiquioribus temporibus hoc consulis erat, et iis demum temporibus, cum consules per maximam anni partem Roma abessent, praetor urb. in eorum locum ferias edicebat praeter ferias Latinas, quas consules semper edixerunt, cf. Mommsen l. l. Claudius igitur rem tantum, non antiquissimum morem revocavit.

dira ave. Memmianus et Parisini 5801. 5805 habent *dira aut*, reliqui *dira aut in urbe aut in Cap.* Turnebus legit *dira avi* (de formis *ave* et *avi* falsaque distinctione inter eas statuta, cf. Kühner Gr. L. I 201) *in urbe aut in Cap.* Rothius tamen recte verba *in urbe* omisit tamquam ex superioribus illata, postquam pro *ave* scriptum est *aut.*

De diris avibus cf. Plin. H. N. 10, 34—37. Primum locum inter eas obtinet bubo, cuius saepissime in annalibus mentio fit, atque Claudio principe (a. 796/43) bubo Capitolium intravit, cf. Plin. l. l. 35, cuius verba iam ad c. 14 p. 64 adscripta sunt.

obsecratio. Claudius veterem ritum Romanum obsecrationis sine dubio secutus est, ut vel inde manifestum fit, quod ut pontifex maximus non ut XV vir populo praeiit. Hoc quoque Claudius revocasse videtur, Livii enim aetate, qui obsecrationis et supplicationis ritus saepius confudit, obsecrationem fere ignotam fuisse, verisimilis est suspicio, cf. Marq. StV. III² 261 A 10.

haberetur. sc. ex senatus consulto, decreto pontificum antea facto.

ipse. hoc consules solebant facere, cf. Marq. StV. III² p. 260 A 6.

iure maximi pontificis. licuit igitur pontifici maximo populo pro rostris praeire, qui tamen ius agendi cum populo non habuit, cf. Mommsen StR. I³ 36 sqq. = II² 34 sqq.

pro rostris populo. ita Memm. Paris. 5801 et Mediceus tertius. Reliqui *commonito pro rostris populo.* Merito Rothius post alios Memmianum secutus *commonito* omisit, nam ut recte observavit Oudendorpius vox otiosa est.

summotaque. v. cl. Polak (l. l. p. 11) *que* delendum censet. Viro cl. assentior copula deleta sententiam bene

C. 22. operariorum servorumque turba.

XXIII. Rerum actum, divisum antea in hibernos aestivosque menses, coniunxit. Iuris dictionem de fidei commissis, quot annis et tantum in urbe delegari magistratibus solitam, in perpetuum atque etiam per provincias potestatibus

---

stare, sed nescio an *que* accipi possit ea significatione, ut fere valeat *quidem* collatis c. 1: *summoque saepius discrimine* (hic quoque delet v. cl. l. l. p. 36) c. 21: *quodque appellare coepit sportulam.*

operariorum servorumque. sic olim cavebant ne servi aut libertini (operarios libertinos fuisse puto) sacris Herculis interessent, cf. Serv. ad Aen. VIII 179.

Rerum actum—coniunxit. Augustus iudicibus ex quattuor decuriis vacationem per menses Novembrem et Decembrem concesserat, cf. Aug. 32: *vix concessit — ut solitae agi Novembri ac Decembri mense res omitterentur.* Hanc autem constitutionem non diu mansisse sed ante Claudium rerum actum ita ordinatum fuisse, ut feriae in ver et autumnum inciderent ex nostro loco patet. Quo modo autem Claudius nunc rerum actum mutaverit accuratius discimus ex Suet. Galb. 14: *Iudicibus, sextam decuriam adici precantibus, non modo negavit, sed etiam concessum a Claudio beneficium, ne hieme initioque anni ad iudicandum evocarentur, eripuit*, e quo loco colligendum iudices nunc a vere usque ad hiemen iudicavisse (cf. Hartmann—Ubbelohde, Ordo Judiciorum I p. 360).

Iuris dictionem de fidei commissis. Fidei commissa (cf. Ulpian. 25, 1. Inst. II 23, 1) sunt ea, quae testator heredi suo vel heredibus suis in tertii gratiam mandat. Inventa erant, ut rigorem iuris civilis effugerent, iisque aliquid dare possent, quibus per leges dari non liceret (cf. Gaius II 285: *Erant etiam aliae differentiae, quae nunc non sunt, ut ecce peregrini poterant fidei commissa capere et fere haec fuit origo fidei commissorum*). Ante Augustum fidei commissa omnia infirma erant, quia nemo invitus cogebatur praestare id, de quo rogatus erat, cf. Cic. de Fin. Bon. II 17, 55. 18, 58. Ab illo autem consules iussi sunt auctoritatem suam interponere, quod paullatim conversum est in assiduam iurisdictionem (cf. Inst. II 23, 1).

magistratibus. sc. consulibus. Claudius de hac iurisdictione certas regulas instituit. Mansit iurisdictio consulum, qui tamen de maioribus tantum summis decernebant. (cf. Quintil. I. O. III 6, 70: *non debes apud praetorem petere fidei commissum sed apud consules, maior enim praetoria cognitione res est.* (Celsus) Dig. 31, 29, pr.: *in consilio Duceni Veri consulis, — itum in sententiam, — ut, cum — ducenta legasset, — cogeretur filia id fidei commissum — reddere.* Ulp. 25, 12. Gaius II 278. Dig. I 18, 10. De minoribus summis Claudius iurisdictionem dedit duobus praetoribus, quos ob id numero praetorum adiecit, cf. Pomponius Dig. I 2, 2, 32: *post deinde divus Claudius duos praetores adiecit, qui de fidei commissis ius dicerent, ex quibus unum divus Titus detraxit.* Huc quoque spectare videtur Dio 60, 24, 3: *τοῖς δὲ δὴ στρατηγοῖς δίκας τινάς, ἃς πρότερον οἱ ὕπατοι διεδίκαζον ἀντενεχείρισε*, quo loco de iurisdictione de minoribus fidei commissis sermonem esse credunt. Quod si recte, a. 797/44 haec instituta sunt.

per provincias potestatibus i. e. praesidibus provinciarum, cf. Ulp. 25, 12: *Cognitio (fidei commissorum) est Romae quidem consulum aut praetoris, qui fidei commiss[arius] vocatur, in provinciis vero praesidum provinciarum.* Gaius II 278. In ea provincia ius dicebatur, cuius heres erat, quod postea mutatum est, cf. Dig. 40, 5, 51, 7: *Sed*

demandavit. Capiti Papiae Poppaeae legis a Tiberio Caesare, quasi sexagenarii generare non possent, addito obrogavit. Sanxit ut pupillis extra ordinem tutores a consulibus darentur, C. 23

Articuleiano senatus consulto (*a. 876/123*) *cavetur, ut in provinciis praesides provinciae cognoscant, licet heres non sit eius provinciae.*

potestatibus. apud quos potestas esset. Quo sensu Suetonius hac voce praeterea usus est Ner. 36: *summis potestatibus.* Eadem significatione vocabulum migravit in linguas, quas Romanas vocamus, cf. in lingua Itala *podestà*, Hispana *potestad*, Lusitana *podestat.* Cf. E. Klebs apud Friedländer Juv. II p. 609.

demandavit. nam princeps ipse quoque hanc iurisdictionem exercere potuit, et cognitio extraordinaria erat, cf. Dig. 50, 16. 172, 2: *extraordinarias persecutiones ut puta fidei commissorum et si quae aliae sunt quae non habent iuris ordinarii executionem.*

Capiti Papiae Poppaeae legis. huc spectat Ulpian. 16, 3: *Qui intra sexagesimum vel quae intra quinquagesimum annum neutri legi* (*i. e. Iuliae et Papiae Poppaeae*) *paruerit, licet ipsis legibus post hanc aetatem liberatus esset, perpetuis tamen poenis tenebitur ex senatus consulto Perniciano* (*Persiciano* coni. Perizonius); *sed Claudiano senatus consulto maior sexagenario si minorem quinquagenaria duxerit, perinde habebitur, ac si minor sexaginta annorum duxisset uxorem.* Itaque sexagenarii legibus Iulia et Papia Poppaea non tenebantur. Quod senatus consulto aetate Tiberii facto (sive id Pernicianum sive Persicianum i. e. factum auctore Paullo Fabio Persico cos. a. 787/34 nominandum est) ita immutatum est, ut etiam si sexagenarius matrimonium iniret, poena legum teneretur. Ab hoc instituto Claudio auctore ut recesserunt, ita non ad praescripta legis Papiae redierunt, nam sexagenarii demum poena legum liberati sunt, si uxorem minorem quinquagenaria duxissent. (Plane contrariam explicationem protulit P. Jörs, Ueber das Verhältnis der lex Iulia de mar. ord. zur lex Papia Poppaea p. 12 A 4. Putat enim rationem illam *quasi sexagenarii generare non possent* ipsius legis Papiae Poppaeae fuisse denuoque a Claudio introductam fuisse, senatus consultum vero Pernicianum a sexagenariis exegisse ut matrimonium inirent, si poena legum affici nollent, quasi sexagenarii generare possent. Quam tamen explicationem rectam non esse ipsa collocatio verborum nostri loci docet. Idem (l. l. A 3) sine causa, opinor, pro *legis* legendum censet *legi*). Ad senatus consultum Pernicianum spectat Seneca (fr. 119. III p. 443 Haase) apud Lactantium Inst. I 16, 10: *Non illepide Seneca libris moralis philosophiae: Quid ergo est, inquit, quare apud poetas salacissimus Jupiter desierit liberos tollere? utrum sexagenarius factus est et illi lex Papia fibulam imposuit? an impetravit ius trium liberorum?* quae scripserit Seneca ante senatus consultum Claudianum factum necesse est.

obrogavit. senatus consulto ut Ulpianus docet. De tempore huius senatus consulti Heineccius ad leg. Pap. Popp. II 2, 6 suspicionem satis probabilem protulit, sc. factum esse Claudio auctore, cum Agrippinam ducturus esset vel paulo post matrimonium initum, quippe qui ipse paene sexagenarius talem constitutionem pati non posset.

pupillis extra ordinem a consulibus. si cui nullus tutor esset, ei lege Atilia (incerti anni) tutor dabatur a praetore urbano et maiore parte tribunorum (cf. Gaius I 185. Ulp. XI 18), et in provinciis hoc ius tutores constituendi lege Iulia Titia provinciarum praesidibus datum erat. Claudius iam consulibus edicto, ut videtur, tutoris dationem dedit. Cf. Ulpian. Dig. 26, 1, 6, 2: *tutoris datio neque imperii est neque iurisdictionis, sed ei soli competit, cui nominatim hoc dedit vel lex vel senatus consultum vel princeps.*

C. 23. utque ii, quibus a magistratibus provinciae interdicerentur, urbe quoque et Italia summoverentur. Ipse quosdam novo exemplo relegavit, ut ultra lapidem tertium vetaret egredi ab urbe.

De maiore negotio acturus in curia, medius inter consulum

[p. 105] *consulibus.* iis hanc potestatem mandavit (nam principes ipsi quoque tutores dare poterant, cf. Vit. Hadr. 22: *tutores saepissime dedit*). Principes semper, ut observat Mommsen (StR. II³ 913 = II² 875. II³ 984 = II² 945), ubi contra leges vitiosa iuris corrigerent, ut in hac re et in fideicommissis, consules utpote alteram dyarchiae partem, senatum, repraesentantes sibi consociaverunt delegata iis re. Causa ob quam hoc iure praetores privaverit, traditur Inst. I 20, 3: *nam supra scriptis legibus (Atiliae et aliis) neque de cautione a tutoribus exigenda rem salvam pupilli fore neque de compellendis tutoribus ad tutelae administrationem quicquam cavetur*, cf. Mommsen StR. II³ 104 A 3 = II² 98.

Consules usque ad Marcum Aurelium tutores dederunt (cf. Plin. Ep. IX 3, 16: *dictum se a consulibus tutorem*), cf. Vit. Marci 10: *praetorem tutelarem primus fecit, quum antea tutores a consulibus poscerentur, ut diligentius de tutoribus tractaretur.* C. I. L. V 1874. VIII 7030 = Dess. n. 1118. 1119. Cf. Mommsen StR. II³ 226 A 1 = II² 216.

magistratibus. magistratus hac aetate intelleguntur ii, qui a principe mandatum non acceperunt, hoc loco proconsules i. e. qui senatus provinciis praesunt, cf. Mommsen StR. II³ 107 A 2 = II² 101. Iam liberae rei publicae temporibus proconsules hoc ius habuerunt, cf. Momms. l. l. I³ 262 A 5 = I² 249.

urbe et Italia. Claudius urbe eos summovens memor fuisse videtur veteris illius decreti tribunorum (Cic. in Verr. 2, 41, 100) quo ei, qui in iudicio publico condemnatus erat, Romae esse non licebat (cf. Festus p. 278 M.: *relegati dicuntur proprie quibus ignominiae aut poenae causa necesse est ab urbe Roma aliove quo loco abesse.*). Romae interdictionem (quam explicat Callistratus Dig. 48, 22, 18[19] pr.: *Relegatus morari non potest Romae, etsi id sententia comprehensum non est, quia communis patria est, neque in ea civitate, in qua moratur princeps vel per quam transit, iis enim solis permissum est principem intueri, qui Romam ingredi possunt, quia princeps pater patriae est*) Claudius non introduxisse videtur, cf. L. M. Hartmann, de exilio apud Rom. (diss. Berol. 1887) p. 37 A, cui assentior putanti Italiae interdictionem a Claudio demum introductam esse.

vetaret egredi ab urbe. haec est certi loci assignatio vel genus quasi in insulam relegationis. Similia habes Dig. 48, 22, 7, 5: *Est quoddam genus quasi in insulam relegationis in provincia Aegypto in Oasin relegare.* ibid. 7, 8: *Item in parte certa provinciae moraturum relegare potest, ut forte non excedat civitatem aliquam vel regionem aliquam non egrediatur.* l. l. 9: *Potest praeses quendam damnare ne domo sua procedat.* Itaque locus noster (quem Hartmann non tetigit) bene explicari potest, neque ulla causa est cur cum Kraffert (Beiträge II Aurich 1882 p. 100) scribamus *egredi ad urbem*, quod non uno nomine displicet.

medius inter consulum sellas tribuniciove subsellio. princeps simul cum consulibus sedens, medius inter utrumque sedit, cf. Dio 50, 2; 54, 10, 5. Suet. Tib. 17. Dio 59, 12, 2. De Claudio hoc testatur Dio 60, 16, 3. Vulgata lectio *tribunicio subsellio* stare vix potest. Claudium enim quotiens e tribunicia potestate referret non inter consules sedisse diserte dicit Dio (l. l.): *μετὰ δὲ τοῦτο αὐτός τε ἐπὶ τὴν συνήθη ἕδραν μετήρχετο, καὶ ἐκείνοις οἱ δίφροι ἐτίθεντο* (sic quoque

sellas tribuniciove subsellio sedebat. Commeatus a senatu peti solitos beneficii sui fecit. C. 23

Dio 60, 16, 3. ἐκρίνοντο δὲ ἐν τῷ συνεδρίῳ (οἱ σὺν Καμίλλῳ Σκριβωνιανῷ ἐπιβουλεύσαντες), τοῦ τε Κλαυδίου καὶ τῶν ἐπάρχων τῶν τε ἐξελευθέρων αὐτοῦ παρόντων · τὴν μὲν γὰρ ἐσήγησιν ἐν μέσῳ τῶν ὑπάτων ἐπὶ δίφρου ἀρχικοῦ ἢ καὶ ἐπὶ βάθρου καθήμενος ἐποιεῖτο, μετὰ δὲ τοῦτο αὐτός τε ἐπὶ τὴν συνήθη ἕδραν μετήρχετο, καὶ ἐκείνοις οἱ δίφροι ἐτίθεντο. καὶ ταῦτα μὲν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν μεγίστων ὁμοίως ἐγίγνετο.

Dio 60, 25, 6. τοῖς δ' οὖν αἰτουμένοις ὥστε ἔξω τῆς Ἰταλίας ἀποδημῆσαι ἐφίει μὲν καὶ καθ' ἑαυτὸν ἄνευ τῆς βουλῆς, τοῦ γε μὴν καὶ νόμῳ τινὶ αὐτὸ δοκεῖν ποιεῖν δόγμα γενέσθαι ἐκέλευσε. καὶ τοῦτο μὲν καὶ τῷ ὑστέρῳ ἔτει ἐψηφίσθη.

---

senatu post mortem Augusti a Tiberio e tribunicia potestate convocato, alter consulum in praetorum, alter in tribunorum subsellio sedit, cf. Dio 56, 31, 3), et verba *inter consulum sellas* quamquam mire dicta pro *inter consules* (sic Tib. 17) vix ad verbum interpretari licet: inter consulum sellas sc. vacuas, cui interpretationi etiam obstant verba Dionis (l. l.) *καὶ ἐκεινοῖς (τοῖς ὑπάτοις) οἱ δίφροι ἐτίθεντο.* Quare recepi Mommseni (StR. I[3] 403 A 2 = I[2] 386) emendationem *tribuniciove*, cui favent verba Dionis (l. l.: *ἐν μέσῳ τῶν ὑπάτων ἐπὶ δίφρου ἀρχικοῦ ἢ καὶ ἐπὶ βάθρου.* (Atque etiam magis mihi placeret *inter consulum sellas* <*sella*> *tribuniciove subsellio*). Claudius igitur de maiore negotio nonnumquam cum senatu egit ex tribunicia potestate, quod ut insolitum animadversum esse videtur (Cf. Mommsen StR. I[3] 406 A 4 = I[2] 390. II[3] 896 A 3 = II[2] 859) (Ceterum quod Mommsenus (l. l. I[3] 403) dicit solitam sedem inter consules fuisse, id minus recte dictum videtur. Obstat enim praeter locum iam saepius laudatum (Dio 60, 16, 3) alter locus eiusdum Dionis 60, 6, 1: *καὶ τῶν ὑπάτων ἐν τῷ συνεδρίῳ καταβάντων ποτὲ ἀπὸ τῶν δίφρων ἵνα διαλεχθῶσιν αὐτῷ* (consules igitur praesidebant) *προσεξανέστη τε καὶ ἀντιπροσῆλθέ σφισιν.* Claudius igitur sedere solitus est in tribunali a Gaio exstructo (Dio 59, 26, 3), quod etiam secundum Mommsen (l. l.) in curia mansit. Ante Gaium autem principes inter consules sedere solebant).

commeatus sc. senatorum, quibus iam liberae rei publicae aetate sine commeatu Italia egredi non licebat, quod Augustus confirmavit (Dio 52, 42, 6). Senatoribus tamen, qui in Sicilia Galliave Narbonensi possessiones habebant (secundum Tacitum iis tantum qui ex his provinciis oriundi erant) concessum erat ut sine commeatu res suas inviserent, cf. Dio l. l. Tac. Ann. XII 23. De Narbonensi provincia hoc statuit Claudius a. 802/49.

a senatu peti solitos. aetate liberae rei publicae per se patet senatum commeatus dedisse. Augustus etiamtum triumvir (a. 725/29) hoc ius ad se traxit (Dio 52, 42, 6: *ἂν μὴ αὐτὸς — κελεύσῃ ἢ καὶ ἐπιτρέψῃ),* quod postea tamen senatui redditum sit necesse est, ut et hoc loco et a Dione (60, 25, 6) probatur (ut videtur ab ipso Augusto, cf. Suet. Tib. 31), quamquam senatum commeatum non concessisse verisimile est, nisi auctore vel concedente principe, cf. Suet. Gai. 29: *praetorium virum ex secessu Anticyrae, quam valetudinis causa petierat, propagari sibi commeatum saepius desiderantem cum mandasset* (*Gaius*) *interimi*, Mommsen StR. III 913.

fecit. a. 799/46 senatus consulto facto (Dio l. l.), cum antea hoc usurpasset.

C. 24. XXIV. Ornamenta consularia etiam procuratoribus ducenariis

Rem confirmat Tacitus Ann. XII 23 (sub a. 802/49): *ut senatoribus eius provinciae (Galliae Narbonensis) non exquisita principis sententia — res suas invisere liceret.*

etiam procuratoribus. antea ornamenta consularia senatoribus tantum vel principis cognato (Claudio, cf. c. 5) data erant, atque ne praefectis praetorio quidem ea indulsit Tiberius, sed tantum praetoria ornamenta (Dio 57, 19; 58, 12). Claudius autem etiam regem Agrippam consularibus ornamentis honoravit, cf. Dio 60, 8, 2 (a. 794/41): *τῷ γὰρ Ἀγρίππᾳ τῷ Παλαιστίνῳ — τιμὰς ὑπατικὰς ἔνειμε.*

ducenariis. procuratores Augusti, equites Rom., (cf. Hirschfeld V. G. I p. 248 A 1) iam sub Augusto salarium acceperant, cf. Dio 53, 15, 4 (sub a. 727/27: *καὶ τὸ μισθοφορὰν καὶ ἐκείνοις (τοῖς ἐπιτρόποις) καὶ τοῖς ἄλλοις (τοῖς ἀνθυπάτοις τοῖς τε ἀντιστρατήγοις) δίδοσθαι τότε ἐνομίσθη* (ubi voce *μισθοφορά* nihil nisi pecunia indicatur). *τὸ μὲν γὰρ πάλαι ἐργολαβοῦντές τινες παρὰ τοῦ δημοσίου πάντα σφίσι τὰ πρὸς τὴν ἀρχὴν φέροντα παρεῖχον· ἐπὶ δὲ δὴ τοῦ Καίσαρος πρῶτον αὐτοὶ ἐκεῖνοι τακτόν τι λαμβάνειν ἤρξαντο. καὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἐκ τοῦ ἴσου πᾶσί σφισιν, ἀλλ' ὥς που καὶ ἡ χρεία ἀπῄτει, ἐτάχθη.* Dio 52; 25, 1. Salaria igitur diversa fuerunt, sed quot classes Augustus instituerit non traditur; ex hoc loco colligitur aetate Claudii (et hoc iam ab Augusto institutum fuisse verisimile est) nonnullis procuratoribus ducena sestertia data esse. (Hirschfeld l. l. p. 258 A 3 praeter illam classem primo saeculo p. Chr. unam tantum exstitisse putat, sc. eorum, cui centena sestertia data sint).

Posteo vero quattuor classes procuratorum fuerunt, qui ex summa pecuniae, quam accipiebant trecenarii, ducenarii, centenarii et sexagenarii appellati sunt, cf. Dio 53, 15, 5: *τοῖς γε ἐπιτρόποις καὶ αὐτὸ τὸ τοῦ ἀξιώματος ὄνομα ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν διδομένων αὐτοῖς χρημάτων προσγίγνεται.* Cuius rei apud scriptores quidem (in titulis saeculo demum secundo p. Chr. exeunte ita nominantur) exemplum primum noster locus dat, neque decernere ausim utrum ex hoc loco colligendum sit iam Claudii aetate ea vocabula in usu fuisse (quod placet Hirschfeld l. l.: „Eine Anticipation des Sueton in Betreff der Gehaltsbezeichnung an zu nehmen, liegt kein Grund vor") an Suetonius vocabulo sua demum aetate usurpato usus sit, cf. Mommsen StR. I³ 305 A 3 = I² 291. III 564. De classibus ipsis egit Hirschfeld l. l. p. 258—265.

Duos procuratores, P. Graecinium Laconem, Galliae procuratorem, et Junium Cilonem, procuratorem Ponti et Bithyniae, a Claudio consularibus ornamentis honoratos esse, scriptores tradiderunt. De Lacone Dio 60, 23, 1 (sub a. 797/44) *τόν τε Λάκωνα τὸν πρότερον μὲν τῶν νυκτοφυλάκων ἄρξαντα, τότε δὲ τῶν Γαλατῶν ἐπιτροπεύοντα — προσέτι ταῖς τῶν ὑπατευκότων τιμαῖς ἐσέμνυνε*, quod confirmatur titulo Veronensi C. I. L. V 3340 = Dess. n. 1336: *P. Graecinio P. f. Pob. Laconi ornamentis consularibus.* De Cilone Tac. Ann. XII 21 (sub a. 802/49): *consularia insignia Ciloni — decernuntur.* Laco notus praefectus vigilum (Dio 58, 9 sq.; Bull. Comm. 1888 p. 152 = Dess. n. 1337: *Laco praef. vig. XIII*), qui ob Seianum oppressum a. 784/31 ornamenta quaestoria acceperat (Dio 58 12, 7), sine dubio ducenarius procurator fuit, aut totius Galliae (cf. C. I. L. II 1970 = Dess. n. 1341), aut provinciae Lugdunensis et Aquitanicae, quod officium inter procuratione provinciarum primum fuisse videtur (cf. Hirschfeld l. l. p. 144 A 2. 260 A 6).

Cilonem autem ducenarium fuisse, non certum sed verisimile tantum est. Nam et Suetonii locus id docere videtur et saeculo p. Chr. tertio procuratorem Bithyniae ducenarium fuisse constat, cf. C. I. Gr. 2509: *δουκηνάριον τοῦ Σεβαστοῦ Πόντου καὶ Βειθυνίας.*

[p. 109] *indulsit.* cf. ad c. 5: *detulit.*

[p. 109] *Senatoriam dignitatem recusantibus.* Senatoriam dignitatem adipisci possunt aut senatorum filii, aut ii qui

indulsit. Senatoriam dignitatem recusantibus equestrem quoque ademit. Latum clavum, quamvis initio affirmasset non lecturum se senatorem nisi civis R. abnepotem, etiam libertini filio tribuit, sed sub conditione si prius ab equite R. adoptatus esset; C. 24.

---

iudicio principis in ordinem senatorium intrant, sc. lato clavo donati, vel in senatum allecti. Iure autem filii senatorum dignitatem senatoriam recusare non possunt, immo lege coguntur, ut senatores fiant, cf. Dio 54, 26, 4: *(ἐπειδὴ — τὸ τίμημα) ἐς πέντε καὶ εἴκοσι (μυριάδας) προήχθη, οὐκέτ' οὐδεὶς ἐθελοντὶ βουλεύσων ηὑρίσκετο, ἀλλὰ καὶ παῖδες εἰσὶν οἳ καὶ ἔγγονοι βουλευτῶν, οἱ μὲν ὡς ἀληθῶς πενόμενοι, οἱ δὲ καὶ ἐκ συμφορῶν προγονικῶν τεταπεινωμένοι, οὐχ ὅσον οὐκ ἀντεποιοῦντο τοῦ βουλευτικοῦ ἀξιώματος, ἀλλὰ καὶ προσκατειλεγμένοι ἤδη ἐξώμνυντο.* ibid. 8: *τοὺς δὲ ἐντός τε τῆς ἡλικίας ταύτης (πέντε καὶ τριάκοντα ἐτῶν) ὄντας καὶ τὸ τίμημα ἔχοντας βουλεῦσαι κατηνάγκασε.* Mommsen StR. I[3] 473 A 2 = I[2] 479. (Herzog II 819 A 2 hoc negat, minus recte etiam nostrum locum afferens, siquidem me iudice inde in neutram partem aliquid colligi potest). Etiam equites iure cogi potuisse ut senatorium ordinem intrarent putat Mommsen StR. I[3] 476 A 3 (qui tamen l. l. III 865 id verisimile tantum esse dicit), dubito num recte. Nam ex locis quos affert Sen. ep. 97, 13: *honores reppulit pater Sextius, qui — latum clavum divo Iulio dante non recepit*; C. I. L. XII 1783: *huic divos Hadrianus latum clavum cu[m] quaest[ura] optulit et petentis excusationem acc[epit]* nihil probare videntur, obstat autem me iudice potius Plin. ep. I 14, 5: *allectus enim a divo Vespasiano inter praetorios honestam quietem — constantissime praetulit*, nam si princeps cogere potuisset vix allectionem saepius obtulisset.

equestrem quoque ademit. cf. Dio 53, 17, 7: *τοὺς μὲν καταλέγουσι (οἱ αὐτοκράτορες) — ἐς τὴν ἱππάδα — τοὺς δὲ καὶ ἀπαλείφουσι ὅπως ἂν αὐτοῖς δόξῃ.* Mommsen StR. III 492.

Exemplum viri qui a Claudio coactus senator factus est affert Dio 60, 29, 2 (sub a. 800/47): *ἐπειδή τε Σουρδίνιός τις Γάλλος βουλεῦσαι δυνάμενος ἐς τὴν Καρχηδόνα ἐξῴκησε, σπουδῇ τε αὐτὸν μετεπέμψατο καὶ ἔφη ὅτι Χρυσαῖς σε πέδαις δήσω · καὶ ὁ μὲν οὕτω τῷ ἀξιώματι πεδηθεὶς κατὰ χώραν ἔμεινε.*

latum clavum. iis ex equestri ordine, qui nondum senatoriam aetatem (XXV annorum) habebant, principes ius lati clavi gerendi dabant, quo dato inter candidatos vigintiviratus recipiebantur. (de ipso clavo cf. Marq. Vit. Priv.[2] p. 545 sqq.)

quamvis—affirmasset. similia tradit Dio 60, 15, 6: *ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἱππέων τῶν τε βουλευτῶν τινας ἐβασάνιζον, καίτοι τοῦ Κλαυδίου κατ' ἀρχὰς εὐθὺς τῆς ἡγεμονίας ὀμόσαντος μηδένα βασανιεῖν ἐλεύθερον.*

lecturum se senatorem. in senatum quaestura demum suscepta intrare poterant, sed sine dubio principes eos quos lato clavo donarant apud senatum commendabant.

civis Rom. abnepotem. Claudius igitur initio severior fuit quam ipsa lex, quae neminem magistratum i. e. senatorem fieri patiebatur nisi patre ingenuo avoque libero, ita ut etiam filius peregrini ingenui, dummodo civis esset, senator esse posset (cf. Mommsen StR. I[3] 488 = I[2] 461), exegit enim ut senator esset proavo ingénuo et cive Romano.

si prius ab equite R. adoptatus esset. post Tiberii constitutionem a. 776/23 de qua Plin. H. N. 33, 32: *C. Asinio Pollione C. Antistio Vetere cos. constitutum ne cui ius id (anuli gerendi) esset nisi qui ingenuus ipse patre avo paterno — fuisset* (de quo loco cf. Mommsen StR. III 452 A 1) nemo eques Romanus esse poterat nisi patre ingenuo avo libero; filii igitur equitis R. ut ipsi equites senatores fieri poterant, cf. supra.

C. 24. ac sic quoque reprehensionem verens, et Appium Caecum censorem, generis sui proauctorem, libertinorum filios in senatum allegisse docuit, ignarus, temporibus Appii et deinceps aliquamdiu libertinos dictos non ipsos, qui manu emitterentur,

---

ac sic quoque reprehensionem verens. intellexit enim Claudius adoptionem plenum ius nativitatis non dare. Similiter Gellius V 19, 11 sq.: *Libertinos vero ab ingenuo adoptari quidem iure posse Masurius Sabinus scripsit. Sed id neque permitti dicit, neque permittendum esse umquam putat, ut homines libertini ordinis per adoptiones in iura ingenuorum invadant* (Karlowa, Röm. Rechtsgesch. II p. 140 A 2 haec non solum de ipsis libertinis, sed etiam de filiis eorum dicta esse putat, me iudice vix recte). Mommsen StR. I[3] 489 A 1 = I[2] 461.

Claudium libertinorum filios in senatum admisisse confirmat Suet. Ner. 15: *in curiam libertinorum filios diu non admisit, admissis a prioribus principibus* (i. e. a Gaio et Claudio, de Tiberio vix credibile) *honores denegavit.*

Appium Caecum censorem. notum illum Appium Claudium Caecum, censorem a. 442/312, de quo cf. Mommsen Röm. Forsch. I p. 301—313.

proauctorem generis sui. pater Claudii Drusus paterno et materno genere originem ab App. Claudio Caeco duxit, cf. Suet. Tib. 3: *Ex hac stirpe Tiberius Caesar genus trahit, et quidem utrumque: paternum a Tiberio Nerone, maternum ab Appio Pulchro, qui ambo Appii Caeci filii fuerunt.*

libertinorum filios allegisse. cf. Diod. XX 36: *κατέμιξε (ὁ Ἄππιος Κλαύδιος) δὲ καὶ τὴν σύγκλητον, οὐ τοὺς εὐγενεῖς καὶ προέχοντας τοῖς ἀξιώμασι προσγράφων μόνους, ὡς ἦν ἔθος, ἀλλὰ πολλοὺς καὶ τῶν ἀπελευθέρων υἱοὺς ἀνέμιξεν.* Liv. IX 29. 30. 46, 10. de vir. ill. 34, 1.

docuit. in senatu, opinor, ubi etiam docuit (Tac. Ann. XI 24) iam ante Caesarem dictatorem libertinorum filiis magistratus datos fuisse.

libertinos non ipsos qui manu emitterentur, sed ingenuos—procreatos. quod nomen Appii Claudii aetate ex iusta servitute manumissi (Gaius I 11) habuerint Suetonius non tradidit. Multi et ex iis, qui nuper hanc rem tractarunt, Karlowa (l. l. I p. 353), Herzog (I 977) putaverunt Suetonium distinxisse inter *libertos* et *libertinos*, illud nomen fuisse ipsis manumissis, hoc filiis eorum. Et filios quidem manumissorum antiquissimis temporibus non pro ingenuis habitos esse satis probatur eo, quod semper nemo magistratu fungi poterat nisi avo libero (cf. Mommsen StR. III 72). Vix igitur dubitari potest, quin hoc nobis recte a Suetonio traditum sit. Sed ipsos manumissos libertos appellatos esse recte mihi negasse videtur Mommsen (StR. III 422 A 2), dicens *libertus* numquam recte usurpari nisi addito Genitivo casu nomine patroni, quod ubi desit mente supplendum esse. Ipse Mommsen (l. l.) Suetonium minus recte distinxisse censet inter *libertos* et *libertinos*, revera autem et ipsos manumissos et filios horum illa aetate libertinos appellatos esse. Quae tamen mihi non placent. Nam et Suetonius diserte dicit illa aetate manumissis et filiis eorum idem nomen non fuisse, neque causam esse censeo, cur in hac re ei fidem negemus, siquidem aliud nomen exstat, quod illa aetate manumissis fuisse certum est, de quo hoc loco Suetonius mihi cogitavisse videtur. Ipse enim Mommsenus (StR. III 428 A 1) ex titulis nonnullis (l. l.), ut C. I. L. X 8054, 8: *Servio Gabinio T. s(ervus) fecit*, ex nominibus libertinorum ut *Gai por*, et praesertim ex capite legis Cinciae de donationibus (a. 550/204) fragm. Vat. § 307: *si quis a servis, quique pro servis servitutem servierunt accipit duit[ve] is* (ubi *servos* intellegendos esse ex iusta servitute manumissos docet Mommsen)

sed ingenuos ex his procreatos. Collegio quaestorum pro stratura viarum gladiatorium munus iniunxit detractaque C. 24

Tac. Ann. XI 22 (a. 800/47). Isdem consulibus P. Dolabella censuit spectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum pecunia eorum, qui quaesturam adipiscerentur.

---

luculenter demonstravit antiquissimis temporibus manumissos *servos* appellatos esse. Appii Claudii igitur aetate manumissi *servi*, eorum filii *libertini* appellati sunt. Pro uno vocabulo *servus* postea in usum venerunt duo *libertus* et *libertinus*, pro *libertinus*, *libertini filius*. Secundum Suetonium Claudius male se defendit Appii Claudii exemplo, is enim manumissorum nepotes non filios in senatum allegisset. Si Claudius errorem commisit, bis lapsus est, nam Cn. Flavium notum aedilem curulem (hunc enim sine dubio tangit) etiam libertini filium fuisse dixerat, cf. Tac. Ann. XI 24: *Libertinorum filiis magistratus mandare non, ut plerique falluntur, repens, sed priori populo factitatum est.* Suetonio assensus est Karlowa l. l. I 354 (Herzog I p. 994 dubitat); equidem, quamquam res ad liquidum perduci non potest, Mommseno assentiendum esse censeo putanti propter consensum omnium scriptorum, qui de Appii Claudii senatus lectione et de Cn. Flavii aedilitate agunt (testimoniis a Mommseno l. l. III 422 A 3 collectis addendus est Pisonis, annalium scriptoris, servati a Gellio VII 9, 2: *Cn. Flavius, patre libertino natus*), et quod numquam apud scriptores, qui quidem supersunt, *libertinus* significat *manumissi filius*, Claudium recte intellexisse manumissorum filios ab Appio Claudio in senatum allectos fuisse. Cf. quoque H. Lemonnier, étude historique sur la condition privée des affranchis aux trois premiers siècles de l'empire Romain (Paris 1887) p. 8.

collegio quaestorum. minus accurate haec dicta esse docet Tac. Ann. XIII 5: *ne designatis quaestoribus edendi gladiatores necessitas esset.* Domitianus demum hoc quaestoribus iniunxit, cf. Suet. Dom. 4: *quaestoriis muneribus, quae olim omissa revocaverat*, quod in posterum mansit, quamquam calendaria (C. I. L. I p. 407) docent etiam ante nonas Decembres, quo die quaestores munus inirent (cf. Mommsen StR. I[3] 606 A 5 = I[2] 585) partem horum datam fuisse.

pro stratura viarum. quando haec stratura viarum quaestoribus iniuncta sit, nescimus (Mommsen StR. II[3] 534 = II[2] 522, id sub primis principibus factum esse autumat), nam sine ulla causa Lehmann l. l. p. 239 (cf. Anhang) hoc ab ipso Claudio a. 797/44 institutum esse putabat, nec magis pro certo scimus quae viae intellegendae sint, quamquam de viis urbis hic agi probabilis est opinio Hirschfeldi (V G. I p. 152 A 1).

iniunxit. cum apud Tacitum Ann. XI 22 nullus sermo sit de senatus consulto, idemque dicat Ann. XIII 5: *ne designatis quaestoribus edendi gladiatores necessitas esset. Quod quidem adversante Agrippina tamquam acta Claudii subverterentur obtinuere patres*, munus quaestoribus designatis constitutione principis impositum esse videtur.

A. 800/47 Claudium munus imposuisse, Neronem vero a. 807/54 quaestores designatos eo liberavisse docet Tacitus (l. l.).

detractaque Ostiensi et Gallica provincia. Claudii igitur aetate duo tantum ex quaestoribus Italicis (de quibus cf. Mommsen StR. II[3] 570 sqq. = II[2] 556 sqq.) supererant, tertiaque quaestura, cuius sedes Cales erant, quam anno 777/24 adhuc exstitisse docet Tac. Ann. IV 27, iam ante Claudium sublata sit necesse est, cf. Dio 60, 24, 3: *πάσας γὰρ αὐτὰς ἔπαυσε.*

Ostiensis quaestor praecipue curam annonae et rei frumentariae habebat, cf. Cic. de harusp. resp. 20, 43; pro Sest. 17, 39; pro Mur. 8, 18. Velleius II

C. 24. Ostiensi et Gallica provincia, curam aerarii Saturni reddidit,

Tac. Ann. XIII 29. Tum Claudius quaestores rursum imposuit (aerario) iisque, ne metu offensionum segnius consulerent, extra ordinem honores promisit.

Dio 60, 24, 1 sqq. (a. 797/44). *καὶ τοὺς στρατηγοὺς τοὺς ἐπὶ τῆς διοικήσεως καταλύσας ταμίαις αὐτὴν κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐπέτρεψεν, οὐχ ὥστε καὶ ἐτησίους σφᾶς, ὅπερ ἐπί τε ἐκείνων πρότερον καὶ ἐπὶ τῶν στρατηγῶν μετὰ ταῦτα ἐγίγνετο, ἄρχειν, ἀλλ' οἱ δύο οἱ αὐτοὶ τρία ὅλα ἔτη αὐτὴν διῴκουν, καὶ οἱ μὲν στρατηγίας εὐθὺς ἐλάμβανον, οἱ δὲ καὶ μισθὸν ἔφερον, ὅπως ποτὲ καὶ ἔδοξαν ἄρξαι. τοῖς μὲν οὖν ταμίαις τὴν διοίκησιν ἀντὶ τῶν ἀρχῶν τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἔξω τῆς πόλεως ἀντέδωκε, πάσας γὰρ αὐτὰς ἔπαυσε.*

---

94 (Suet. Tib. 8), quos locos congessit Mommsen l. l., et etiam diserte testatur Diodorus (allatus a Dessau C. I. L XIV p. 6) XXXVI frag. 12: *Σατορνῖνος ταμίας ὑπάρχων εἰς (ἐπὶ* Herwerden) *τὴν ἐξ Ὠστίας εἰς (τὴν* add. Herw.) *Ῥώμην τοῦ σίτου παρακομιδὴν ἐτάχθη.* In huius locum a Claudio rei frumentariae Ostiensi procurator praepositus est, ut tota annona sub cura principis esset, vel eorum, quibus hanc curam mandasset (cf. Mommsen StR. II[3] 1043 A 3 = II[2] 998), cui nomen fuit *procurator annonae Ostis* (*Ostiensis*) vel *ad annonam Ostiis* (cf. C. I. L. VI 1603. VIII 1439. X 7580. XIV 154. 160. 161. 172. 2045. Eph. Ep. VII 1212 = Dess. n. 1426. 1430. 1358. 1431. 1428. 1427. 1429. 1534. 1442).

Gallica. de hac provincia hoc tantum novimus eam circa Padum fuisse, cf. Plut. Sertor. 4: *Σερτώριος — ταμίας ἀποδείκνυται τῆς περὶ Πάδον Γαλατίας.* Mommsen (StR. II[3] 572 A 2 = II[2] 557) sedem huius quaestoris Ravennam fuisse putat, quamquam admittit posse etiam cogitari de urbe Arimino in agro Gallico sita (unde provinciam hanc nomen traxisse iam suspicatus erat Ernesti ad hunc locum).

curam aerarii Saturni reddidit. per zeugmatis figuram Suetonius dixit *collegio—reddidit*, nam ut patet et ex Tac. Ann. XIII 29 et ex titulis (quos infra adscribam) duo quaestores qui eo munere fungerentur a principe electi sunt, non omnes quaestores de hac cura sortiti sunt, ut in ceteris provinciis solebant facere.

Usque ad a. 726/28 (Dio 53, 2, 1) quaestores curam aerarii habuerunt. Eam Claudius a. 797/44 (Dio 60, 24, 2) duobus ex viginti electis dedit, qui munere per tres annos functi extra ordinem praetores fiebant aut, prout munere functi esse viderentur, pecuniam accipiebant (Dio l. l. Tac. Ann. XIII 29).

Unus ex duobus quaestoribus, qui primi post a. 797/44 aerario praefuerunt nobis cognitus est: Domitius Decidius socer Agricolae (Tac. Agr. 6), cf. C. I. L. VI 1403 = Dess. n. 966: . . . *[Do]mitio T. f. Vol. Decidio [III] viro capitali [elect]o a Ti. Claudio Caesare [Augus]to Germanico qui primu[s quaes]tor per triennium citra [sorte]m praeesset aerario Saturni praetori;* qui titulus simul docet Decidium extra ordinem omissa aedilitate praetorem factum esse, confirmatque quae Tacitus et Dio tradunt. Etiam alium quaestorem a Claudio aerario impositum novimus ex titulo Suasense Bormann, Ungedr. Inschr. p. 19 = Dess. n. 967: *L. Coiedio L. f. Ani. Candido tr. mil. leg. VIII Aug. III v. capital. quaest(ori) Ti. Claud(ii) Caes(aris) Aug(usti) Ger(manici) quaest. aer(arii) Sat(urni) cur(atori) tab(ularum) p(ublicarum) Hunc Ti. Cl(aud.) Caes. Aug. Germ. revers(um) ex castr(is) don(is) m[il(itaribus)] don(avit) cor(ona) aur(ea) mur(ali) val(lari) hast(a) [p]ura eund(em)[q(ue)] cum*

quam medio tempore praetores aut, uti nunc, praetura functi sustinuerant. C. 2.

---

ha[be]r(et) inter suos q(uaestores) eod(em) ann(o) [e]t a[e]r(arii) Sat(urni) q(uaestorem) esse ius(sit). Pub[lice]. Tertium memorat Tac. Ann. XIII 28: *Obultronium Sabinum, aerarii quaestorem.*

medio tempore. inter a. 726/28 et a. 797/44.

praetores. post a. 731/23 duo ex praetoribus sorte ducti aerario praefuerunt, cf. Dio 53, 32, 2: *ὁ Αὔγουστος — στρατηγοὺς δέκα — ἀπέδειξε · — ἔμελλον δὲ αὐτῶν οἱ μὲν ἄλλοι τὰ αὐτὰ ἅπερ καὶ πρόσθεν ποιήσειν, δύο δὲ ἐπὶ τῇ διοικήσει ὅσα ἔτη γενήσεσθαι.* Tac. Ann. XIII 29: *deinde — sorte ducebantur ex numero praetorum, qui praeessent (aerario Saturni); neque id diu mansit, quia sors deerrabat ad parum idoneos.*

Saepius *praetores aerarii* vel *ad aerarium* nominantur apud scriptores, cf. Frontin. aq. 100. Tac. Ann. I 75. Dio 60, 4, 4. 10, 3, et in titulis, cf. C. I. L. V 4329. IX 2845. 5645. X 5182. XIV 3607 = Dess. n. 940. 915. 937. 972. 964. C. I. L. VI 1265. Bull. Com. 1883, p. 227. Röm. Mitth. VI (1891) p. 159.

aut praetura functi. ab a. 726/28 usque ad a. 731/23, cf. Dio 53, 2, 1: *πρός τε τὴν διοίκησίν σφων δύο κατ' ἔτος ἐκ τῶν ἐστρατηγηκότων αἱρεῖσθαι ἐκέλευσε.* Tac. Ann. XIII 29: *Augustus senatui permisit deligere praefectos.* Cf. quoque Suet. Aug. 36: *Auctor fuit (Augustus) — ut cura aerarii a quaestoribus urbanis ad praetorios praetoresve transiret.*

Cum iis quae Suetonius hoc loco dicit pugnare videtur titulus Tusculanus (quem, cum cognomina absint, optimae aetatis esse apparet ideoque ante a. 809/56 positum esse) C. I. L. XIV 2604 = Dess. n. 965: *M. Cusinius M. f. Vel. aed. pl. aerario praef. pr.* Ubi tamen cum Dessau ad C. I. L. l. l. munus extraordinarium intellegendum est, cf. Mommsen StR. II³ 558 A 1 = II² 544.

uti nunc. Claudii enim institutio non diu mansit, sed Nero a. 809/56 duos praefectos aerario Saturni ex praetura perfunctis delegit, qui minimum per triennium praeessent, cf. Tac. Ann. XIII 28: *princeps curam tabularum publicarum a quaestoribus ad praefectos transtulit.* ibid. 29: *Igitur Nero praetura perfunctos et experientia probatos delegit.* Mommsen StR. II³ 559 A 5 = II² 546. Ultimis annis imperii Neronis (post a. 846/63 praefectus aerarii Saturni fuit L. Funisulanus Vettonianus, si is revera Nerone principe illo munere functus est, cf. C. I. L. III 4013 = Dess. n. 1005. Tac. Ann. XV 7), vel, id quod multo probabilius est, statim post mortem Neronis cura aerarii praetoribus duobus reddita est, cf. Tac. Hist. IV 9 (a. 822/69): *nam tum a praetoribus tractabatur aerarium.* Quamdiu hoc manserit nescimus, a Vespasiano id immutatum esse verisimile puto (ita quoque Mommsen StR. II³ 590, Herzog II 837). Sub Nerva et Traiano praetorios viros aerario praefectos fuisse tituli demonstrant et auctores, cf. C. I. L. XIV 2925. V 5262 = Dess. n. 1024. 2927. Plin. paneg. 92.

Cui, me iudice, non contradicit titulus Antii repertus C. I. L. X 8291 = Dess. n. 1041: *C. Atilio Cn. f. . . . o Juliano Cl. R[ufi]no cos. II procos. provinc. Afr[ic]ae leg. Aug. pr. p[r. provi]nciae Syriae et provinciae Cappad[ociae] et Armeniae maior. et minor. — pr. urb. praef. aerarii Sat[urni praef. aerar. m]ilitar. leg [leg. . . . Ge] m. p. f. —.* (Atilium enim praefectum aerarii Saturni fuisse antequam haec scripserit Suetonius efficitur mentione provinciae Armeniae maioris, cf. Mommsen C. I. L. l. l.), nam Atilium et aerarii Saturni et aerarii militaris praefectum ante praeturam fuisse vix credi potest, ita ut cum Henzeno (C. I. L. X p. 1018) et Dessau l. l. praeturam suo loco non stare putem contra Mommsen (C. I. L. l. l. StR. II³ 1011 A 3 = II² 971). Ceterum Suetonius minus recte dicit etiam sua aetate solos praetura functos aerario praefuisse, id quod sine dubio recte dixit de praefectis aetatis

C. 24. Triumphalia ornamenta Silano, filiae suae sponso, nondum puberi dedit, maioribus vero natu tam multis tamque facile, ut epistula communi legionum nomine exstiterit

Tac. Ann. XII 3. qui (Caesar) — iuvenem (Silanum) et alia clarum insigno triumphalium — protulerat ad studia vulgi.

Dio 60, 31, 7. ὅτι ὁ Σιλανὸς ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐνομίζετο, καὶ ὑπὸ τοῦ Κλαυδίου οὕτως ἐτιμᾶτο ὥστε καὶ ἐπινικίους τιμὰς ἐν παισὶ λαβεῖν.

Dio 60, 23, 2. ἔνειμε δὲ τοῖς μὲν βουλευταῖς τοῖς συνεξετασθεῖσίν οἱ τὰς ἐπινικίους τιμάς, οὐχ ὅτι τοῖς ὑπατευκόσιν, ὅπερ καὶ ἄλλως ἀφθονώτατα καὶ ἐπὶ τοῖς ἐλαχίστοις ἐποίει κ. τ. λ.

Tac. Ann. XI 20. Nec multo post Curtius Rufus eundem honorem (triumphalium ornamentorum) adipiscitur, qui in agro Mattiaco recluserat specus quaerendis venis argenti; unde tenuis fructus nec in longum fuit, at legionibus cum damno labor, effodere rivos, quaeque in aperto gravia, humum infra moliri. Quis subactus miles et quia plures per provincias similia tolerabantur, componit occultas litteras nomine exercituum, precantium imperatorem, ut, quibus permissurus esset exercitus, triumphalia ante tribueret.

Augusti et Neronis, (cf. Tac. l. l.), nam illa aetate etiam viris inter praetorios allectis praefecturam illam datam esse docet exemplum Cornuti Tertulli, amici Plinii, cf. C. I. L. XIV 2925 = Dess. n. 1024: — *praefecto aerari Sa[tu]r[ni] legato pro praetore provinc[iae] Cretae et Cyrenarum a[dl]e[cto] inter praetorios a divis Ves[pasiano] et Tito censoribus aedili Ce[reali]* —.

Silano. de hoc cf. c. 29.

filiae—sponso. cf. ad c. 12.

nondum puberi. idem tradit Dio (60, 31, 7): ἐν παισί. Uterque tamen scriptor „rem per se inhonestam exaggerasse videtur" (Mommsen Eph. Epigr. I p. 62). Ex titulo enim Tusculano C. I. L. XIV 2500 = Dess. n. 957 (quem ad nostrum pertinere docuit Mommsen l. l. p. 63): *[L. Iunius M.] f. M. n. Silanu[s Torquatus honoratus an]n. XVIII [triumphalib. ornam. q. pr. inte]r civis e[t peregrinos gener Ti. Claudi C]aesaris Augus[ti]* patet Silanum ornamentis triumphalibus donatum esse anno aetatis duodevicesimo (Mommsen l. l. XVII legere maluit propter Suetonium et Dionem, sed XVIII omnes auctores tuentur), qua aetate his saltem temporibus pueri Romani iam diu togam virilem sumpserant.

Ornamenta accepit sine dubio in triumpho Britannico (a. 797/44), cum Pompeius et Silanus socerum Claudium in Britanniam comitati, nuntium victoriae Romam reportassent (Dio 60, 21, 5), verba enim Dionis (60, 5, 8) et ipsius Suetonii (c. 12) vetant ne ornamenta in sponsaliis data esse putemus.

dedit. cf. ad c. 1 *percepit.*

tam multis. non solum consularibus, ut mos erat, sed etiam aliis, cf. Dio 60, 20, 4: ὥστε (Γναῖος Ὀσίδιος Γέτας) καὶ τιμὰς ἐπινικίους, καίπερ οὐχ ὑπατευκώς, λαβεῖν. Praefectum praetorio Rufrium Pollionem etiam statua triumphali honoravit (Dio 60, 23, 2). Quid Claudius effecerit (nam similia quae narrat Suet. Ner. 15 vix primo quinquennio Neronis facta sunt) tradit Tac. Ann. XIII 53 (a. 811/58): *Quietae ad id tempus res in Germania fuerant, ingenio ducum, qui pervulgatis triumphi insignibus maius ex eo decus sperabant, si pacem continuavissent.*

petentium, ut legatis consularibus simul cum exercitu et triumphalia darentur, ne causam belli quoquo modo quaererent. Aulo Plautio etiam ovationem decrevit ingressoque urbem obviam progressus, et in Capitolium eunti et inde rursus C. 24.

Tac. Ann. XIII 32. A. Plautio, quem ovasse de Britannis rettuli (cod. qui ovans se de Britannis rettulit).

Dio 60, 30, 2. ὁ δὲ Πλαύτιος ἀπὸ τοῦ Βρεττανικοῦ πολέμου, ὡς καὶ καλῶς αὐτὸν διαχειρίσας (e Reiskii coniectura, χειρίσας codd.) καὶ κατορθώσας, καὶ ἐπῄνεθη ὑπὸ τοῦ Κλαυδίου καὶ ἐθριάμβευσε.

Eutrop. VII 13. tam civilis autem circa quosdam amicos exstitit, ut etiam Plautium, nobilem virum, qui expeditione Britannica multa egregia fecerat, triumphantem ipse prosequeretur et conscendenti Capitolium laevus incederet.

---

legatis consularibus i. e. viris consularibus legatis Augusti pro praetore. Hac aetate provinciae principis quibus legati consulares praeerant, hae erant: Hispania Tarraconensis, Britannia, Pannonia, Moesia, Dalmatia et Syria, quibus accedunt legati exercituum Germanicorum superioris et inferioris, cf. Marq. StV. I² p. 494.

ne causam belli quaererent. hanc non solam causam fuisse, cur epistula scripta sit, patet ex Tacito (Ann. XI 20), secundum quem potius composita est, ne legati consulares militibus ad opera laboriosa atque ignominiosa abuterentur. (laborem metalli vel inter poenas haberi notum est, cf. Dig. 48, 19, 28 pr., Marq. Vit. Priv.² p. 265 A 1.)

Sed me iudice epistula tetigit quoque ornamenta triumphalia data Corbuloni bello contra Cauchos negato, cf. Tac. Ann. XI 19: *Sed caede eius (Gannasci) motae Chaucorum mentes, et Corbulo semina rebellionis praebebat —. Igitur Claudius adeo novam in Germanias vim prohibuit, ut referri praesidia cis Rhenum iuberet — (XX). Insignia tamen triumphi indulsit Caesar, quamvis bellum negavisset* Suetoniumque nobis alteram huius epistolae partem, Tacitum alteram tradidisse puto. Itaque non assentior Nipperdey-Andresen ad Tac. Ann. XIII 53 (cf. supra) statuentibus, veram causam cur epistula scripta sit a Suetonio non traditam esse.

Aulo Plautio. Aulus Plautius filius videtur A. Plautii (fortasse eiusdem, qui praetor peregrinus fuit a. 755/2 (fasti Arv. C. I. L. I² 1 p. 70) proconsulis Cypri (Eckhel D. N. III 84); consul suffectus fuerat a. 782/29 (fasti Nol. C. I. L. X 1233. fasti Arv. l. l. C. I. L. IV 1555). Ad eum spectat titulus in agro Tergestino repertus C. I. L. V 698: *[H]anc viam, derectam per Atium centurion(em) post sententiam dictam ab A. Plautio legato Ti. Claudi Caesaris Aug. Germ. et postea translatam a Rundictibus in fines C. Laecani Bassi, restituit iussu Ti. Claudi Caesaris Aug. Germ. imperatoris L. Rufellius Severus primipilaris*, sed quae legatio hic intellegenda sit incertum, Mommsenus (ad C. I. L. l. l.) autem probabile putat eum legatum provinciae fuisse et Dalmatiae potius quam Pannoniae. Nominatur praeterea in titulo mutilato in agro Allifano reperto C. I. L. IX 2335 = Dess. n. 961: .... *o M. f. Ter. Celeri .... [X vir stli]tibus iudican. q. .... lli cos. legatus missus [a Ti. Augusto? c]um A. Plautio in Apulia .... [ad servos to]rquendos* —, sed hic quoque incertum est quando illo munere Plautius functus sit; secundum Mommsenum (StR. II³ 1075 A 3) in ipso consulatu; supplet enim cum O. Hirschfeldo nomen consulis a. 782/29 *[L. Rube]lli cos.*, Dessau vero cogitare mavult de Camillo aliquo (fortasse consule a. 785/32). Plautius a. 796/43

C. 24. revertenti latus texit. Gabinio Secundo Cauchis gente Germa-

praefuit expeditioni Britannicae (cf. ad c. 17) et primus legatus consularis Britanniae factus est (ab a. 796/43 usque ad a. 800/47, cf. Dio 60, 30), cf. Tac. Agr. 14 Suet. Vesp. 4. De uxore eius Pomponia Graecina filia P. Pomponii Graecini cos. suff. a. 769/16 (C. I. L. VI 10399) cf. Tac. Ann. XIII 32. Friedländer, S. G. I[5] p. 452.

[p. 115] *ovationem.* sub primis principibus ii solum triumphabant, qui imperium proconsulare secundarium habebant (post a. 824/71 ne ii quidem). Plautio igitur, cum non suis sed principis auspiciis rem gessisset, triumphus concedendus non erat, Claudiumque concedentem recte Mommsenus (StR. I[3] 131 A 2 = I[2] 137) perverso iudicio usum fuisse censet

Cum Dio ovationem Plautii sub anno 800/47 rettulerit, neque Tacitus eius mentionem fecerit, Plautium initio a. 800/47 ovantem urbem introiisse certum est.

latus texit i. e. laevus incessit, ut recte Eutropius (VII 13) interpretatus est. *Latus* enim *tegere* (*claudere*, *dare*) alicui dicitur is, qui ad laevam incedit, locutioque desumpta est e re militari, ubi latus laevum tegi debet, cum dextra armata sit, cf. Xenoph. Cyrop. VIII 4, 3: *ὡς ἐπιβουλευτέρας ταύτης οὔσης ἢ τῆς δεξιᾶς.* Cf. Hor. Sat. II 5, 18: *Utne tegam spurco Damae latus.* Juv. III 131: *divitis hic servo cludit latus.* Seneca Quaest. Nat. VII 32, 3: *mares inter se uxoresque contendunt, uter det latus illis.*

Gabinio Secundo Cauchis—superatis. De P. Gabinio sub anno 794/41 haec tradit Dio 60, 8, 7 (quem locum dabo secundum Venetum): *καίτοι καὶ τούτῳ τῷ ἔτει ὅ τε Γάλβας ὁ Σουλπίκιος Χάττους* (text. rec.: *Μαυρουσίους) ἐκράτησε, καὶ Πούπλιος Γαβίνιος Μαυρουσίους* (text. rec.: *Χάττους) νικήσας τά τε ἄλλα ηὐδοκίμησε, καὶ ἀετὸν στρατιωτικὸν ὃς μόνος ἔτι παρ' αὐτοῖς ἐκ τῆς Οὐάρου συμφορᾶς ἦν ἐκομίσατο, ὡς καὶ ἀληθὲς ὄνομα αὐτοκράτορος ἀπ' ἀμφοτέρων σφῶν τὸν Κλαύδιον λαβεῖν.* Ubi *Μαυρουσίους* corruptum esse apparet. Neque verbis *Μαυρουσίους* et *Χάττους* sedes inter se mutare iussis ut textus receptus habet (quod etiam legibus artis criticae parum congruit) multum lucramur, Galbam enim a. 794/41 Germaniam rexisse certum est (Suet. Galb. 6. 7) quem eodem adhuc anno in Mauretania fuisse veri prorsus est absimile. Neque e coniecturis placet Xylandri *Μάρσους*, quippe qui a Germanico usque ad perniciem deleti sint (Tac. Ann. XI 25), neque Palmeri *Χερούσκους*, quae quamquam bonum sensum praebet, nimis a tradita lectione recedit neque sic causa mendi intellegitur. Quare, cum verisimile sit Dionem et Suetonium eandem rem narrare (nam ante a. 800/47, ante quem res facta sit necesse est propter silentium Taciti, inter legatos exercitus Germanici inferioris non locus est alteri Gabinio Secundo (cf. Liebenam, Forsch. p. 192) et vix melior causa cogitari possit cur Gabinius ita honoratus sit quam quod aquila clade Variana amissa recepta est) acquiescendum est opinioni a Zangemeister, Westd. Zeitschr. 1892 p. 312 A 1 prolatae: *Μαυρουσίους* interpolatum esse pro *Καύχους* a nescio quo, qui propter verba sequentia *οἱ αὐτοὶ αὖθις Μαῦροι* (quae spectant ad verba ante *καίτοι κ. τ. λ.* posita) etiam nostro loco Mauros nominari oportere putarit.

Num autem Dio recte praenomen *Publius* tradiderit dubitari potest. Ex duobus enim titulis, altero Venafrano C. I. L. X 4881: *C. Herennio C. f. Ter. Melai aedili II vir L. Nonio Asprenate cos.* (a. 759/6) *III non. Sept. h(ora) X natus est A. Gabinio Secundo cos. III non. Sept. h. X moritu[r] Melante filio*, altero bilingui Amastride reperto Eph. Epigr. V 86 = C. I. L. III Suppl. 6983: — *C. Iulius [Aquila pr]aef. fabr. bis in aerarium delatus a cos. A. Gabin[io Secundo Ta]uro Statilio Corvino* —. — *Γάιος] Ἰούλιος Ἀκυίλας ἔπαρχος δὶς εἰς τὸ αἰρ[άριον φερόμε]νος ὑπὸ ὑπάτων Αὔλου Γαβεινίου Σεκο[ύνδου Ταύρου Στα]τειλίου Κορουίνου* —, patet aetate

nica superatis, cognomen Cauchius usurpare concessit. C. 24.

XXV. Equestris militias ita ordinavit, ut post cohortem alam, post alam tribunatum legionis daret; stipendiaque

---

Claudii vixisse A. Gabinium Secundum qui ante a. 799/45 (quo anno Corvinus consul fuit, cf. ad c. 13 p. 59) consulatu functus sit. Quam ob causam iam Borghesi (Opp. 5, 43) ex solo titulo Venafrano collegit Dionem in praenomine erravisse. Borghesi verum vidisse non negaverim, sed omnino assentiendum est Mommseno (Eph. l. l. p. 41) dicenti „is redargui non poterit, qui defendens lectionem apud Dionem P. Gabinium Secundum qui a. 794/41 Chaucos devicit (quem antea consulem fuisse oportet) et A. Gabinium Secundum cos. ante a. 798/45 statuit diversos esse."

(Ritterling (Westd. Zeitschr. 1894 p. 28) apud Dionem 60, 28, 2: *(σπουδάσαντος) τοῦ Κλαυδίου τὸν Σαβῖνον τὸν τῶν Κελτῶν ἐπὶ τοῦ Γαΐου ἄρξαντα ἐν μονομαχίᾳ τινὶ ἀποκτεῖναι ἡ Μεσσαλῖνα ἔσωσε* pro *Σαβῖνον* correxit *Γαβίνιον*, nostrum intellegens; sine causa, nam locus egregie explicatus a Friedländer. S. G. II[5] 333 A 8 correctione non eget.)

[p. 116] *Cauchis.* Cauchi vel Chauci habitabant mari adiacentia inter Amisiam et Albim flumina dividebanturque in Chaucos minores et maiores, cf. Ptol. II 11, 11 (7 Müll.): *Καῦχοι οἱ μικροὶ μέχρι τοῦ Οὐισουργίος ποταμοῦ, εἶτα Καῦχοι οἱ μείζους μέχρι τοῦ Ἄλβιος ποταμοῦ.* Tac. Germ. 35. De vita eorum cf. Plin. H. N. 16, 2 sq. Cauchos autem minime fractos esse docent ea quae Tacitus narràt Ann. XI 18. 19. XIII 55.

cognomen Chaucius. Nominativus raro pro Accusativo vel Genitivo legitur, ubi nomen pendet a verbo Accusativum regenti. Kühner Gr. L. II p. 309, 5 huius usus haec tantum exempla affert: Ovid. Met. I 169: *Est via sublimis, caelo manifesta sereno; Lactea nomen habet.* XV 96: *At vetus illa aetas, cui fecimus aurea nomen.* VI 400: *aequor Marsya nomen habet, Phrygiae liquidissimus amnis.* Justinus XII 4, 11: *haec suboles nomen habuit Epigoni.*

concessit. liberae rei publicae aetate talia cognomina a senatu decreta sunt (cf. Mommsen StR. III 213 A 2) et etiam sub Augusto cf. ad c. 1: *senatus decrevit—Germanici cognomen.* Qua de causa *concessit* ita accipiendum puto, ut sensus sit: Claudius auctor apud senatum fuit, ut cognomen Chaucius Gabinio daretur. Quod exemplum addendum est iis quae Mommsenus protulit StR. III 1187.

Equestris militias. proprie equestris militia est ea militia qua funguntur equites Rom. (inclusis senatorum filiis, qui tantum tribunatum laticlavium accipiunt), hoc autem loco intelleguntur quas soli equites Rom. artiore sensu (exclusis filiis senatorum) peragunt, hac aetate praefecturam cohortis, tribunatum legionis, praefecturam alae, praefecturam castrorum et fortasse alias, cf. Mommsen StR. III 544 A 3. 4.

Primum *militia equestris* hoc sensu legitur apud Plinium ep. VII 25, 2: *Terentius Junior equestribus militiis atque etiam procuratione Narbonensis provinciae integerrime functus.*

post cohortem alam, post alam tribunatum legionis i. e. ut post praefecturam cohortis daret equitum vel alae, post hanc tribunatum cohortis vel legionis. Huius promotionis exemplum dat titulus C. I. L. XIV 2960 = Dess. n. 2681: . . . . *tio P. f. Ani. Varo [pra]ef. fabr. praef. cohort. German. [pra]ef. equit. trib. mil. legionis V. . . . . P. f. Ani. Varo q. pr. pontif. pr. quinq. Capituli Hernico(rum) fil. . . . . et sibi fecit.* Tituli tamen docent hanc constitutionem Claudii non diu mansisse, sed usitatum promotionis ordinem hunc fuisse, ut post praefecturam cohortis daretur tribunatus cohortis sive legionis, post tribunatum praefectura alae; neque ordo a Suetonio traditus invenitur in ceteris titulis aetatis Claudii, cf. C. I. Gr. 3991: *[Λ]εύκιον Πού-*

C. 25. instituit et imaginariae militiae genus, quod vocatur supra numerum, quo absentes et titulo tenus fungerentur. Milites domos senatorias salutandi causa ingredi etiam patrum decreto prohibuit. Libertinos, qui se pro equitibus R. agerent,

---

πιον Λευ[κ]ίου υἱὸν Σαβατείνᾳ [Π]ραίσεντα χειλίαρχον [ἔ]παρχον ἱππέων ἄλη[ς Π]ειкεντεινῆς ἐπίτρο[π]ον Καίσαρος πρὸς ὄ[χ]θαις Τιβέρεως ἐπίτρο[π]ον Τιβερίου Κλαυδίου [Κ]αίσαρος Σεβαστοῦ Γερ[μ]ανικοῦ καὶ Νέρωνος [Κ]λαυδίου Καίσαρος [Σεβ]α[στ]οῦ Γερμανικοῦ [Γ]αλα[τ]ικῆς ἐ[π]αρχεία[ς] —.

Suetonius huius rei bene peritus, nam principum *ab epistulis* litteras scribebant quibus iis qui militia equestri functuri erant, munus deferebatur, rem tamquam novam neque firmam ordinationem tradidisse videtur. Cf. Hirschfeld V. G. p. 247 sq. Mommsen StR. III 544 A 2.

stipendiaque instituit. haec verba (de quibus altum silentium apud Hirschfeld l. l., Marq. StV. II² 367 sq. Herzog II 974 sq.) Mommsenus StR. III 548 (cf. A 4) ita accipienda putat, ut iam inde a Claudio equites certo militiarum (3) numero perfungi deberent, id quod sine dubio saeculo secundo obtinebat. Quod si verum, regulam illam non severe observatam fuisse apparet, cf. C. I. L. VI 1359. III 726. VI 3720 = Dess. n. 1378. 1419. 1418 (ubi procuratores nominantur una tantum militia equestri perfuncti); C. I. L. II 4136. VI 798. XI 5028 = Dess. 1399. 1448. 1447 (in his procuratores duabus militiis perfuncti reperiuntur); neque ab ipso Claudio, cf. C. I. L. V 533 = Dess. n. 2702: *P. Palpellius P. f. Maec. Clodius Quirinalis p. p. leg. XX trib. milit. leg. VII C(laudiae) p(iae) f(idelis) proc. Aug. praef. classis dedit* (homo enim a. 809/56 ipse se interfecit, cf. Tac. Ann. XIII 30).

imaginariae militiae genus. de hac militia nihil novimus. Mommsenus StR. III 552 A 1 suspicatur ad eos spectare titulos municipales (C. I. L. IX 4887. X 337. 5186, plura exempla apud Mommsen l. l.) ubi tribunatus militum nominatur nomine legionis non addito, quamquam ut ipse dicit aut nomen legionis aut verba *a populo* ibi omissa esse possunt.

titulo tenus i. e. ut titulum tantum haberent, non ipso munere fungerentur, cf. Caes. 76: *consulatus titulo tenus gessit.* Dom. 1. 13. Liv. XXXIV 5: *verbo tenus.* Tac. Hist. I 33: *ianua ac limine tenus.* Ann. XV 6: *usurpatas nomine tenus urbium expugnationes.* XV 45: *doctrina ore tenus exercitus.* Gellius XVII 8, 5: *ore tenus imprudens.*

etiam patrum decreto. hoc Suetonius minus accurate tradidisse videtur. Claudius enim, ut imperator, milites vetuit ne domos senatorias intrarent, sed senatus consulto decretum est, ne senatores milites domi reciperent. Sic a. 768/15 senatus consulto cautum erat, *ne domos pantomimorum senator introiret* (Tac. Ann. I 77).

Libertinos, qui se pro equitibus R. agerent. habendo sc. angustum clavum anulumve aureum, vel sedendo in quattuordecim ordinibus. Imprimis tamen hic cogitandum est de iure anulorum aureorum usurpato, quod a. 776/23 senatus consulto iis tantum concessum erat, qui censu equestri avoque libero erant, annoque post (777/24) lege Visellia (cf. Karlowa l. l. I 622 sq. Mommsen StR. III 424 A 3) poena contra libertinos iura altioris ordinis usurpantes constituta erat. Cf. Cod. Iust. 9, 21: *Lex Visellia libertinae conditionis homines persequitur, si ea quae ingenuorum sunt circa honores et dignitates censi fuerint attemptare vel decurionatum arripere, nisi iure anulorum aureorum impetrato a principe sustentantur. — Qui autem libertinus se dicit ingenuum, tam de operis civiliter, quam etiam lege Visellia criminaliter poterit perurgueri.*

Nihilominus multos contra legem anulos aureos gessisse docet Plinius H. N. 33, 33: *adeoque id promiscuum esse coe-*

publicavit; ingratos et de quibus patroni quererentur revocavit in servitutem advocatisque eorum negavit, se adversus libertos ipsorum ius dicturum. Cum quidam aegra et affecta mancipia in insulam Aesculapii taedio medendi exponerent, omnes qui C. 25.

Dio 60, 13, 2. τούς τε ἀπελευθέρους τοὺς ἐπί τε τοῦ Τιβερίου καὶ ἐπὶ τοῦ Γαΐου τοῖς δεσπόταις σφῶν ἐπιβουλεύσαντας, τούς τε τὴν ἄλλως συκοφαντήσαντάς τινας ἢ καὶ καταψευδομαρτυρήσαντάς τινων, δεινῶς ἐμίσει, καὶ αὐτῶν τοὺς μὲν πλείους οὕτως (ἐν μονομαχίαις) ἀνήλισκε, τοὺς δὲ ἕτερόν τινα τρόπον ἐκόλαζε, πολλοὺς δὲ καὶ τοῖς δεσπόταις αὐτοῖς ἐπὶ τιμωρίᾳ παρεδίδου.

Dio 60, 28, 1. ἐπῄνουν καὶ νὴ Δία καὶ ἐκεῖνο ὅτι ἐντυχόντος τινὸς τοῖς δημάρχοις κατὰ τοῦ ἐξελευθερώσαντος αὐτόν, καὶ ὑπηρέτην ἐπ' αὐτὸν αἰτήσαντος καὶ λαβόντος, ἠγανάκτησε, καὶ ἐκεῖνόν τε καὶ τοὺς συνεξετασθέντας αὐτῷ ἐκόλασε, καὶ προσέτι καὶ ἀπηγόρευσε μηδὲ τοῖς οὕτω (τισιν Baumgarten—Crusius, μηδένα (hoc iam Reiske) τοῖς δούλοις Reimar) κατὰ τῶν δεσποτευσάντων αὐτῶν βοηθεῖν, εἰ δὲ μή, στερέσθαι τοῦ δίκην αὐτοὺς ἑτέροις λαγχάνειν.

Dio 60, 29, 2. τοὺς μέντοι ἀλλοτρίους ἀπελευθέρους ὁ Κλαύδιος, εἴ που κακουργοῦντας λάβοι, δεινῶς τιμωρῶν, τοῖς ἰδίοις — προσέκειτο.

Marcianus Dig. 37, 14, 5. Divus Claudius libertum, qui probatus fuit patrono delatores summisisse, qui de statu eius facerent ei quaestionem servum patroni esse iussit eum libertum.

---

pit, ut apud Claudium censorem unus ex equitibus Flavius Proculus CCCC ex ea causa reos postularet.

publicavit i. e. in servitutem vendidit. Quod a Claudio non ut censore (censori enim tale ius non fuit), id quod colligi posset ex loco Pliniano modo allato, sed ut principe factum esse recte animadvertit Mommsen StR. III 424 A 4.

ingratos. patrono suo libertinus reverentiam et obsequium praestare debet, cf. Ulpian. Dig. 37, 15, 9: *Liberto et filio semper honesta et sancta persona patris ac patroni videri debet.* Qui obsequium (quod quid sit vide apud Karlowa l. l. p. 143 sq., Rein. Privatr. p. 599 A 1) non praestabant *ingrati* nominabantur (*male meritos* eos vocat Tac. Ann. XIII 26), cf. Dig. 37, 14, 9: *Ingratus libertus est, qui patrono obsequium non praestat, vel res eius filiorumve tutelam administrare detractat.*

revocavit in servitutem. in hac quoque re Claudius legitimam poenam sine dubio supergressus est, nam adhuc Ulpiani aetate ingrati qui manus attulerant ad metalla damnabantur (cf. Dig. 37, 14. 1). Quae autem poena legis Aeliae Sentiae fuerit, quae accusationem ingrati liberti dedit, (cf. Dig. 50, 16, 70. Hadr. Sent. III 3) ignoratur.

adversus libertos ipsorum ius dicturum. accuratius Suetonius quam Dio 60, 28, 1: στερέσθαι τοῦ δίκην αὐτοὺς ἑτέροις λαγχάνειν, secundum quem Claudius advocatos omnino facultate alios accusandi privasset. (Mommseni enim explicationem horum verborum (StR. II³ 297 A 1) non amplector).

in insulam Aesculapii. sic insula in flumine Tiberi sita appellata est templo Aesculapii ibi exstructo (Cf. Liv. X 47. Per. XI. Val. Max I 8, 2. Plin. H. N. 29, 72).

taedio medendi exponerent. ut deus

C. 25. exponerentur liberos esse sanxit, nec redire in dicionem domini, si convaluissent; quod si quis necare quem mallet quam exponere, caedis crimine teneri. Viatores ne per Italiae oppida nisi aut pedibus aut sella aut lectica transirent, monuit edicto. Puteolis et Ostiae singulas cohortes ad arcendos incendiorum casus collocavit.

Dio 60, 29, 7 = Zon. XI 9 p. 468 = Suidas s. v. Κλαύδιος. *ἐπειδή τε πολλοὶ δούλους ἀρρωστοῦντας οὐδεμιᾶς θεραπείας ἠξίουν ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐξέβαλλον, ἐνομοθέτησε πάντας τοὺς ἐκ τοῦ τοιούτου περιγενομένους ἐλευθέρους εἶναι.*

---

eos curaret. Romae enim quoque, ut Epidauri, aegri in templo Aesculapii dormiebant, quibus deus per somnum indicaret, quae via medendi ingrediunda esset, cf. C. I. L. VI 5. Kaibel, Inscr. Gr. Italiae et Siciliae 966.

omnis liberos esse sanxit. edicto, cf. Dig. 40, 8, 2: *servo quem pro derelicto dominus ob gravem infirmitatem habuit, ex edicto divi Claudii competit libertas.* Cod. Iust. VII 6, 3. Dio 60, 29, 7 *(ἐνομοθέτησε).* Anno 800/47 hoc factum esse dicit Dio (l. l.)

caedis crimine teneri. quod Claudius de aegris servis statuit, de omnibus servis ab Hadriano demum Antoninoque Pio constitutum est, cf Vita Hadr. 18. Gaius I 53.

nisi aut pedibus aut sella aut lectica. vetitum igitur est ne equo curruve veherentur. Quod Hadrianus (Vit. Hadr. 32, 6) et M. Antoninus (Vit. M. Anton. 23, 8) renovarunt.

Huc quoque spectat me iudice notitia Suidae s. v. *Κλαύδιος: ἀπηγόρευσε δὲ καὶ τὸ καθήμενόν τινα ἐπὶ ἅρματος διὰ τῆς πόλεως ἐλαύνειν,* vix enim homines admonendos fuissse credo ne Romae curru veherentur, quod dudum vetitum fuit, cf. Mommsen StR. I[3] 393 sq = I[2] 377 sq.

monuit. igitur homines praescripta, quae iam antea data esse ex hoc loco colligitur non observarant.

Puteolis. ibi iam liberae rei publicae aetate granaria erant, cf. Cic. de Fin. Bon. II 26, 84: *num igitur utiliorem tibi hunc Triarium putas esse posse, quam si tua sint Puteolis granaria?* et in maximo Italiae emporio sine dubio plura horrea mercibus destinata fuerunt.

Ostiae. ibi quoque permagna horrea exstructa erant, quibus frumentum aliaeve merces condi solebat, praesertim portu exstructo, cf. Dio 60, 31, 4: *ὡς δ' οὗτός (Κλαύδιος) τε ἐς τὰ Ὤστια πρὸς ἐπίσκεψιν σίτου κατέβη,* C I. L. XIV 20 = Dess. n. 372: — *proc. ad oleum in Galbae (sc. horreis) Ostiae utriusque portus.* XIV 4089, 4 = XV 4: *horreis Postumianis* (cf. tamen Dressel ad C. I. L. XV l. l.). XIV 194. Hirschfeld V. G. I p. 144 A 3.

singulas cohortes. Ostiae cohortem fuisse confirmant duo loci Taciti; Hist. I 80: *septumam decumam cohortem e colonia Ostiensi in urbem acciri Otho iusserat.* II 63: *addidit temptatam cohortem, quae Ostiae ageret* (hoc loco ipsa illa cohors septima decima intellegenda videtur). Ex priore loco simul apparet cohortem illam non ex vigilum numero fuisse, sed aut civium Romanorum septimam decimam praeterea non memoratam, aut quod multo verisimilius est, ex urbanarum numero (cf. Mommsen Hermes XVI p. 645). Quod certum esset, si ex titulo prope Misenum reperto C. I. L. X 1765 = Dess. n. 2128: *d. m. Q. Juni Q. fil. Iullini militis coh. XV urb. vixit annis XXXIIII militavit annis XVI L. Justius Valerianus heres p(onendum) c(uravit)* certo colligi posset, id quod Mommseno l. c. colligendum esse videtur, Puteolis cohortem XV urbanam stationem habuisse.

Peregrinae conditionis homines vetuit usurpare Romana nomina dum taxat gentilicia. Civitatem R. usurpantes in campo Esquilino securi percussit. Provincias Achaiam et Macedoniam, quas Tiberius ad curam suam transtulerat senatui reddidit. Lyciis ob exitiabiles inter se discordias libertatem ade- C. 25.

Dio 60, 24, 1 (sub a. 797/44). τὴν δὲ Ἀχαΐαν καὶ τὴν Μακεδονίαν αἱρετοῖς ἄρχουσιν, ἐξ οὗπερ ὁ Τιβέριος ἦρξε, διδομένας ἀπέδωκεν ὁ Κλαύδιος τότε τῷ κλήρῳ.

Dio 60, 17, 3 (sub a. 796/43). τούς τε Λυκίους στασιάσαντας, ὥστε καὶ Ῥωμαίους τινὰς ἀποκτεῖναι, ἐδουλώσατό τε καὶ ἐς τὸν τῆς Παμφυλίας νομὸν ἐσέγραψεν.

Saeculo autem altero et tertio p. Chr. Ostiae stationem habuit vexillatio delecta ex septem cohortibus vigilum, cf. C. I. L. XIV p. 9. Eph. Ep. VII 1200 1204 = Dess. n. 2154. 2155. Eph. Epigr. l. l. p. 364.

Romana nomina. cf. edictum Claudii de civitate Anaunorum C. I. L. V 5050 = Dess. n. 206 (in fine): *Quod benificium is ita tribuo, ut quaecunque tanquam cives Romani gesserunt egeruntque aut inter se aut cum Tridentinis alisve rat[a] esse iubea[m] nominaque ea quae habuerunt antea tanquam cives Romani ita habere is permittam*, Mommsen StR. III 213 A 5.

civitatem R. usurpantes i. e. peregrinos. Peregrinitatis reum habes c. 15. *usurpantes* i. e. usum contra ius invadentes, qua significatione vox hac demum aetate legitur, cf. Plin. pan. 81, 3: *Usurpabant gloriam istam illi quoque principes, qui obire non poterant.* Tac. Ann. XIV 18: *Usurpata concedere scripsit (Nero).*

in campo Esquilino. extra portam Esquilinam, ubi animadverti in sontes solebat, cf. Plaut. Cas. II 6. Mil. Glor. II 4, 6. Tac. Ann. II 22, et de servis pauperibusque eo quidem loco, cui nomen sessorium erat, cf. Plut. Galb. 28. Schol. Cruq. ad Horat. Epod. 5, 100. Sat. I 8, 11. Tac. Ann. XV 60.

securi percussit. cf. Arrian. Diss. Epict. 3, 24, 24: Οἱ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας καταψευδόμενοι κολάζονται πικρῶς.

Achaiam et Macedoniam quas Tiberius ad curam suam transtulerat. a. 768/15, cf. Tac. Ann. I 76: *Achaiam ac Macedoniam onera deprecantes levari in praesens proconsulari imperio tradique Caesari placuit.* Coniunctae erant cum provincia Caesaris Moesia, ita ut omnibus tribus provinciis legatus consularis praeesset, sub quo legatus Caesaris aut consularis (Pomponius Flaccus cos. a. 770/17 legatus Moesiae fuit a. 771/18, cf. Tac. Ann. I 66) aut praetorius (Pomponius Labeo, cf. Dio 58, 24; Martius Macer, cf. infra. Latinius Pandusa (Tac. Ann. II 66) et P. Vellaeus (Tac. l. l. III 32) fuerintne consulares an praetorii non constat) Moesiae et duabus legionibus ibi tendentibus impositus erat, cf. von Domaszewski Mus. Rhen. 1890 p. 1 sqq.

senatui reddidit. a. 797/44, cf. Dio 60, 24, 1. Utraque provincia postea regebatur a proconsule praetorio, cf. Marq. StV. I² 319, 331. Achaiae autem primus proconsul fuisse videtur (ut von Domaszewski l. l. p. 5 recte collegit ex verbis *citr*]*a sor*[*t*]*em*) Martius Macer nominatus in titulo Arretino C. I. L. XI 1835 = Dess. n. 969: . . . . *Martio L. f Pom.* [*Mac*]*ro trib. mil. leg. II IIII vir. v*[*iar. cur. q.*] *aed. cur. pr. leg. Ti. Claudi Caes*[*aris Aug. pr.*]*pr. provinc. Moesiae leg. IV Scyt*[*hic. et leg.*] *V Maced. procos. prov. Achai*[*ae citr*]*a sor*[*t*]*em ex d. d. p.*

Lyciis—libertatem. Λυκίων τὸ κοινόν libertatem (sine dubio ex foedere concessam, cf. Mommsen StR. III 687 A 2, quod minus recte negat Treuber, Gesch.

mit, Rhodiis ob paenitentiam veterum delictorum reddidit.

Tac. Ann. XII 58 (sub a. 806/53). Eodem oratore (Nerone) — reddita Rhodiis libertas, adempta saepe aut firmata, prout bellis externis meruerant aut domi seditione deliquerant.

Suet. Ner. 7. Apud eundem consulem pro Bononiensibus Latine, pro Rhodiis atque Iliensibus Graece verba fecit.

---

der Lykier, Stuttgart 1887, p. 170 A 2) inde a Sullanis temporibus (cf. Mommsen ad C. I. L I 589 = Dess. n. 31) habebat, unicaque civitas foederata erat, quam principes manere passi sunt (de institutis eius cf. Marq. StV. I² 376 sq.; Treuber l. l. 171 sq.).

[p. 121] *ademit.* a. 796/43 secundum Dionem (60, 17, 3), qui tamen minus recte Lyciam Pamphyliae adiunctam esse tradit, siquidem adhuc a. 803/50 Pamphyliam proprio procuratori paruisse colligitur ex titulo C. I. L. III Suppl. 6737 = Dess. n. 215: *[T]i. Claudius Drus[i f.] Caesar Au[g. G]erm[an]icus pontif. maxim[u]s tr. po[t] X imp. XIIX p. p. cos. desi[g.] V [p]er M. Ar[ru]ntium Aqu[il]am procur. su[um] vias refecit.* (Errorem Dionis inde ortum credo, quod quae Claudius instituisset confuderit cum constitutione Vespasiani (cf. Vesp. 8. Marq. l. l.); vix enim Treubero (p. 211) concesserim Claudium primo Lyciam Pamphyliae adiungere voluisse, deinde vero id consilium abiecisse, itaque Dionem rem etiam Suetonio accuratius tradidisse).

Lycia facta est provincia Caesaris fuitque sub praetorio legato Aug. pro praetore; primus (certe ante a. 802/49) eo munere functus esse videtur Q. Veranius (cf. ad c. 10 p. 45), cf. titulum apud Benndorf—Niemann, Reisen in Lykien und Karien I p. 62: *ϑεοῖς σωτῆρσι Σεβαστοῖς ἐπὶ Κο[ίντου Οὐηραν]ίου πρεσβευτοῦ Τιβερίου Κλαυδίου Καίσαρ[ος Σεβαστο]ῦ ἀντιστρατήγου.* (Ab eo civitatem Rom. adeptus esse videtur Q. Veranius Philagros memoratus in titulis apud Waddington n. 1212. 1213).

ademit. Claudius apud senatum auctor fuit ut Lyciis libertas adimeretur; nam quamquam princeps solus iure proconsulatus maioris ita agere potuit, semper tamen cum civitas libera in provinciae formam redigitur senatus consulitur (cf. Mommsen StR. II³ 956 A 1 = II² 915) et Dio l. l. hanc rem in senatu tractatam esse dicit: *ἐν δὲ τῇ διαγνώσει ταύτῃ, ἐποιεῖτο δὲ αὐτὴν ἐν τῷ βουλευτηρίῳ κ. τ. λ.*

Rhodiis. Rhodus, civitas foederata (cf. Marq. StV. I² 75), a. 797/44 libertatem amiserat, civibus aliquot Romanis cruci affixis, cf. Dio 60, 24, 4: *τῶν τε Ῥοδίων τὴν ἐλευθερίαν ἀφείλετο, ὅτι Ῥωμαίους τινὰς ἀνεσκολόπισαν,* provinciaeque, ut videtur, Asiae adiuncta erat.

reddidit. auctore Claudio senatus consultum factum esse apparet, cum et Tacitus (Ann. XII 58) et Suetonius de hac re in curia deliberatum esse tradant.

Rhodii legatos miserant, ut libertatem recuperarent, quorum causam suscepit Nero (cf. Tac. l. l. Suet. Ner. 7). Eius auxilium celebravit Antiphilus Anth. Pal. IX 178: *Ὡς πάρος Ἀελίου νῦν Καίσαρος ἡ Ῥόδος εἰμὶ Νᾶσος, ἴσον δ' αὐχῶ φέγγος ἀπ' ἀμφοτέρων. Ἤδη σβεννυμέναν με νέα κατεφώτισεν ἀκτὶς Ἅλιε καὶ παρὰ σὸν φέγγος ἔλαμψε Νέρων. Πῶς εἴπω, τίνι μᾶλλον ὀφείλομαι: ὃς μὲν ἔδειξεν Ἐξ ἁλός, ὃς δ' ἤδη ῥύσατο δυομέναν.* Legatos in patriam reversos statuis honoratos esse docet titulus Rhodius mutilatus, Hiller v. Gaertringen, Inscr. Graec. Insul. Rhodi 2, qui in fine etiam Neronis auxilii mentionem fecisse videtur, cf. l. 13 sq.: *ἀποδοθεῖσ]ας τᾶ πόλει τᾶς πατρίου πολειτείας καὶ τῶν νόμων ὑπὸ τῶν [.. Νέρω]νος Καίσαρος —.* Quod ad annun quo haec facta sint attinet, a Tacit hoc sub anno 806/53 tradenti dissent Suetonius cuius verba Ner. 7: *Deduct in forum tiro populo congiarium, n liti donativum proposuit — exin pa*

Iliensibus, quasi Romanae gentis auctoribus, tributa in perpetuum remisit, recitata vetere epistula Graeca senatus populique R. Seleuco regi amicitiam et societatem ita demum pollicentis, si consanguineos suos Ilienses ab omni onere immunes praestitisset. C. 25.

Tac. Ann. XII 58. D. Iunio Q. Haterio consulibus (a. 806/53) — Nero Octaviam — in matrimonium accepit. Utque studiis honestis et eloquentiae gloria enitesceret, causa Iliensium suscepta Romanum Troia demissum et Iuliae stirpis auctorem Aeneam aliaque haud procul fabulis vetera facunde executus, perpetrat, ut Ilienses omni publico munere solverentur.

---

gratias in senatu egit. Apud eundem consulem — verba fecit aliam explicationem vix admittunt nisi hanc: Nero apud Claudium consulem (a. 804/51) Bononiensium, Rhodiorum, Iliensium causas egit. Utrum erravisse iudicem haereo, pro Suetonio tamen facit quod Neronem etiam praefectum urbi feriarum Latinarum causa ante matrimonium cum Octavia initum fuisse dicit, de qua re tacet Tacitus, ita ut in universum Suetonium vitam Neronis accuratius tradidisse negari nequeat. (Hiller v. Gaertringen l. l. Suetonium sequitur). Minus recte Lehmann (l. l. p. 348. 358. 367) auctorum narrationes ita contaminavit, ut Neronem a. 804/51 Bononiensium, a. 805/52 Rhodiorum, a. 806/53 Iliensium causam suscepisse dicat, nam uterque auctor in hoc consentit, quod omnes causas uno eodemque anno tractatas esse narrat.

Iliensibus, quasi Romanae gentis auctoribus. diiudicari iam non potest, utrum Suetonius voce *quasi* fidem negaverit traditioni vulgatae, secundum quam Romani a Troianis orti essent, an cum Strabone (XIII p. 601) Demetrium Scepsium secutus non crediderit Ilienses i. e. incolas novi Ilii originem a Troianis duxisse, id quod et ipsi Ilienses perhibuerunt et scriptores Romani omnes (cf. Friedländer S. G. II[b] 118) crediderunt.

tributa in perpetuum. Ilienses immunitatem a Caesare dictatore confirmatam habebant, cf. Strabo XIII 1, 27 p. 595: *χώραν τε προσένειμεν αὐτοῖς καὶ τὴν ἐλευθερίαν καὶ τὴν ἀλειτουργησίαν αὐτοῖς συνεφύλαξε, καὶ μέχρι νῦν συμμένουσιν ἐν τούτοις.* Plin. H. N. 5, 30, 124: *Ilium immune.* Quod privilegium iam et confirmatum et adauctum esse apparet, cf. Tac. Ann. XII 58: *ut Ilienses omni publico munere solverentur.* Callistratus Dig. 27, 1, 17 § 1: *Iliensibus et propter inclitam nobilitatem civitatis et propter coniunctionem originis Romanae iam antiquitus et senatus consultis et constitutionibus principum plenissima immunitas tributa est, ut etiam tutelae excusationem habeant, scilicet eorum pupillorum, qui Ilienses non sint; idque divus Pius rescripsit.* Mommsen StR. III 682 A 3.

remisit. auctore Claudio senatus consultum factum est. Eodem anno hoc factum, quo Rhodiis libertas reddita est, qua de re cf. supra.

senatus populique R. sic usum suae aetatis secutus Suetonius scripsit, quamquam proprie scribendum fuit *populi senatusque Romani*, cf. Mommsen StR. III 1255 A 2.

Seleuco. ut verisimile est Seleuco II Callinico, qui regnavit ab a. 508/246 usque ad a. 528/226, cf. Droysen, Hellenismus III 1, 387 A 1. Polyb. V 78, 6.

[p. 124] *Judaeos.* initio imperii sui Claudius vetuit ne Judaei in synagogas suas coirent, cf. Dio 60, 6, 6: *τούς τε Ἰουδαίους πλεονάσαντας αὖθις, ὥστε χαλεπῶς ἂν ἄνευ ταραχῆς ὑπὸ τοῦ ὄχλου σφῶν τῆς πόλεως εἰρχθῆναι, οὐκ ἐξήλασε μέν, τῷ δὲ δὴ πατρίῳ βίῳ χρωμένους ἐκέλευσε*

C. 25. **Iudaeos impulsore Chresto assidue tumultuantis Roma expulit.**

Acta Apost. 18, 2. *καὶ εὑρών (Παῦλος) τινα Ἰουδαῖον ὀνόματι Ἀκύλαν, Ποντικὸν τῷ γένει, προσφάτως ἐληλυθότα ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, καὶ Πρίσκιλλαν γυναῖκα αὐτοῦ (διὰ τὸ διατεταχέναι Κλαύδιον χωρίζεσθαι πάντας τοὺς Ἰουδαίους ἐκ τῆς Ῥώμης) προσῆλθεν αὐτοῖς.*

Orosius VII 6, 15 sq. Anno eiusdem (Claudii) nono expulsos per Claudium urbe Iudaeos Josephus refert; sed me magis Suetonius movet (*sequuntur ipsa Suetonii verba*). quod utrum contra Christum tumultuantes Iudaeos coerceri et comprimi iusserit, an etiam Christianos simul velut cognatae religionis homines voluerit expelli nequaquam discernitur.

μὴ συναθροίζεσθαι. Claudius igitur primo mitius deinde severius contra tumultuantes Judaeos egit, nam mihi Dio non de eadem re de qua Suetonius tradere videtur, ut inter alios placuit Lehmanno l. l. p. 141, Friedländer S. G. III[5] 575 A 10 Mommseno (H. R. V 523 A 1), Berliner, Gesch. d. Juden in Rom (1893) p. 25).

impulsore Chresto. multi viri docti (antiquiores vide apud Baumgarten—Crusium), e quibus nomino Lehmann l. l. p. 141, de Rossi, Bull. Arch. Christ. 1865. Dec., Aubé, Hist. d. Perséc. I 408. Allard, Hist d. Perséc. pend. l. 2 premiers siècl. p. 19 A 2, Neubaur, Progr. Elbing (1880) p. 11, Huidekoper, Judaism at Rome p. 228, A. 236, Friedländer l. l. A 9, Schürer l. l. II p. 509 A 70, Berliner l. l. (plures enumerantur apud Schürer. et Berliner.) Orosium secuti hic *Christum* intellegi putant. Quae opinio (cui iam codicum lectio *Chrestus* non obstat, nuperrime enim Blass (Hermes XXX p. 465 sqq.) docuit scriptores profanos omnes saeculi primi alterique nostrae aerae scripsisse *Chrestus Chrestiani*, quod a librariis demum mutatum esse) mihi non probatur propter vocem *impulsore*, quae mihi de eo tantum dici posse videtur, qui nondum est mortuus. Cf. locos quos affert Schiller H. I. R. p. 447 A 6. Cic. de prov cons. 8, 18: *omnem illam tempestatem — Caesare impulsore atque adiutore esse excitatam.* ad Att. XVI 7, 2: *quamvis fueris suasor et impulsor profectionis meae.* Tac. Hist. IV 68: *ne ferocia aetatis et pravis impulsoribus — paci belloque male consuleret.* Itaque post alios, e quibus nomino Schiller l. l., Duruy, Hist. Rom. IV 406 A 6, Weiss, die Röm. Kaiser in ihrem Verhältniss zu Jud. u. Christ. (Progr. d. Theresian. Wien 1882) I p. 13, Mommsen, H. R. V 523 A 1, Blass. l. l. p. 468) sermonem esse puto de nescio quo Iudaeo, cui nomen fuit Chrestus. (Possis sane conicere Suetonium a fonte suo qui, cum nesciret, quis Christus sive Chrestus esset, de eo quasi de vivo tradidisset, in errorem inductum esse, sed non reticendum hanc quoque coniecturam aeque incertam esse atque eas, quas de causa cur Iudaei inter se tumultuati sint viri docti protulerunt).

tumultuantes. qua de causa nescimus. Putant viri docti (cf. imprimis Berliner l. l.) dissensum inde natum, quod, ut alibi factum esse constat, nonnulli carmen precationis duodeviginti benedictionum ita mutare voluerint, ut adventus Christi i. e. Messiae iam ratio haberetur, coniectura sane speciosa, sed incerta (Weiss l. l. ipsum Chrestum Christianae religioni addictum fuisse coniecit).

Roma expulit. de anno, quo hoc factum sit, minime inter viros doctos convenit, sicut de anno quo Paulus Corinthum venerit varias opiniones protulerunt. Sane constat non ita magnum spatium inter Judaeorum expulsionem Paulique adventum interfuisse (cf. Acta Apost. 18, 2: *προσφάτως ἐληλυθότα ἀπὸ τῆς Ἰταλίας*), qua de causa Schillero, Burs. Jahresb. 1881, 3. p. 359 ob silentium Taciti hoc ante medium annum 800/47 factum esse statuenti non assentior. Equidem nullam causam esse

Germanorum legatis in orchestra sedere permisit, simplicitate eorum et fiducia commotus, quod in popularia deducti, cum animadvertissent Parthos et Armenios sedentis in senatu, ad eadem loca sponte transierant, nihilo deteriorem virtutem aut conditionem suam praedicantes. Dryi- C. 25.

Tacitus Ann. XIII 54 (sub a. 811/58). Dubius Avitus — perpulit Verritum et Malorigem (Frisios) preces suscipere. Profectique Romam, dum aliis curis intentum Neronem opperiuntur, inter ea, quae barbaris ostentantur, intravere Pompeii theatrum, quo magnitudinem populi viserent. Illic per otium (neque enim ludicris ignari oblectabantur) dum consessum caveae, discrimina ordinum, quis eques, ubi senatus, percontantur, advertere quosdam cultu externo in sedibus senatorum; et quinam forent, rogitantes, postquam audiverant earum gentium legatis id honoris datum, quae virtute et amicitia Romana praecellerent, nullos mortalium armis aut fide ante Germanos esse exclamant, degrediunturque et inter patres considunt. Quod comiter a visentibus exceptum, quasi impetus antiqui et bona aemulatio.

---

video, cur ab Orosio nono anno Claudii hoc tribuenti discedamus. Ceterum Claudio auctore senatus consultum factum esse credo, cf. Tac. Ann. II 85: *Actum et de sacris Aegyptiis Iudaicisque pellendis, factumque senatus consultum* (sub Tiberio). Mommsen StR. III 1193.

Germanorum legatis. locum Tac. Ann. XIII 54 inter testimonia adscripsi, cum haud dubium esse putem, quin eadem res a Tacito narretur, quem etiam rectius tradere rem sub Nerone factam esse crediderim, quamquam res ad liquidum perduci non potest. Factum id est a. 810/57 (Tacitus hic quoque res per plures annos gestas sub uno anno tradit), cum a. 811/58 bellum inter Parthos Romanosque geri coeptum sit. (cf. Tac. Ann. XIII Ann. 34. Schiller, Gesch d. Röm. Kaiserr. u. Nero p. 115). Sin vero Suetonius recte tradidit, legatio Germanorum incidit in annum 800/47, quo anno Parthorum legatos Romam missos esse tradit Tac. Ann. XI 10 (cf. XII 10), cf. von Gutschmid, Gesch. Irans p. 127 (secundum Mommsen H. R. V 380 legatio a. 802/49 missa est propter Tac. l. l. XII 10); quo anno (neque a. 802/49) a Tacito legationis Germanorum nulla mentio fit.

in orchestra sedere permisit. mos antiquus apud Romanos fuit ut legati ad populum R. missi cum senatu ludos spectarent, cf. Mommsen StR. III 1154. Quod Augustus in hunc modum mutavit, ut legatos liberarum urbium ab aliis secerneret honoremque servaret legatis exterarum gentium regumque sociorum, cf. Suet. Aug. 44: *Romae legatos liberarum sociarumque gentium vetuit in orchestra sedere, cum quosdam etiam libertini generis mitti deprendisset.* (de hoc loco cf. Mommsen l. l. 1155 A 1). Quod postea mansit ut noster et Taciti locus docet et Dio 68, 15, 2: ὅτι ὁ Τραιανὸς τοὺς πρεσβευτὰς τοὺς παρὰ τῶν βασιλέων ἀφικνουμένους ἐν τῷ βουλευτικῷ θεάσασθαι ἐποίει (Mommsen l. l. A 2). Frisiorum igitur legatis, qui post a. 800/47 peregrini dediticii fuerunt (cf. Mommsen H. R. V 115 A 2) in orchestra sedere non licuit.

[p. 126] *Dryidarum religionem—dirae immanitatis.* cf. Caes. B. G. VI 16. Tac. Ann. XIV 30: *excisique luci saevis superstitionibus sacri: nam cruore captivo adolere aras et hominum fibris consulere*

C. 25. darum religionem apud Gallos dirae immanitatis, et tantum civibus sub Augusto interdictam, penitus abolevit; contra sacra Eleusinia etiam transferre ex Attica Romam conatus est, templumque in Sicilia Veneris Erycinae vetustate collap-

Victor Caes. IV 2. Denique bonis auctoribus compressa per eum vitia, ac per Galliam Druidarum (*ita Schott., cod. O* Drysadarum) famosae superstitiones.

---

deos fas habebant. Plin. H. N. 30, 13: *nec satis aestimari possit, quantum Romanis debeatur, qui sustulere monstra in quibus hominem occidere religiosissimum erat, mandi vero etiam saluberrimum.* Diod. V 31. Strabo IV 4, 5. Mela III 3, 18.

tantum civibus sub Augusto interdictum. instituerat Augustus ut primores tantum cives R. fieri possent, si deos Romanos colerent.

penitus abolevit. quod de publico cultu tantum verum. Druidae enim etiam postea manserunt, cf. Tac. Hist. IV 54, et de posterioribus temporibus Vit. Aurel. 44. Vit. Num. 13. Secundum Plinium H. N. 30, 13: *Galliasque utique possedit* (magice), *et quidem ad nostram memoriam, namque Tiberii Caesaris principatus sustulit Druidas eorum et hoc genus vatum medicorumque per S. C.* Claudius tantum renovavit senatus consultum Tiberio principe (ut videtur post rebellionem Sacroviri a. 777/24 (cf. Mommsen H R. V 96. Schiller, Burs. Jahresb. 1880 p. 501. H. I. R. I p. 290 A 9, 457 A 2) factum. Quamquam enim et silentium Plinii de Claudio et Suetonii de Tiberio mirum est, sic dissensus explicandus esse videtur, neque apud Plinium legendum est *Tiberii <Claudi> Caesaris*, ita enim Claudius a Plinio non nominatur (26, 3: *Ti. Claudi Caesaris* Tiberius intellegitur, 22, 9 lectio incerta est, 9, 62 *Tiberio Claudio principe* ad utrum spectet incertum). Quam severe Claudius egerit contra homines superstitioni Druidarum addictos docet Plin. H. N. 29, 54: *Druidis ad victorias litium ac regum aditus mire laudatur* (ovum magicum, de quo cf. ibid. 52 sq.) *tantae vanitatis, ut habentem id in lite in sinu equitem R. e Vocontiis a divo Claudio principe interemptum non ob aliud sciam.* Quando hoc factum sit incertum, non sine specie conieceris factum cum Claudius in eo esset ut expeditionem Britannicam iniret, cf. Mommsen H. R. V 158.

sacra Eleusinia. Romae quoque mystae fuerunt, ut probatur titulo Eph. Eph. IV 866: — *Cereris quoque mystes* —. An Claudius, ut Augustus (Suet. Aug. 93), ipse mysteriis illis initiatus fuerit incertum, cf. Foucart, Rev. d. phil. 1893 p. 205.

in Sicilia. haec non temere a Suetonio addita sunt, Romae enim duo quoque templa Veneris Erycinae fuerunt, alterum in Capitolio (a. 537/217) iussu librorum Sibyllinorum aedificatum, annoque post dedicatum, cf. Liv. XXII 9. XXIII 30 sq.), alterum extra portam Collinam (a. 573/181) dedicatum, cf. Liv. XL 34. Kal. fr. Arv., Henzen p. CCXXXV ad a. d. IX k. Mai.: [*vin*(*alia*) *f. V*]*eneri Eruc*[*in*(*ae*) *ex*]*tra port*(*am*) *Collin*(*am*)).

Templum Veneris Erycinae in monte Eryce (hodie S. Giuliano) prope Drepanum (h. Trapani), ut fama erat, conditum ab Aenea, hanc ob causam a senatu semper in honore habitum est, cf. Diod. IV 83: *ἥ τε σύγκλητος τῶν Ῥωμαίων εἰς τὰς τῆς θεοῦ τιμὰς φιλοτιμηθεῖσα τὰς μὲν πιστοτάτας τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν πόλεων οὔσας ἑπτακαίδεκα χρυσοφορεῖν ἐδογμάτισε τῇ Ἀφροδίτῃ καὶ στρατιώτας διακοσίους τηρεῖν τὸ ἱερόν.* Hac tamen aetate splendor templi decrevit, cf. Strabo VI p. 272: *νυνὶ δὲ ὥσπερ αὐτὴ ἡ κατοικία λειπανδρεῖ τὸ ἱερὸν καὶ τῶν ἱερῶν σωμάτων ἐκλέλοιπε τὸ πλῆθος.* Tiberius iam a. 778/25 templum restauraturum se promiserat, cf. Tac. Ann. IV 43: *Et Segestani aedem Veneris montem apud Erycum, vetustate dilapsam, restaurari postulavere, nota me-*

sum ut ex aerario pop. R. reficeretur, auctor fuit. Cum regibus foedus in foro icit porca caesa ac vetere fetialium praefatione adhibita. Sed et haec et cetera totumque adeo ex parte magna principatum non tam suo quam uxorum libertorumque arbitrio administravit, talis ubique plerumque, qualem esse eum aut expediret illis aut liberet. C. 25.

Josephus Ant. Iud. XIX 5, 1, 2, 274 sq. Κλαύδιος δὲ — διάγραμμα προυτίθει τήν τ' ἀρχὴν Ἀγρίππᾳ βεβαιῶν, — ὅρκιά τ' αὐτῷ τέμνεται πρὸς τὸν Ἀγρίππαν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς μέσης ἐν τῇ Ῥωμαίων πόλει.

---

morantes de origine eius et laeta Tiberio; suscepit curam libens ut consanguineus. Quod opus tamen a Tiberio omissum esse ex nostro loco patet. Imago veteris templi exstat in nummis C. Considii Noniani (triumviri monetalis circa annum 694/60 et C. Considii Paeti (triumv. mon. a. 705/49), cf. Babelon l. l. I p. 375. 379.

auctor fuit. sc. apud senatum. Iure enim proconsulatus maioris princeps senatum certiorem facit earum rerum, quas in senatus provinciis corrigendas putat.

cum regibus foedus—icit. ex Josepho (Ant. Iud. XIX 274) colligitur Claudium a. 794/41 cum Agrippa, cui regnum Iudaeorum dedisset, foedus icisse in foro, de quo sine dubio hic cogitandum. Quinam alii reges socii fuerint (nam de regibus sociis tantum sermonem esse recte observat Mommsen StR. III 654 A 1) incertum. Cogitandum tamen fortasse de Antiocho, cui Claudius Commagenen reddidit, de Mithradate, cui Armeniam dedit, quos Romae fuisse constat (cf. Dio 59, 24, 1. Dio 60, 8, 1. Tac. Ann. XI 8), fortasse etiam (quamquam propter verba Dionis 60, 23, 6 non valde verisimile puto, reges Britannos Romam venisse ad foedus faciendum) de regibus Britannis. (Ti. Claudium Cogidumnum (Tac. Agr. 14. C. I. L. VII 11) imprimis intellegit Mommsen l. l., quem tamen de regibus tantum Britannis sermonem esse putantem non sequor).

foedus. hoc Claudius iure suo fecit, cf. lex de imp. Vesp. l. 1: *foedusve cum quibus volet facere liceat, ita uti licuit divo Aug. Ti. Iulio Caesari Aug. Tiberioque Claudio Caesari Aug. Germanico.*

porca caesa. apud ceteros omnes, qui de fetialium ritu scripserunt (cf. Marq. III² p. 425 A 5) sermo est de *porco* non de *porca*, praeter Vergil. Aen VIII 641: *et caesa iungebant foedera porca* (ad quem locum cf. Servium et Quint. I. O. VIII 3, 19: *quaedam non tam ratione quam sensu iudicantur, ut illud »caesa iungebant foedera porca" fecit elegans fictio nominis; quod si fuisset porco, vile erat*) et Festum p. 234 M.: *caesa porca foedus firmare solebat.* Rem ipsis Romanis dubiam fuisse puto.

ac vetere fetialium praefatione. intelleguntur verba, quibus fetialis magistratum rogabat num sibi imperaret, ut foedus feriret (Marq. l. l. A. 1), cf. Liv. I 24, 5: *Postea regem ita rogavit: Rex, facisne me tu regium nuntium populi Romani Quiritium, vasa comitesque meos? Rex respondit: Quod sine fraude mea populique Romani Quiritium fiat, facio.* Hoc quoque inter obsoleta quae Claudius revocaverit fuisse remque ut insuetam a Suetonio tradi apparet.

uxorum. de Messalina cf. (Sen.) Octavia 950: *rexit principis aulam cara marito partuque potens*, de Agrippina cf. Tac. Ann. XII 7: *Versa ex eo civitas, et cuncta feminae oboediebant, non per lasciviam, ut Messalina, rebus Romanis illudenti: adductum et quasi virile servitium.*

libertorumque. cf. ad c. 28.

ubique plerumque. Oudendorpio explicanti *ubique* per *omni re et loco* non

C. 26. XXVI. Sponsas admodum adulescens duas habuit: Aemiliam Lepidam Augusti proneptem, item Liviam Medullinam, cui et cognomen Camillae erat, e genere antiquo dictatoris Camilli. Priorem, quod parentes eius Augustum offenderant,

---

assentior, cum Suetonius modo (cf. *totum principatum* i. e. omnes res quae principi agendae sunt *ex parte magna*) dixerit Claudium non omnia ex aliena voluntate fecisse. Itaque *ubique* corruptum puto. E coniecturis autem prolatis mihi quod ad sensum attinet maxime placet viri cl. Polak (l. l. p. 37) *talis <rebus> verbisque plerumque* simul docentis Suetonium *res verbaque* componere solere, cf. Gai. 1. Ner. 33. Vit. 17.

Aemiliam Lepidam Augusti proneptem. filia haec fuit L. Aemillii L. f. Paulli cos. a. 754/1 (C. I. L. VI 5531. 7398. 10395. X 891. 1582, de quo vide Pauly-Wissowa, Real-Enc. I p. 580) et Iuliae, quam Agrippa ex Iulia Augusti filia tulerat. Aemilia postea matrimonium iniit (a. 766/13 vel antea cum Augusto etiamtum vivo abnepotem genuerit, cf. Plin. H. N. 7, 58) cum M. Iunio M. f. Silano (cos. a. 772/19), ut demonstravit Mommsen Eph. Epigr. I p. 58 sqq. (minus recte von Rhoden in Pauly-Wissowa, Real-Enc. I p. 592 C. Appium Junium Silanum cos. a. 781/28 maritum eius perhibet). Nominatur in titulo urbano C. I. L. VI 27034: *Suri Lepidae M. Silani locum et ollas duas accepit ab Seleuco Lepidae M. Silani* et in tegulis Bruttiis C. I. L. X 8041, 19: *Lepidae.* 20: *Lepidaes et Agrippinae.* 21: *Lepidaes M. Silani* (cf. Mommsen ad C. I. L. X p. 841).

Liviam Medullinam cui et cognomen Camillae. plenum nomen igitur erat Livia Medullina Camilla habebatque tria nomina, quod hac aetate non ita saepe reperitur (exempla enim, quae Marq. Vit. Priv.[2] 19 A 1 affert posterioris aetatis sunt), similiter nomen sorori Claudii erat Claudia Livia Iulia (de Claudiae nomine cf. C. I. L. VI 15502, de ceteris c. 1 p. 12, Mommsen ad C. I. L. VI 5198). Nomen gentile matris ei erat et duo cognomina patris (minus recte Marq. l. l. 18 A 8 etiam hoc nomen affert inter exempla, ubi nomen constat ex nomine et cognomine patris), nam patrem habuit Camillum (fortasse consulem a. 761/8), cf. titulum Veliternum, qui simul confirmat eam sponsam Claudii fuisse, C. I. L. X 6561 = Dess. n. 199: *Medullinae Camilli f. Ti. Claudii Neronis Germanici sponsae Acratus l. paedagogus.* Medullinus vetus cognomen gentis Furiae fuit, quod hac demum aetate in usum rediisse videtur, sic Lucius quidam Furius Medullinus nominatur apud Livium IV 25, 5.

dictatoris Camilli. M. Furius Camillus dictator dictus est primum a. 358/396 (Liv. V 19), iterum a 364/390 (ibid. V 46) tertium a. 365/6/389/8 (ibid. VI 2) quartum a. 386/368 (ibid. VI 38), quintum a 387/367 (VI 42).

parentes eius Augustum offenderant. mater eius Iulia a. 761/8 (cf. Tac. Ann. IV 71) adulterii damnata in insulam Trimerum relegata est, cf. Suet. Aug. 65. Tac. l. l. III 24. Pater autem etiam contra Augustum coniuravit, cf. Suet. Aug. 19: *coniurationes complures priusquam invalescerent indicio detectas, compressit — mox M. Egnatii, exin Plautii Rufi Luciique Pauli progeneri sui.* Quare nomen eius in duobus titulis libertorum eius C. I. L. VI 4499. 4500 erasum est. Neque tamen hic de coniuratione cogitandum esse puto, (quae quando facta sit incertum, saltem ante d. 14 m. Mai. a. 767/14, quo die in locum Paulli Drusus Caesar a fratris Arvalibus cooptatur, cf. C. I. L. VI 2023 a. Mommsen C. I. L. VI p. 909) sed potius de offensa, in qua Paullus apud Augustum fuit propter uxoris adulterium, quae etiam sine dubio causa fuit, cur in illum coniurarit. Itaque Aemiliam paulo post matris exilium repudiatam esse credo a. 761/8 vel 762/9.

virginem adhuc repudiavit, posteriorem ipso die, qui erat nuptiis destinatus, ex valetudine amisit. Uxores deinde duxit Plautiam Urgulanillam triumphali, et mox Aeliam Paetinam consulari patre. Cum utraque divortium fecit, sed cum Paetina ex levibus offensis, cum Urgulanilla ob libidinum probra et homicidii suspicionem. Post has Valeriam Messalinam, Barbati Messalae, consobrini sui filiam, in matrimonium accepit. C. 26.

---

virginem repudiavit. Lepida nondum legitima uxor Claudii erat, sed sponsa tantum, igitur nondum duodecim annos nata (cf. Friedländer S. G. I[5] 505). Cum autem Lepidam circa a. 751/3 natam esse satis certum sit (mater enim Iulia a. 735/19 vel postea nata est, ipsa vero a. 767/14 peperit, cf. Mommsen Eph. Epigr. I. p. 57 sq.) ante a. 763/10 a Claudio repudiata esse debet.

Plautiam Urgulanillam triumphali— patre. pater eius erat M. Plautius Silvanus, qui ornamenta triumphalia ob res in Dalmatia a. 761/8 gestas accepit, cf. ad c. 4 p. 19. Nomen duxit ab avia Urgulania, nota ob amicitiam Liviae Augustae nimiamque potentiam (Tac. Ann. II 34. IV 21 sq.), ad quam spectare videtur titulus urbanus C. I. L. VI 29586: *P. Urgulanius Ɔ l. Helico simo Urgulaniae.* Cum Aemilia Lepida a. 761/8 vel 762/9 repudiata sit, et postea Livia Medullina Claudio desponsa ipso die nuptiis destinato obierit, Plautiam Urgulanillam ante a. 763/10 Claudii sponsam fuisse vix credo at fuit, ni fallor iam a. 765/12, cum in epistula, quam eo anno scriptam esse supra (ad c. 4, p. 21) demonstrare conatus sum, Augustus de fratre eius loquatur ut de *homine* Claudio *affini.* cf. ibid. p. 20. Matrimonium autem a. 772/19 vel antea contractum sit necesse est, cum a. 773/20 filius ex illa susceptus iam memoretur, cf. Tac. Ann. III 29. infra c. 27 p. 135.

Aeliam Paetinam consulari patre. Aelia Paetina (quam Joseph. Ant. Iud. XX § 150 perperam primam uxorem Claudii fuisse dicit) filia erat Q. Aelii Tuberonis cos. 743/11 (C. I. L. I 799. 800. IX 5289. X 1935. XIV 2234), cf. Tac. Ann. XII 1: *Aelia Paetina e familia Tuberonum* (locum von Rhoden in Pauly-Wissowa Real-Enc. I p. 539 omisit, qui hoc tantum: „man denkt ohne Grund an Sex. Aelius Catus cons. 757/4"). Antonia, filia Claudii ex Paetina, cum a. 794/41 a Cn. Pompeio Magno ducta sit (Dio 60, 5. 7) a. 782/29 vel antea nata sit necesse est; constat quoque ante hunc annum Claudium matrimonium cum Paetina iniisse.

levibus offensis. postea etiam de novo matrimonio cum ea ineundo cogitavit, cf. infra.

libidinum probra. adulterium, cf. c. 27: *Claudiam ex liberto Botere conceptam.*

Valeriam Messalinam. ad eam nondum Claudii coniugem spectat C. I. L. VI 8840 = Dess. n. 1664: *Sabbio pup(ae) Valer(iae) Messalinae disp(ensator).* VI 4459. Duxit eam Claudius a. 792/39 vel antea, cum Octavia a. 793/40 vel antea nata sit.

Barbati Messalae consobrini sui filiam. pater enim huius M. Valerius M. f. Messala Barbatus Appianus cos. a. 742/12 (fast. Cap.), in quo magistratu mortuus est (Dio 54, 28), uxorem duxerat Marcellam minorem, Octaviae minoris, sororis Augusti, filiam, quae antea nupserat Paullo Aemilio Lepido, ut demonstravit Mommsen C. I. L. VI p. 909. *Consobrini* igitur hoc loco artiore sensu accipiendum est, nam pater Messalinae Claudio quarto gradu cognatus erat (Gai. 26: *Ptolemaeum regis Iubae filium, consobrinum suum* intellegitur quinto gradu cognatus proprieque dicendum fuit *propiorem sobrino*). Pater Messalinae M. (hoc enim praenomen liberti filiae habent) Valerius Messala Barbatus ceteroquin ignotus est. Etiam mater Messalinae,

C. 26. Quam cum comperisset super cetera flagitia atque dedecora C. Silio etiam nupsisse dote inter auspices consignata, supplicio

Tac. Ann. XI 26 sq. Nec ultra exspectato, quam dum sacrificii gratia Claudius Ostiam proficisceretur, cuncta nuptiarum sollemnia celebrat. Haud sum ignarus fabulosum visum iri tantum ullis mortalium securitatis fuisse in civitate omnium gnara et nihil reticente, nedum consulem designatum cum uxore principis, praedicta die, adhibitis, qui obsignarent, velut suscipiendorum liberorum causa convenisse, atque illam audisse auspicum verba, subisse ⟨flammeum⟩, sacrificasse apud deos; discubitum inter convivas; oscula, complexus; noctem denique actam licentia coniugali. Sed nihil compositum miraculi causa, verum audita scriptaque senioribus tradam.

Dio 60, 31, 3 = Zon. XI 10 p. 467. *τόν τε γὰρ Σίλιον τὸν Γάιον, τὸν τοῦ Σιλίου τοῦ ὑπὸ Τιβερίου σφαγέντος υἱόν, ἄνδρα ἐπεγράψατο, καὶ τούς τε γάμους πολυτελῶς εἱστίασε καὶ οἰκίαν αὐτῷ βασιλικὴν ἐχαρίσατο, πάντα τὰ τιμιώτατα τῶν τοῦ Κλαυδίου κειμηλίων συμφορήσασα ἐς αὐτήν, καὶ τέλος ὕπατον αὐτὸν ἀπέφηνε.*

Victor Caes. IV 11. Et sane in id progressa mulier erat, uti animi ac pellicum gratia marito Ostiam profecto, Romae nuptias cum altero frequentaret.

Juv. X 331 sqq. optimus hic et formosissimus idem Gentis patriciae rapitur miser extinguendus Messalinae oculis; dudum sedet illa parato Flammeolo Tyriusque palam genialis in hortis Sternitur et ritu decies centena dabuntur Antiquo, veniet cum signatoribus auspex.

(Seneca) Octavia 259 sqq. Furore miserae duro genitricis meae Quae nupta demens nupsit incesta face, Oblita nostri, coniugis, legum immemor.

Dio 60, 31, 5 = Zon. XI 10 p. 468. *αὐτὸς (Κλαύδιος) ἠπείχθη εἰς τὴν πόλιν, καὶ ὥσπερ εἶχεν ἐσελθὼν ἄλλους τε πολλοὺς καὶ τὸν Μνηστῆρα ἐθανάτωσεν, αὐτήν τε τὴν Μεσσαλῖναν ἐς τοὺς τοῦ Ἀσιατικοῦ κήπους — ἀναχωρήσασαν ἀπέσφαξε.*

Joseph. Ant. Iud. XX 8, 1, 149. *προχνηρήκει γὰρ τὴν γυναῖκα Μεσσαλῖναν διὰ ζηλοτυπίαν.*

Domitia Lepida filia Antoniae maioris (Tac. Ann. XI 37. XII 64. Suet. Ner. 5) Claudii consobrina (artiore sensu) fuit, ipsa igitur Messalina et per patrem et per matrem Claudio sobrina propior.

comperisset. per Narcissum, Pallante et Callisto non ausis, cf. Dio 60, 31 et imprimis praeclaram narrationem Taciti Ann. XI 27—38.

cetera flagitia. Cf. Dio 60 (passim), Tac. Ann. XI (passim), Plin. H. N. 10, 172, Victor Caes. IV 5—9 (Vict.) Epit. IV 5—7. Juv. VI 115— 132.

C. Silio. pater huius erat C. Silius A. Caecina Largus cos. a. 766/13 (C. I. L. VI 7479. 9050. 10051 X 6639), amicus Germanici (Tac. Ann. IV 18), qui legatione exercitus Germanici superioris per septem annos suscepta (Tac. l. l.), a. 774/21 tumultum Sacroviri concidit

affecit confirmavitque pro contione apud praetorianos, quatenus sibi matrimonia male cederent, permansurum se in caelibatu, ac nisi permansisset, non recusaturum confodi C. 26.

Victor Caes. IV 10. Qui (liberti Claudii) primo sceleribus coniventes, ubi pares patronae facti sunt, eam quoque ignaro, quasi iubente tamen, domino per satellites interfecere.

Seneca Apocol. 11, 1. Tu Messalinam, cuius aeque avunculus maior eram quam tuus, occidisti. Nescio, inquis? Di tibi malefaciant: adeo istuc turpius est, quod nescisti quam quod occidisti.

(Tac. l. l. III 42 sqq.), pauloque post (a. 777/24) auctore Seiano a consule Visellio Varrone maiestatis et repetundarum reus factus ipse sibi mortem conscivit (Tac. Ann. IV 18 sqq.), memoria tamen nihilo minus a senatu damnata (Tac. Ann. XI 35). Cf. Dio 60, 31, 5. Velleius II 130. Mater erat Sosia Galla, Agrippinae Germanici amica, quae parte bonorum publicata deportata est (Tac. Ann. IV 20).

Ipse Silius, *pulcherrimus iuventutis Romanae* (Tac. Ann. XI 12) hac tempore consul designatus erat (Seneca Apocol. 13, 4), sed consulatus dies appropinquabat (Tac. l. l. 28), aut igitur in menses Nov. et Dec. a. 801/48 (ita Nipp.-Andr. ad Tac. Ann. XI 5) aut (ut rectius mihi Mommsen (StR. I[3] 587 A 4 = I[2] 568) suspicatus esse videtur) designatus erat in Kal. Jan. a. 802/49. Ex voluntate Messalinae Iuniam Silanam, uxorem suam, (Tac. Ann. XI 12. XIII 19. 22. XIV 12. C. I. L. X 8296, ubi vide Mommsen) repudiaverat.

[p. 130] *inter auspices.* cf. Tac. Ann. XI 27: *audisse auspicum verba.* Juv. X 336. Auspices hac aetate sunt quivis homines, qui nuptiis adsunt (*auctores nuptiarum* Cic. pro Cluent. 5, 14), cf. Cic. de div. I 16, 28: *nihil fere quondam maioris rei nisi auspicato ne privatim quidem gerebatur, quod etiam nunc nuptiarum auspices declarant, qui re omissa nomen tantum tenent.* Val. Max. II 1, 1. Marq. Vit. Priv.[2] p. 48 A 1.

supplicio affecit. mense Octobri a. 801/48 (Tac. Ann. XI 31) Silio antea interfecto (l. l. 35. Sen. Apocol. 13, 5). Accuratius tamen Messalinae mortem tradit Tacitus (l. l. 37), secundum quem non Claudii iussu, ut Suet. et Dio (60, 31, 5) narrant, interfecta est, sed Narcissi, qui Claudii paenitentiam timens tribuno cohortis praetoriae suo Marte imperare ausus est, ut eam necaret, quasi Claudius id iussisset; qui tamen rem, nihil investigans, comprobavit.

Nomen eius (cf. Tac. l. l. 38: *Iuvitque oblivionem eius senatus censendo nomen et effigies privatis ac publicis locis demovendas*) erasum est in titulo urbano C. I. L. VI 918 = Dess. n. 210, ex parte in alio C. I. L. VI 4744. Cf. C. I. Gr. 2961b.

pro contione apud praetorianos. si haec dicta sunt (quod tamen incertum est) in illa contione, de qua haec habet Tac. l. l. 35: *incensumque et ad minas erumpentem (Claudium) castris infert (Narcissus), parata contione militum, apud quos praemonente Narcisso pauca verba fecit, nam etsi iustum dolorem pudor impediebat* iam tunc Claudius consilium Messalinam necandi habuit.

quatenus i. e. *quandoquidem, quoniam*, qua particula apud Suetonium non inventa Claudius usus est. Ex antiquiore Latinitate (cf. Nipp.-Andr. ad Tac. Ann. III 16) desumpta inde ab aevo Augusti apud poëtas legitur (Hor. od. III 29, 30. Ovid. Trist. V 5. 21. Juv. XII 101) et apud scriptores, quamquam satis raro, cf. Velleius II 68, 3. Tac. dial. 5. 19. Quint. I. O. VI 2. Plin. Ep. III 7. 14. Dräger, Synt. u. Stil d. Tac. p. 76.

[p. 132] *durare—quin. durare* i. e. *sustinere*, cf. Hor. Od. I 14, 7: *vix durare carinae Possunt imperiosius aequor.* Verg.

C. 26. manibus ipsorum. Nec durare valuit quin de conditionibus continuo tractaret, etiam de Paetinae, quam olim exegerat, deque Lolliae Paulinae, quae C. Caesari nupta fuerat.

Tac. Ann. XII 1. Caede Messalinae convulsa principis domus, orto apud libertos certamine, quis deligeret uxorem Claudio, caelibis vitae intoleranti et coniugum imperiis obnoxio. Nec minore ambitu feminae exarserant: suam quaeque nobilitatem formam opes contendere ac digna tanto matrimonio ostentare. Sed maxime ambigebatur inter Lolliam Paulinam M. Lollii consularis (M. Lollio, filio M. Lollii consularis *coni. Madvig*) et Iuliam Agrippinam Germanico genitam: huic Pallas, illi Callistus fautores aderant; at Aelia Paetina e familia Tuberonum Narcisso fovebatur. Ipse huc modo, modo illuc, ut quemque suadentium audierat, promptus, discordantes in consilium vocat ac promere sententiam et adicere rationes iubet.

Aen. VIII 577: *patior quemvis durare laborem.* Statius Silv. V. 2, 153: *durabis quascunque vias.* Ut dicitur *non sustineo quin* recte hoc loco (alterum exemplum mihi non notum est) legitur *nec durare quin.* Saepius autem cum Infinitivo legitur, cf. Petr. 41, 2. Lucan. IV 519. Sil. It. X 675. XI 75.

conditionibus. sc. uxoriis, cf. Cic. de amic. 34: *dirimi (amores) tamen interdum contentione vel uxoriae conditionis vel commodi alicuius.* Saepius apud Suet. legitur, cf. Caes. 27: *Octaviam—conditionem ei detulit.* Aug. 63: *multis ac diu, etiam ex equestri ordine, circumspectis conditionibus, Tiberium privignum suum legit.* Galb. 5: *remansit in caelibatu, neque sollicitari ulla conditione amplius potuit.*

Paetinae. de hac vide supra p. 129. Fautor eius erat Narcissus, cf. Tac. Ann. XII 2: *Narcissus vetus matrimonium, filiam communem (nam Antonia ex Paetina erat), nihil in penatibus eius novum disserebat, si sueta coniux rediret, haud quaquam novercalibus odiis visura Britannicum, Octaviam, proxima suis pignora.*

Lolliae Paulinae. pater (nam apud Tac. Ann. XII 1 lectio codicum *M. Lollii consularis* stare vix potest, scribendumque videtur cum Madvigio: *M. Lollio filio M. Lollii consularis*) fuit M. Lollius ceteroquin ignotus. Avus (Plin. H. N. 9, 118) erat M. Lollius cos. a. 733/21, notus clade a Sugambris accepta (Velleius II 97. Tac. Ann. I 10. Dio 54, 20. Suet. Aug 23) et Gaii Caesaris Augusti filii quondam comes et rector, cuius amicitia cum interdictum ei esset, ipse se interemit (Velleius II 102. Plin. l. l. Tac. Ann. III 48. Suet. Tib. 12). Mater fuit Volusia, filia L. Volusi Saturnini cos. suff. a. 742/12, soror L. Volusii Saturnini cos. suff. a. 756/3, qui sub Claudio per totum principatum praefectus urbi fuisse videtur, cf. Plin. H. N. 7, 62. C. I. L. III 2976.

C. Caesari nupta. Lollia primum nupsit P. Memmio Regulo cos. suff. a. 784/31, deinde mense, ut videtur, Octobri a. 791/38 (cf. Huelsen l. infra l.) Gaio, ipso marito, cum esset legatus Moesiae, Macedoniae et Achaiae ab illo Romam ascito, ut uxorem ei desponderet (Dio 59, 12, 1. Suet. Gai. 25); paulo tamen post repudiata est (Suet l. l. Dio 59, 23, 7). Ad eam probabiliter spectare putat Huelsen fragmentum act. fr. Arv. a. 792/39 a se editum Eph. Epigr. VIII p. 329: *id*]*us Febr.* [*L. Salvius Otho flamen*] *et pro magistro c*[*ollegii fratrum Arvalium*] *nomine natali* [. . . . *in Capitolio*] *Iovi O. M. bov*[*em marem immolavit*]. Na-

Verum illecebris Agrippinae, Germanici fratris sui filiae, per ius osculi et blanditiarum occasiones pellectus in amorem, subornavit proximo senatu qui censerent, cogendum se ad ducendum eam uxorem, quasi rei p. maxime interesset, dan- C. 26.

Tac. Ann. XII 3. Praevaluere haec (quae Pallas dixerat) adiuta Agrippinae illecebris: ad eum per speciem necessitudinis crebro ventitando pellicit patruum, ut praelata ceteris, etsi nondum uxor, potentia uxoria iam uteretur.

Tac. l. l. 5. C. Pompeio Q. Veranio cos. pactum inter Claudium et Agrippinam matrimonium iam fama, iam amore illicito firmabatur; necdum celebrare sollemnia nuptiarum audebant, nullo exemplo deductae in domum patrui fratris filiae: quin et incestum; —. Nec ante omissa cunctatio, quam Vitellius suis artibus id perpetrandum sumpsit. — (7). Haud defuere, qui certatim, si cunctaretur Caesar (Agrippinam ducere), vi acturos testificantes erumperent curia. — Nec Claudius ultra exspectato obvius apud forum praebet se gratantibus, senatumque ingressus decretum postulat, quo iustae inter patruos fratrumque filias nuptiae etiam in posterum statuerentur. Nec tamen repertus est nisi unus talis matrimonii cupitor, Alledius Severus, eques Romanus, quem plerique Agrippinae gratia impulsum ferebant.

Dio 60, 31, 6. *καὶ μετ' ὀλίγον τὴν ἀδελφιδῆν 'Αγριππῖναν ἔγημε, τὴν τοῦ Δομιτίου τοῦ Νέρωνος ἐπονομασθέντος μητέρα · καὶ γὰρ καλὴ ἦν καὶ συνεχῶς αὐτῷ προσεφοίτα, μόνη τε ὡς καὶ θείῳ συνεγίγνετο, καὶ τρυφερώτερον ἢ καὶ ἀδελφιδῆ (κατ' ἀδελφιδῆν* v. Herwerden) *προσεφέρετο.*

Dio apud Zon. XI 10 p. 468. *λόγους ἐν τῇ βουλῇ ὁ Οὐϊτέλλιος ἐποιήσατο ὅτι συμφέρει τῷ κοινῷ γῆμαι τὸν Κλαύδιον. καὶ τὴν 'Αγριππῖναν ἐπιτήδειαν εἰς τοῦτο ἀπέφαινε, καὶ βιάσασθαι σφίσιν αὐτὸν ἐπὶ τὸν γάμον συνεβούλευεν. ἐντεῦθεν ὁρμηθέντες οἱ βουλευταὶ πρὸς τὸν Κλαύδιον ἦλθον καὶ ἠνάγκασαν δῆθεν αὐτὸν γῆμαι, καὶ ψήφισμα ἐποιήσαντο ἐξεῖναι Ῥωμαίοις ἀδελφιδᾶς ἄγεσθαι · πρότερον γὰρ ἐκεκώλυτο.*

Joseph. Ant. Iud. XX 8, 1, 149. *χηρεύουσαν αὐτὴν ('Αγριππῖναν) ἐπὶ πολὺν χρόνον Κλαύδιος ἄγεται πρὸς γάμον.*

Plut. Ant. 87. *'Αγριππῖνα — Κλαυδίῳ Καίσαρι συνῴκησε.*

---

talem enim Augustae celebrari verisimile, cum de natali sororum Gaii propter diem et tempus cogitari nequeat. Fautor eius apud Claudium erat Callistus, cf. Tac. Ann. XII 2: *(Callistus disserebat) longeque rectius Lolliam induci quando nullos liberos genuisset vacuam aemulatione et privignis parentis loco futuram.* Paulo post (a. 802/49) in exilium missa est, bonorum maxima parte (praedives autem erat, cf. Plin. l. l.) publicata, cf. Tac. Ann. XII 32, et in exilio iussu Agrippinae a tribuno interfecta (Tac. l. l. XIV 12).

Agrippinae. Iulia Agrippina nata erat a. d. VIII id. Nov. (cf. acta fr. Arv. C.

C. 26. damque ceteris veniam talium coniugiorum, quae ad id tempus incesta habebantur. Ac vix uno interposito die confecit nuptias; non repertis qui sequerentur exemplum, excepto libertino quodam, et altero primipilari, cuius nuptiarum officium et ipse cum Agrippina celebravit.

(Seneca) Octavia 141. Genitamque fratris coniugem captus sibi Toris nefandis flebili iunxit face.

Victor Caes. IV 12. eoque herilem stultitiam perpulere (liberti), uti senex fratris filiam in nuptias concupisceret.

(Victor) Epit. IV 10. Hic Agrippinam Germanici fratris sui filiam uxorem duxit.

I. L. VI 2039. 2041. Kal. Ant. C. I. L. I[2] 1, p. 248) anni, ut videtur, 769/16 (Tac. Ann. I 44, II 54. Suet. Gai 7, cf. Mommsen, Hermes III p. 254 sqq.). Antea duobus viris nupserat, primum Cn. Domitio Ahenobarbo cos. a. 785/32 (a. 781/28, cf. Tac. Ann. IV 75), cui filium, L. Domitium postea Neronem appellatum, peperit, deinde L. Passieno Crispo (cos. iterum a. 797/44), quem secundum schol. Juv. IV 81 fraude necavit.

[p. 133] *ius osculi.* cf. Polyb. apud Athenaeum X p. 440 f.: *πρὸς δὲ τούτοις (τὴν γυναῖκα) φιλεῖν δεῖ τοὺς συγγενεῖς τοὺς ἑαυτῆς καὶ τοὺς τοῦ ἀνδρὸς ἕως ἐξανεψίων* (i. e. inclusis sobrinis, qui sexto gradu sunt). Plut. Quaest. Rom. 6: *ἢ μὴ νενομισμένου συγγενίδας γαμεῖν, ἄχρι φιλήματος ἡ φιλοφροσύνη προῆλθεν, καὶ τοῦτο μόνον ἀπελείφθη σύμβολον καὶ κοινώνημα τῆς συγγενείας.* Festus s. v. *Osculana* p. 197 M. (De causa huius moris satis mira, quam protulit Cato apud Plin. H. N. 14, 90 (cf. Gell. X 23, 1. Athen. l. l.) cf. Sittl, Gebärden p. 38).

[p. 133] *subornavit qui censerent.* horum principem L. Vitellium fuisse tradunt Tac. (Ann. XII 5 sq.) et Dio apud Zon. XI p. 468.

talium coniugiorum, quae—incesta habebantur. antiquissimis temporibus matrimonia inter cognatos usque ad sextum gradum contrahi non poterant, cf. Tac. Ann. XII 6: *et sobrinarum (matrimonia) diu ignorata tempore addito percrebuisse.* Quod tamen iam ante a. 535/219 mutatum esse docet fragmentum libri XX Livii (Hermes IV p. 372): *P. Celius patricius primus adversus veterem morem intra septimum cognationis gradum duxit uxorem* (i. e. sobrinam). Sed ne hoc quidem diu mansit, nam Livius XLII 34, 3: *cum primum in aetatem veni, pater mihi uxorem fratris sui filium dedit* docet paulo post bellum Punicum secundum matrimonia inter cognatos quarto gradu (consobrinos artiore sensu) permissa fuisse, cuius rei meminit quoque Plut. Quaest. Rom. 6: *ὁ δῆμος ψηφισάμενος πᾶσιν ἐξεῖναι γαμεῖν ἄχρις ἀνεψίων, τὰ δὲ ἀνωτέρω κεκωλῦσθαι.* Cf. Karlowa, Röm. Rechtsgesch. II p. 175.

Iam senatus consulto a. 802/49 permissum est, ut etiam uxorem ducere liceret, quae tertio gradu cognata esset, sed tantum fratris filiam, cf. Gaius I 62: *Fratris filiam uxorem ducere licet; idque primum in usum venit, cum divus Claudius Agrippinam fratris sui filiam uxorem duxisset.* Ulpian. V 5, 6. Hoc senatus consultum abolitum demum est a. 342 p. Chr. n. a Constantino et Constante, cf. Cod. Theod. III 12, 1. Sororis autem filiam ducere numquam licuit, cf. Gaius l. l. Ulpian. l. l., nec tamen semper hoc observatum est, siquidem Nerva denuo id vetuit (Dio 68, 2, 4, cf. quoque Dig. 23, 2, 57a).

primipilari. hunc Alledium Severum equitem Romanum fuisse dicit Tac. l. l., (qui libertini, sive sponte, sive fontem suum secutus nullam mentionem fecit)

XXVII. Liberos ex tribus uxoribus tulit: ex Urgulanilla Drusum et Claudiam, ex Paetina Antoniam, ex Messalina Octaviam et quem primo Germanicum, mox Britannicum cognominavit. Drusum Pompeiis impuberem amisit, piro per lusum in sublime iactato et hiatu oris excepto strangulatum, cum ei ante paucos dies filiam Seiani despondisset. Quo magis miror fuisse, qui traderent fraude a Seiano necatum. Claudiam ex liberto suo Botere conceptam, quamvis ante quintum men-

Dio 60, 12, 5 = Zon. XI 8 p. 463. *γεννηθέντος αὐτῷ υἱέος, ὃς τότε μὲν* Κλαύδιος Τιβέριος Γερμανικὸς *ὕστερον δὲ καὶ* Βρεττανικὸς *ἐπωνομάσθη.*

Dio 60, 22, 1 = Zon. XI 9 p. 465. *μαθοῦσα δ' ἡ γερουσία τὰ κατειργασμένα* Βρεττανικόν *τε αὐτὸν ἐπεκάλεσε καὶ τὰ ἐπινίκια αὐτῷ πέμψαι ἔδωκε. — τῷ τε υἱεῖ αὐτοῦ τὴν αὐτὴν ἐπωνυμίαν ἐπέθεσαν, ὥστε καὶ κυρίως τρόπον τινὰ* Βρεττανικὸν *αὐτὸν ὀνομασθῆναι.*

Eutropius VII 13. filio autem suo Britannici nomen imposuit.

Joseph. Ant. Iud. XX 8, 1, 149. Μεσσαλῖναν *— ἐξ ἧς αὐτῷ ἐγεγόνεσαν* Βρεττανικὸς *καὶ* Ὀκταουία. *ἦν δὲ αὐτῷ καὶ* Ἀντωνία *πρεσβυτάτη τῶν ἀδελφῶν, ἣν ἐκ* Πετεινῆς *τῆς πρώτης γυναικὸς εἶχε.*

---

sine dubio eundem intellegens; saepe enim iis qui primos pilos duxerant dignitas equestris data est, cf. Mart. VI 58, 10: *et referes pili praemia clarus eques.* Marq. StV. II² p. 377. Mommsen StR. III 547.

Drusum. cf. elogium P. Plautii Pulchri, fratris Urgulanillae C. I. L. XIV 3607 = Dess. n. 964: — *avonculus Drusi Ti. Claudi Caesaris Augusti fili.*

primo Germanicum. nescio an ita nominetur in titulo originis urbanae C. I. L. VI 8562 = Dess. n. 1631: *Claudia Primigenia vix. an. XXVII Harmodi Ti. Claudi Germanici supr(a) dom(os).*

mox Britannicum. hoc nomen, a senatu propter victoriam Britannicam a. 796/43 decretum, filio, ut gereret permisit. Plenum nomen fuit Ti. Claudius Britannicus Caesar, cf. C. I. L. XI 3602. XIV 2769. Eph. Epigr. VII 1242 = Dess. n. 221. 1632. 220. Nominatur praeterea C. I. L. VI 922. 14642. VII 1202 VI 8873 = Dess. n. 1750.

Drusum Pompeiis impuberem. ex emendatione Lipsii pro codicum lectione *Pompeium puberem.*

cum ei despondisset. cf. Tac. Ann. III 29 (a. 773/20): *Adversis animis acceptum quod filio Claudii socer Seianus destinaretur.* IV 7 (a. 776/23): *communes illi* (*Seiano*) *cum familia Drusorum fore nepotes.* Ex posteriore loco apparet Drusum a. 776/23 adhuc vixisse, ex priore colligendum a. 773/20 tum iam destinatum fuisse ut filiam Seiani (tunc fortasse vix unum annum natam, cf. Tac. Ann. V 9) aliquando duceret. Cf. Nipp.-Andr. ad. Tac. Ann. IV 7. Quando Drusus desponsus mortuusque sit, ignotum. Rem tangit Dio duobus locis 58, 11, 5: *τῆς κόρης (τοῦ Σηιανοῦ), ἣν τῷ τοῦ Κλαυδίου υἱεῖ ἠγγυήκει.* 60, 32, 1: *ὁ γὰρ ἕτερος (παῖς), ὁ καὶ τὴν Σηιανοῦ θυγατέρα ἐγγυησάμενος, ἐτέθνηκει.* Huc non spectat Suet. Tib. 65: (*Seianum*) *spe affinitatis deceptum*, ut Reimar ad Dionem 58, 11, 5 voluit, ibi enim potius intellegendae nuptiae Seiani et Iuliae Drusi filiae destinatae, cf. infra ad c 29, p. 147.

Botere. nomen, quamquam num alibi

C. 27. sem divortii natam alique coeptam, exponi tamen ad matris ianuam et nudam iussit abici. Antoniam Cn. Pompeio Magno, deinde Fausto Sullae, nobilissimis iuvenibus, Octa-

Dio 60, 5, 7 = Zon. XI 9 p. 462 (a. 794/41). *τὴν δὲ (θυγατέρα) ἐκδοὺς Γναίῳ Πομπηίῳ Μάγνῳ.*

Dio apud Zon. XI 10 p. 467. *γεννηθέντος δὲ — ἐγγόνου ἐκ τῆς Ἀντωνίας τῆς θυγατρός, ἣν Κορνηλίῳ Φαύστῳ Σύλλᾳ — μετὰ τὸν τοῦ Μάγνου συνῴκισε θάνατον.*

Tac. Ann. XIII 23. Cornelius Sulla — affinitate Claudii, cui per nuptias Antoniae gener erat.

---

reperiatur nescio, recte formatum est neque necessarium credo, ut cum Baumgarten—Crusio *Botrio* legamus vel *Botro* (Botrus quidam memoratur C. I. L. VI 24163).

[p. 135] *ante quintum mensem divortii.* cf. Galb. 17: *intra sextum adoptionis diem* Tac. Ann. I 62: *sextum post cladis annum*, ubi complura exempla huius locutionis congesserunt Nipp.-Andr.

alique coeptam. infantem igitur susceperat et pro suo agnoverat.

Antoniam. huic plenum nomen fuit *Claudia Antonia*, siquidem liberti eius Claudii appellantur, cf. C. I. L. VI 9802. 14959. 15517. Ipsa memoratur C. I. L. XIV 2794: — *Antoniae Aug. f.* — Cf. quoque Eckhel D. N. VI 246.

Nata erat a. 782/29 vel antea, cum a. 794/41 Pompeio nupserit, eoque anno duodecim saltem annos nata esse debuerit. A Nerone post a. 818/65 necata est, cum nuptias eius sprevisset, cf. Suet. Ner. 35. Schol. Juv. VIII 213. Tac. Ann. XV 53). Plura de ea vide apud Pauly-Wissowa Real.-Enc. I p. 2641.

Cn. Pompeio Magno. hic filius fuit M. Licinii Crassi cos. a. 780/27 (cf. ad c. 17) et Scriboniae Cn. Pompeii Magni proneptis, cf. Mommsen Eph. Epigr. I p. 147. Gaius Caesar ei cognomen Magnum ademerat (Suet. Gai. 35. Dio 60, 5, 8. Sen. Apocol. 11, 2), atque etiam necare eum in animo habuit, nec tamen interfecit propter teneram aetatem. Claudius nomen reddidit; cum autem in actis fr. Arv. C. I. L. VI 2032 nomen eius ita legatur: *Magnus Pompeius* Mommsen, Röm. Forsch. I p. 37 suspicatus est Claudium ei pro cognomine a Gaio adempto praenomen Magnum dedisse, cui tamen opinioni elogium eius non favet. Sub Claudio vigintiviratu (accuratius non definitur) functus est, praefectusque urbi fuit feriarum Latinarum causa, concessum quoque ei, ut quinque annis maturius quam per leges liceret magistratus peteret (Dio 60, 5, 8). Frater Arvalis fuit (cf. C. I. L. VI 2032). Ex elogio eius Romae reperto Bull. d. Inst. 1885 p. 9 = Dess. n. 955: *Cn. Pomp[eius] Crassi f. Men(enia tribu) Magnus pontif. quaest. Ti Claudi Caesaris Aug. Germanici soceri sui* discimus eum quaestura functum esse, quam cum vicesimum demum annum ingressus gerere potuerit, et cum initio a. 800/47 vel a. 799/46 mortuus sit (cf. p. 140) ante a 779/26 natus sit necesse est.

Fausto Sullae. huic plenum nomen fuit *Faustus Cornelius Sulla Felix*, ut docent Acta fr. Arv. (C. I. L. VI 2037. 2039) et diploma Stabiense (l. infra l.) Filius erat Fausti Cornelii Sullae cos. suffecti a. 784/31 (C. I. L. X 1233 (fast. Nol.). I² 1 p. 71 (fast. Arv.). XIV 2466), qui, si recte Dio (apud Zon. XI 10 p. 467: *Φαύστῳ Σύλλᾳ ἀδελφῷ τῆς Μεσσαλίνης ὄντι)* Sullam nostrum fratrem Messalinae fuisse tradit, Domitiam Lepidam matrem Messalinae uxorem duxerit necesse est, cf. Lehmann l. l. p. 268. Moll, Zur Genealogie des. Jul. Kaiserhauses p. 26.

viam Neroni privigno suo collocavit, Silano ante desponsam. C. 27.

Tac. Ann. XII 9 (a. 802/49). despondeturque Octavia ac super priorem necessitudinem sponsus iam et gener Domitius aequari Britannico.

Dio 60, 32, 2 = Zon. XI 10 p. 469. *τόν τε Δομίτιον τότε μὲν γαμβρὸν τῷ Κλαυδίῳ ἀπέδειξεν (ἡ Ἀγριππῖνα).*

Tac. Ann. XII 58. D. Iunio Q. Haterio consulibus sedecim annos natus Nero Octaviam, Caesaris filiam, in matrimonium accepit.

Dio apud Zon. XI 11 p. 472. *ὁ Νέρων — τὴν Ὀκταβίαν — τότε ἔγημεν, ὥστε καὶ ἐκ τούτου ἀνὴρ ἤδη δοκεῖν.*

Joseph. Ant. Iud. XX 8, 1, 150. *καὶ δὴ τὴν Ὀκταουίαν ἥρμοσε τῷ Νέρωνι.*

Sulla noster consul fuit a. 805/52 per totum annum, cf. Tac. Ann. XII 52. Eph. Epigr. I p. 161 n. 176: *Fausto Cornelio L. Salvio Othone cos. IIII idus Apriles.* dipl. Stabiense (C. I L. III p. 844 = X 768 = Dess. n. 1986): *a. d. III idus Decembr. Fausto Cornelio Sulla Felice L. Salvidieno Rufo Salviano cos.* A Nerone, cum iam a. 808/55 accusatus esset, quod a Pallante et Burro ad imperium vocaretur, a. 811/58 Massiliam relegatus et a. 815/62 iussu eius interfectus est (Tac. Ann. XIII 23. 47. XIV 57). De filio eius ex Antonia dixi ad c. 12 p. 55.

nobilissimis. Pompeius per patrem ad familias Crassorum et Calpurniorum Pisonum pertinebat, per matrem autem Pompeii Magni abnepos erat. Sulla dictatoris abnepos fuisse videtur.

Octaviam. huic plenum nomen fuit *Claudia Octavia*, cf. titulum Samium (Guérin, description de Patmos et de Samos p. 215) allatum a Dessau. ad n. 222 A 5: *ὁ δῆμος Κλαυδίαν Ὀκταουίαν τὴν γυναῖκα τοῦ Σεβαστοῦ Νέρωνος Κλαυδίου Δρούσου Καίσαρος Γερμανικοῦ αὐτοκράτορος* et urbanum C. I. L. VI 9415 = 29847a: *Claudia Octaviae Divi Claudi f. lib. Peloris.* —. C. I. L. VI 921, 5 = Dess. n. 222, 5: . . . . *O]ctaꟻiai [Ti.] Claudii Caisaris Augusti p. p. filiai.* Praeterea ad eam nondum nuptam spectant C. I. L. VI 5539. 9037 = Dess. n. 1786. 1788. VI 8827. Nata est, ut videtur, a. 793/40, certe ante a. 794/41, quo eam Silano desponsam esse tradit Dio (60, 5, 7); nam apud Tacitum Ann. XIV 64 (a. 815/62) pro codicum lectione: *puella vicesimo aetatis anno* cum Nipperdey scribendum est *puella II et vicesimo aetatis anno.* Maiorem eam natu fuisse quam Britannicum Suetonius quoque testari videtur, cum supra eam ante Britannicum nominet, cf. quoque Dio l. l.; 12, 5.

Neroni a. 802/49 desponsa est, consule designato L. Memmio Pollione in senatu pro sententia id orante (Tac Ann. XII 9), Nerone autem adoptato, emancipata est (cf. Dio 60, 33, 2 = Zon. XI 10 p. 469: *Κλαύδιος — Νέρωνα — γαμβρὸν ἐποιήσατο, τὴν θυγατέρα ἐς ἕτερόν τι γένος ἐκποιήσας ἵνα μὴ ἀδελφοὺς συνοικίζειν δοκῇ)*, cf. Gaius I 61: *sed si qua per adoptionem soror mihi esse coeperit, quamdiu quidem constat adoptio, sane inter me et eam nuptiae non possunt consistere; cum vero per emancipationem adoptio dissoluta sit, potero eam uxorem ducere; sed et si ego emancipatus fuero nihil inpedimento erit nuptiis.*

Neroni privigno. huic ante adoptionem nomen fuit L. Domitius Aenobarbus. Natus erat d. 15 m. Dec. a. 790/37 (C. I. L. VI 2041. Suet. Ner. 6. Tac. Ann. XII 58. XIII 6).

Silano. a. 794/41, cf. ad c. 12. De Silano cf. ad c. 29.

[p. 138] *vicesimo imperii die [inque secundo consulatu].* Cum Suetonius postridie quam Gaius interfectus esset Claudium imperium accepisse tradat (c. 10) vicesimus dies imperii ei est d. 13. m. Febr. a.

C. 27. Britannicum, vicesimo imperii dii [inque secundo consulatu] natum sibi, parvulum etiam tum, et militi pro contione manibus suis gestans et plebi per spectacula gremio aut ante se retinens assidue commendabat faustisque ominibus cum acclamantium turba prosequebatur. E generis Neronem

Dio 60, 12, 5 (a. 795/42). γεννηθέντος αὐτῷ υἱέος, ὃς τότε μὲν Γερμανικὸς ὕστερον δὲ Βρεττανικὸς ἐπωνομάσθη.

Tac. Ann. XII 25. C. Antistio M. Suillio consulibus adoptio in Domitium auctoritate Pallantis festinatur, qui obstrictus Agrippinae ut conciliator nuptiarum et mox stupro eius illigatus stimulabat Claudium, consuleret rei publicae, Britannici pueritiam robore circumdaret. — His evictus biennio (l. *triennio* cum Freinsheim) maiorem natu Domitium filio anteponit, habita apud senatum oratione in eundem, quem a liberto acceperat, modum. — Ceterum actae principi grates, quaesitiore iu Domitium adulatione; rogata lex, qua in familiam Claudiam et nomen Neronis transiret.

Dio 60, 32, 2 = Zon. XI 10 p. 469. τόν τε Δομίτιον τότε μὲν γαμβρὸν τῷ Κλαυδίῳ ἀπέδειξεν, ὕστερον δὲ καὶ ἐσεποίησεν (ἡ Ἀγριππῖνα).

Dio apud Zon. XI 10 p. 469. ὁ Κλαύδιος — καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς (Ἀγριππίνης) εἰσποιησάμενος μετωνόμασε Τιβέριον Κλαύδιον Νέρωνα Δροῦσον Γερμανικὸν Καίσαρα.

Suet. Ner. 7. undecimo aetatis anno a Claudio adoptatus est.

Joseph. Ant. Iud. XX 8, 1, 150. Νέρωνι· τοῦτο γὰρ ὕστερον αὐτὸν ἐκάλεσεν εἰσποιησάμενος υἱὸν ὁ Καῖσαρ.

Plut. Ant. 87. καὶ θέμενος τὸν υἱὸν αὐτῆς Κλαύδιος Νέρωνα Γερμανικὸν προσωνόμασεν.

(Seneca) Octavia 139. gnato suo Praeferre potuit sanguine alieno satum.

794/41. Secundus autem consulatus cadit in a. 795/42. Apparet igitur ipsum auctorem sibi repugnare. Illud congruit cum Tacito Ann. XIII 15 (a. 808/55): *propinquo die quo quartum decimum aetatis annum Britannicus explebat* (locus Taciti Ann. XII 15: *biennio* (l. *triennio* cum Freinsheim) *maiorem natu Domitium filio anteponit*, manifeste corruptus est, nam Nero cum a. 790/37 natus sit, Britannicus a. 793/39 aut a. 793/40 lucem vidisset, quod omnino non potest); hoc convenit cum Dione 60, 12, 5.

Difficultatem tollere conatus est Lehmann (l. l. p. 122 A 2) ingeniose corrigens: *in Q. Secundi* (sc. Q. Pomponii Secundi cos. suff. a. 794/41) *consulatu.* Quam tamen coniecturam amplectendam non puto, quod et unius tantum consulis nomen afferri mirum est, et si Suetonius unum consulem nominare satis habuisset, saltem non eum elegisset, cuius nomen propterea quod contra principem rebellaverat, erasum est. Nec magis Clintoni (Fast. Rom. I p. 34) assentior verba *inque secundo consulatu* ita transponenti: *Britannicum, vicesimo imperii die natum sibi inque secundo consulatu parvulum etiam tum assidue commen-*

adoptavit, Pompeium atque Silanum non recusavit modo, sed et interemit. C. 27.

Dio 60, 31, 7. οὐ μὴν ἀλλ' οὕτω ταῖς γυναιξὶν ὁ Κλαύδιος ἐδεδούλωτο ὥστ' ἀμφοτέρους τοὺς γαμβροὺς δι' αὐτὰς ἀποκτεῖναι.

Seneca Apocol. 11, 5. Quandoquidem divus Claudius occidit — generos duos Magnum Pompeium et L. Silanum.

Seneca l. l. 11, 2. Gaius Crassi filium vetuit Magnum vocari: hic nomen illi reddidit, caput tulit. Occidit in una domo Crassum, Magnum, Scriboniam.

Tac. Hist. I 48. fratres eius (Pisonis Liciniani) Magnum Claudius, Crassum Nero interfecerant.

Dio apud Zon. XI 9 p. 466. ἄλλους δὲ πόλλους διαβληθέντας ὑπὸ τῆς Μεσσαλίνης καὶ τὸν Ἀσιατικὸν καὶ τὸν γαμβρὸν τὸν Μάγνον ἀπέκτεινε · τὸν μὲν Ἀσιατικὸν διὰ τὴν οὐσίαν, τὸν δὲ Μάγνον διὰ τὸ γένος καὶ τὸ κῆδος.

Tac. Ann. XII 4. Vitellius — ferre crimina in Silanum, cuius sane decora et procax soror, Iunia Calvina, haud multum ante Vitellii nurus fuerat. Hinc initium accusationis; fratrumque non incestum, sed incustoditum amorem ad infamiam traxit. Et praebebat Caesar aures — simul affinitatem Claudius diremit.

Tac. l. l. 8. Die nuptiarum (Claudii et Agrippinae) Silanus mortem sibi conscivit, sive eo usque spem vitae produxerat, seu delecto die augendam ad invidiam: Calvina, soror eius, Italia pulsa est. Addidit Claudius sacra ex legibus Tullii regis piaculaque apud lucum Dianae per pontifices danda, irridentibus cunctis, quod poenae procurationesque incesti id temporis exquirerentur.

Tac. l. l. XIII 1. Agrippina fratri eius L. Silano necem molita.

Seneca Apocol. 8, 2. Silanum enim, generum suum, occidit. oro, propter quid? sororem suam, festivissimam omnium puellarum, quam omnes Venerem vocarent, maluit Iunonem vocare.

Seneca l. l. 10, 4. ut occideret — unum abnepotem (Augusti) L. Silanum.

Dio apud Zon. XI 10 p. 468. (οἱ ἀπελεύθεροι) δείσαντες τὸν Σιλανὸν ὑπὸ τοῦ Κλαυδίου τιμώμενον ὡς ἄνδρα ἀγαθόν, ἅμα δὲ καὶ τὴν Ὀκταβίαν τὴν θυγατέρα αὐτοῦ — τῷ Δομιτίῳ προμνώμενοι, ἐγγεγυημένην τῷ Σιλανῷ, πείθουσι τὸν Κλαύδιον ὡς ἐπιβουλεύοντά οἱ τὸν Σιλανὸν ἀποκτεῖναι.

(Seneca) Octavia 147 sqq. feminae est munus datus Silanus, et cruore foedavit suo Patrios penates, criminis ficti reus.

---

dabat, nam propter *assidue* id tantum in consulatu a Claudio factum esse non credo. Me iudice verba *inque-consulatu* cum Nipperdey ad Tac. Ann. XII 25

C. 28. XXVIII. Libertorum praecipue suspexit Posiden spadonem, quem etiam Britannico triumpho inter militares viros hasta

(Victor) Epit. IV 7. Ex quibus (libertis Claudii) Felicem legionibus Iudaeae praefecit. Posidi (codd. Possidio, Possidioni, Possidonio) eunucho post triumphum Britannicum, inter militarium fortissimos, arma insignia tamquam participi victoriae dono dedit.

---

delenda sunt, nam ex Dionis loco patet de anno quo Britannicus natus esset non constare (Dionem enim textum Suetonii iam depravatum male intellexisse vix crediderim).

[p. 139] *adoptavit.* a 803/50, cf. Tac. Ann. XII 25 (apud Suet. Ner. 7 *undecimo* corruptum est), V Kal. Mart., cf. Acta fr. Arv. a. 812/59 C. I. L. VI 2041: *Isdem cos. V K. Mart. L. Piso L. f. magi[s]ter conlegii fratrum Arvalium nomine immolavit in Capitolio ob adoptionem Neronis Claudi Caesaris Aug. Germanici.* Adoptio (quae proprie *arrogatio* nominanda fuit, cum Nero morte patris sui iuris factus esset, Tac. l. l. tamen item vocat *adoptionem*) facta est lege curiata apud pontifices et triginta curiarum lictores. Erat autem simul designatio principatus, cf. Tac. l. l.: *Domitium–anteponit*, Mommsen StR. II³ 1137 = II² 1081. Nomen ei datum est *Ti. Claudius Nero Drusus Germanicus Caesar*, ut Dio apud Zon. l. l. sine dubio recte tradit, praenomen *Tiberius* confirmatur titulo C. I. L. X 932 = Dess. n. 224: *Ti. Claudio Ti. Claudi Caesaris Augusti Germanici p. p. f. Neroni Caesari d. d.* Quod tamen non diu gestum mutavit praenomine Neronis, quod iam a. 804/51 in titulis legitur, cf. C. I. L. VI 921, 4 = Dess. n. 222, 4: *Neron[i] Claudio Aug. f. Caisa[ri] Druso Germanic[o] pontif. auguri XV ƒir. s. [f.] VII ƒir. epulon. cos. [des.] principi iuventuti[s].* Cf. C. I. L. VI 2034. IX 1108. Eckhel D. N. VI 260 sq. Cohen Néron 1. 55.

[p. 139] *Pompeium.* hic simul cum patre Crasso Frugi et matre Scribonia interfectus est (Sen. Apocol. 11, 2), dolo Messalinae (Dio apud Zon. XI p. 466). Vixit autem adhuc a. 798/45, cf. Dio 60, 25, 8: *οἱ γαμβϱοὶ αὐτοῦ.* Mors eius igitur cadit in id spatium temporis, cuius res neque a Dione neque a Tacito descriptas habemus i. e. aut in annum 799/46 aut in initium a. 800/47. Cum autem Zonaras l. l. necem eius narret simul cum nece Asiatici, quem initio a. 800/47 interfectum esse satis constat (Tac. Ann. XI 1), nescio an Pompeii mors eidem anno tribuenda sit.

[p. 139] *Silanum.* hic a L. Vitellio in cesti cum sorore Iunia Calvina (de qua cf. C. I. L. XIV 3661. Mommsen Eph. Epigr. I p. 64) commissi et simul maiestatis (cf. Dio apud Zon. XI 10 p. 468) falso accusatus, ipso die nuptiarum Claudii et Agrippinae se interfecit, bene gnarus mortem sibi instare (Tac. l. l.) Suetonius hoc loco minus accurate rem tradit (ita Seneca quoque, et Dio apud Zon.; cum Tacito facit auctor Octaviae), rectius c. 28: *Silanus — mori — coactus.*

Posiden. de eo cf. Plin. H. N. 31, 5: (*aquae*) *quae in Baiano Posidianae vocantur nomine accepto a Claudii Caesaris liberto obsonia quoque percoquunt.* Juv. XIV 91: *ut spado vincebat Capitolia nostra Posides*, ubi quae scholiasta tradidit: *hic Posides spado libertus Claudii imperatoris tantae gratiae et potentiae fuit, ut eum Claudius in Britannico triumpho inter militares viros hasta pura donaverit, cohortibus quoque et alis provinciaeque Iudaeae praeposuerit, lectica per urbem vehendi spectaculaque publice edendi ius tribuerit*, e Suetonio desumpsit. Scholiasten stulte uni dedisse, quae de tribus libertinis narraverit Suetonius, in aprico est.

hasta pura i. e. *sine ferro* (Serv. Aen. VI 760). Cf. tamen C. I. L. III Suppl. 6984. Röm. Mitth. 1890 p. 295. Vituperatur Claudius quod dona maiora militaria libertino homini et insuper castrato dedit. Ceterum etiam medicum

pura donavit; nec minus Felicem, quem cohortibus et alis provinciaeque Iudaeae praeposuit, trium reginarum maritum; C. 28

Tac. Ann. XII 54 (a. 805/52). frater eius (Pallantis), cognomento Felix, — iam pridem Iudaeae impositus.

Tac. Hist. V 9. Claudius — Iudaeam provinciam equitibus Romanis aut libertis permisit, e quibus Antonius Felix per omnem saevitiam ac libidinem ius regium servili ingenio exercuit, Drusilla Cleopatrae et Antonii nepte in matrimonium accepta, ut eiusdem Antonii Felix progener, Claudius nepos esset.

Joseph. Ant. Iud. XX 7, 1, 137. *πέμπει δὲ καὶ* Κλαύδιος *Φήλικα* Πάλλαντος *ἀδελφὸν τῶν κατὰ τὴν* Ἰουδαίαν *προστησόμενον πραγμάτων.*

Joseph. Bell. Iud. II 12, 8, 247. *μετὰ ταῦτα* Ἰουδαίας *μὲν ἐπίτροπον Φήλικα τὸν* Πάλλαντος *ἀδελφὸν ἐκπέμπει τῆς τε* Γαλιλαίας *καὶ* Σαμαρείας *καὶ* Περαίας.

Suidas s. v. Κλαύδιος. *ὅτι ἐπὶ αὐτοῦ στασιασάντων τῶν* Ἰουδαίων *κατὰ* Χριστιανῶν *ἄρχοντα ἐπέστησεν αὐτοῖς* Κλαύδιον (Κλαύδιος Brotier) *Φήλικα.*

---

suum C. Stertinium Xenophontem (hic tamen ingenuus fuit, cf. Tac. Ann. XII 61 C. I. L. VI 8905. Inscr. of Cos. 46. 84—94) hasta pura et insuper corona aurea donavit, cf. ad c. 17: *triumphum egit.*

Felicem. is hoc loco et (Vict.) IV 7 libertus Claudii fuisse dicitur, sed cum a Tacito (Hist. V 9) Antonius Felix appelletur, sine dubio libertus Antoniae, matris Claudii fuit ut frater quoque Pallas (de quo id constat), plenumque nomen ei fuit M. Antonius Felix (apud Josephum Ant. Iud. XX § 131 codd. habent *Κλαύδιον*, epitome vero *Κλαύδιος*, quam recte secutus est. v. cl. Naber; num apud Suidam l. c. cum Brotier *Κλαύδιος* pro codicum lectione *Κλαύδιον* scribendum sit, dubito). Nominatur C. I. L. V 34: *L. Anneio L. f. Domitio Proculo c(larissimo) p(uero) pronepoti Antoni Felicis Antonia Clementiana avia. L. d. d. d.*) Plura de eo habes apud Pauly—Wissowa, Real-Enc. 1 p. 2617.

cohortibus et alis. sine dubio demum postquam beneficio Claudii natalium restitutione eques Rom. factus est, cf. Mommsen StR. II[3] 837 A 1 = II[2] 808; Hirschfeld, Sitzb. Berl. Akad. 1889 p. 423; Herzog II 941 A 6.

Recte autem Lehmann l. l. p. 294 Felicem alae Caesariensium et Sebastenorum et quinque cohortibus, quae in Iudaea tendebant praefuisse dicit (cf. Joseph. Ant. Iud. XX 9, 2, 365. Hirschfeld l. l. A. 43).

provinciae Iudaeae. Iudaea post mortem Herodis Agrippae I (a. 797/44) sub procuratoribus fuit, cf. Marq. StV. I[2] p. 411. Quo autem anno Felix ei provinciae impositus sit, incertum. Nam Josephus Ant. Iud. XX 7, 1, 137 Felicem a. demum 805/52 in Iudaeam missum esse dicit contra Tacitum, qui Ann. XII 54 sub a. 805/52 haec habet: *Felix — iam pridem Iudaeae impositus. — Atque interim Felix intempestivis remediis delicta accendebat, aemulo ad deterrima Ventidio Cumano, cui pars provinciae habebatur, ita divisae, ut huic Galilaeorum natio, Felici Samaritae parerent.* Uter veriora tradiderit non facile diiudicaveris, mihi autem auctor Iudaeus in hac re potior testis est, cf. Schürer l. l. I[3] p. 476 A 13.

trium reginarum maritum. duas tantum novimus, utrique nomen Drusilla fuit. Alteram Drusillam neptem Cleopatrae et Antonii fuisse dicit Tac. Hist.

C. 28. et Harpocran, cui lectica per urbem vehendi spectaculaque publice edendi ius tribuit; ac super hos Polybium ab studiis,

(Victor) Epit. IV 7. Polybium inter consules medium incedere fecit.

V 9. Filia igitur haec fuit Iubae II regis Mauretaniae et Cleopatrae Selenae (Dio 51, 15. Plut. Ant. 87). Quam tamen, cum Felici nuberet, iam provecta aetate fuisse oportet, nam matrem eius Cleopatram ante a. 760/7 (quo anno Glaphyra, Archelai regis filia, quam Iuba post Cleopatram duxit, mortua est, cf. Joseph. Ant. XVII 13, 4, 354. Bell. Iud. II 7, 4, 116) defunctam esse constat, et Felix sine dubio Claudio demum principe eam duxit.

Alteram Drusillam, natam a. 791/38 (Joseph. Ant. Iud. XIX 9, 1, 354), filiam regis Agrippae I, annoque 805/52 vel 806/53 Azizo regi Emesano in matrimonium datam (Joseph. l. l. XX 7, 1, 139), brevi post (a. 806/53 vel a. 807/54, cf. Schürer l. l. I² p. 479 A 25) illi abstulit uxoremque duxit. Cf. Joseph. l. l. XX 7, 2, 143 sq.: *ἡ δὲ (Δρούσιλλα) κακῶς πράττουσα, — παραβῆναι τά τε πάτρια νόμιμα πείθεται καὶ τῷ Φήλικι γήμασθαι.* Acta Apost. 24, 24: *Φῆλιξ σὺν Δρουσίλλῃ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ οὔσῃ Ἰουδαίᾳ.* Ex ea filium Agrippam sustulit, qui a. 832/79 in eruptione montis Vesuvii interiit (Joseph. l. l. 144). De tertia regina nihil novimus, eius filia fortasse fuit Antonia Clementiana nominata in titulo C. I. L. V 34 modo allato.

(Sine ulla causa Heraeus ad Tac. Hist. V 9 putat Drusillam filiam Agrippae neptem Antonii et Cleopatrae fuisse; Agrippa enim uxorem habuit *Κύπρον* (quam Drusillae matrem fuisse diserte testatur Joseph. l. l. XVIII 5, 4, 132), neptem Herodis Magni et Mariammes, per filiam eorum Salampsio (Jos. l. l. 131) Nec magis assentiendum est Schürer l. l. I² 479 A 22 putanti Tacitum memorem Drusillae Agrippae filiae errore etiam nepti Antonii et Cleopatrae nomen Drusillam tribuisse, cur enim parentes eius in honorem Liviae Drusillae Augusti uxoris filiam suam ita appellare non potuerint, equidem non video.)

reginarum i. e. regum filiarum, cf. Georges s. v.

Harpocran. videtur nominari in titulo urbano C. I. L. VI 9016: *Securitati sacr(um) Iulia Phoebe sibi et Ti. Claudio Nardo et Arphocrae Aug. libertis procurator(ibus) coniugibus suis de ....* Hunc, ut Polybium, a Claudio interfectum esse docet Seneca Apocol. 13, 5: *Convolant primi omnium liberti Polybius, Myron, Harpocras, Amphaeus, Pheronactes quos Claudius omnes, necubi imparatus esset, praemiserat.* Buecheler (Symb. Bonn. p. 67) non sine specie coniecit libertinos illos praeter Polybium, ut coniurationis Asinii Galli socios (cf. c. 13: *assumptis compluribus libertis ipsius*) a. 799/46 necatos esse.

lectica vehendi. Caesar dictator lecticarum usum certis tantum personis et aetatibus permiserat, cf. Suet. Caes. 43. Mommsen StR. I³ 397 A 1 = I² 380, cui tamen putanti Harpocrae a Claudio ius anulorum aureorum datum esse (cf. StR. III 518 A 2) non assentiendum videtur. Quod si Suetonius dicere voluisset, ex privilegiis equestris ordinis non duo tantum minimi momenti memorasset, omisisset maximum. Equidem potius credo ea privilegia libertino homini data esse, idque ut insolitum a Suetonio esse notatum.

spectaculaque publica edendi ius. ne munera gladiatoria nisi permissu senatus ederentur Augustus a. 732/22 instituerat, cf. Dio 54, 2, 4: *καὶ προσαπειπὼν μήθ' ὁπλομαχίαν μήτ' ἄλλως εἰ μὴ ἡ βουλὴ ψηφίσαιτο, μήτ' αὖ πλεονάκις ἢ δὶς ἐν ἑκάστῳ ἔτει, μήτε πλειόνων εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἀνδρῶν ποιεῖν.* A. 780/27 senatus consultum factum erat *ne quis gladiatorum munus ederet cui minor quadringentorum milium res essent* (Tac. Ann. IV 63). Cum iure ludos edendi simul dabatur ius lictores ipso ludorum die habendi praetextamque gerendi (cf. Mommsen StR. I³ 391 = I² 375. I³ 423 = I² 407).

Polybium ab studiis. ad hunc Seneca

qui saepe inter duos consules ambulabat; sed ante omnis Narcissum ab epistulis, et Pallantem a rationibus, quos C. 28.

Dio apud Zon. XI 9, p. 467. *ἦσαν δὲ τρεῖς (ἐξελεύθεροι) οἱ μάλιστα τὸ κράτος διειληφότες· ὅ τε Κάλλιστος, ὃς ἐπὶ ταῖς βίβλοις τῶν ἀξιώσεων ἐτέτακτο· καὶ ὁ Νάρκισσος, ὃς τῶν ἐπιστολῶν ἐπεστάτει, διὸ καὶ ἐγχειρίδιον παρεζώννυτο· καὶ ὁ Πάλλας, ᾧ ἡ τῶν χρημάτων διοίκησις ἐμπεπίστευτο.*

(Victor) Epit. IV 8. Hos omnes anteibat Narcissus ab epistulis, dominum se gerens ipsius domini, Pallasque praetoriis ornamentis sublimatus.

Dio 60, 34, 4 sq. *ἐπαπώλετο (ὁ Νάρκισσος) — μέγιστον τῶν τότε ἀνθρώπων δυνηθείς· — καὶ δῆτα καὶ τότε ἀποσφαγήσεσθαι μέλλων λαμπρὸν ἔργον διεπράξατο· τὰ γὰρ γράμματα τοῦ Κλαυδίου, ὅσα —, οἷα τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ διοικῶν, εἶχε, πάντα προκατέκαυσεν.*

Plin. ep. VIII 6, 7. custodem (Pallantem) principalium opum.

---

exul exeunte a. 796/43 vel ineunte a. 797/44 scripsit consolationem, fratre eius natu minore mortuo. Ex qua discimus Polybium etiam a libellis Claudii fuisse, cf. VI 5: *audienda sunt tot hominum milia, tot disponendi libelli. tantus rerum ex orbe toto coeuntium congestus ut possit per ordinem suum principis maximi animo subici, erigendus tuus est. Non licet tibi, inquam, flere, ut multos flentes audire possis. ut periclitantium et ad misericordiam mitissimi Caesaris pervenire cupientium lacrimae <siccari possint> tibi tuae <ante> siccandae sunt.* De potentia eius cf. quae narrat Dio 60, 29, 3. Interfectus tamen a Claudio est a. 800/47 vel initio anni 801/48, criminante Messalina (cuius adulter quoque fuerat) ira, ut videtur incensa quod eam a Silio repellere voluisset (Dio 60, 31, 2. Zon. XI 10 p 467. Seneca Apocol. 13, 5). Poeticen eum attigisse testatur Seneca, qui (cons. ad Polyb. 8, 2. 3; 11, 5. 6) et Homerum Latine et Vergilium Graece ab eo versos inque Aesopi fabulas vertendo eum occupatum esse tradit. (Detlefsen, ind. Plin. s. v. dubitanter suspicatus est, hunc eundem esse quem Plin. H. N. I 31 (31, 131) inter auctores Latinos nominat.)

In officio studiorum Claudii ei successisse videtur is, qui nominatur in titulo urbano C. I. L. VI 8636 = Dess. n. 1682: *Ti. Claudius Lemnius divi Claudi Augusti lib. a. studiis:* in altero officio collega vel successor eius fuisse videtur Callistus, quem Claudii a libellis fuisse tradit Dio apud Zon. XI 10 p. 467.

ante omnis. omisit Suetonius Callistum, de quo vide Nipp.-Andr. ad Tac. Ann. XI 29.

Narcissus. huius nomen legitur in fistula plumbea aquaria Romae reperta Bull. Com. 1886 p. 104 = Dess. n. 1666: *Narcissi Aug. l. ab epistulis* et fortasse etiam in titulo C. I. L. V 6641 = Dess. n. 191: *Matronis sacrum pro salute C. Caesaris Augusti Germanici Narcissus C. Caesaris.* (Non ad eum spectat C. I. L. XIV 2769 = Dess. n. 1632: *Narcisi Ti. Claudi Britannici supra insulas*, ut post Ph. Aur. Viscontium Lehmann (l. l. p. 143 A 3) et Nipp.-Andr. ad Tac. Ann. XI 29 putant). — Claudii libertum eum fuisse tradit Suetonius (qui tamen in Pallante et Felice erravit), ita ut plenum ei nomen fuisse *Ti. Claudius Narcissus* verisimile sit, quod certum esset, si genuinus esset titulus Orelli 720 = C. I. L. V 154*: *D. M. Claudiae Dicaeosynae Ti. Claudius Narcissus lib. eid. coniu. pientissimae et frugalissimae b. m.*, ad quem Mommsen (C. I. L. l. l.) haec annotat: „Testimonia auctorum aut incertorum aut fraudulentorum de loco

C. 28. decreto quoque senatus non praemiis modo ingentibus, sed et quaestoriis praetoriisque ornamentis honorari libens passus est;

Tac. Ann. XI 38 (a 801/48). decreta Narcisso quaestoria insignia, levissimum fastidio eius, cum super Pallantem et Callistum ageret.

Tac. Ann. XII 53 (a. 805/52). Pallanti — praetoria insignia — censuit consul designatus Barea Soranus.

Plin. ep. VII 29, 2. est via Tiburtina intra primum lapidem (proxime adnotavi) monumentum Pallantis ita inscriptum, „huic senatus ob fidem pietatemque erga patronos ornamenta praetoria decrevit et sestertium centies quinquagies, cuius honore contentus fuit.

Cf. Plin. ep. VIII 6.

---

cum parum defendant titulum, eum exclusi, quamquam fieri potest, ut sit genuinus nec multum corruptus." Statim post Claudium a. 807/54 interfectus est, antea iussu Agrippinae propter podagram in aquas Sinuessanas missus (Tac. Ann. XII 66. XIII 1. Dio 60, 34, 4 = Zon. XI 11 p. 473. Seneca Apocol. 13, 2). Praeterea de eo cf. c. 37. Tac. Ann. XI. XII (passim), Dio 60 (passim), Suet. Vit. 2. Vesp. 4. Seneca Q. N. IV praef. 15. Apocol. 13, 4. 5.

[p. 143] *Pallantem.* hic fuit libertus Antoniae matris Claudii, cuius servus adhuc a. 784/31 fuit, cf. Joseph. Ant. Iud. XVIII 6, 6, 132: *Πάλλαντι ἐπιδοῦσα τὰ γράμματα τῷ πιστοτάτῳ τῶν δούλων αὐτῆς ('Αντωνίας)*, quo anno ad Tiberium nuntium et documenta de Seiani coniuratione transtulit, ideoque sine dubio manumissus est. (Vict.) Epit. IV 8, et Julian. Caes. 310 B minus recte Claudii libertus nominatur, apud Plinium ep. VIII 6, 12 Claudius recte patronus dicitur (cf. Gaius III 53), minus recte ibid.: *imaginare Caesarem liberti precibus vel potius imperio coram senatu obtemperantem*). Plenum nomen ei igitur fuit M. Antonius Augustae l. Pallas, quo et ducit nomen consulis a. 920/167 (ex posteris, ut videtur, huius) M. Antonius Pallas. Quod confirmat titulus liberti eius C. I. L. XIV 2833 = Dess. n. 1538: *dis manibus M. Antoni Pallantis l. Nobilis Abascantus Aug. disp. a frumento de suo fecit.* Cf. quoque C. I. L. XIV 2835: *Ti. Claudio Aug. l. Phoebo Antoniano sibi et libertis libertabusque* (ubi Dessau annotat: „hic sine dubio nomen habuit a Pallante"); C. I. L. VI 12965: *Dis Manibus M. Antonius Asclepiades Pallantis l.* (ubi huius libertum memorari verisimilius est quam consulis a. 920/167 propter formam litterarum, cf. Dressel ad. C. I. L. l. l.). Ad hunc spectat quoque *Carpus Pallantianus* C. I. L. VI 8470 = Dess. n. 1535. Plura de eo apud Pauly—Wissowa Real.- Enc. I p. 2634 sq., ubi tamen testimoniis addenda sunt Suet. Vit. 2. Plin H. N. 33, 134. A. 815/62 a Nerone interfectus est, cf. Tac. Ann. XIV 65. Dio 62, 14, 3.

[p. 143] *a rationibus.* cf. Plin. ep. VIII 6, 7. Zon. XI 10 p. 467. Quo officio a Nerone a. 808/55 remotus est (Tac. Ann. XIII 14: *demovet (Nero) Pallantem cura rerum, quis a Claudio impositus velut arbitrium regni agebat*).

decreto senatus. ornamenta enim semper a senatu, auctore principe, decernuntur, cf. Mommsen StR. I³ 467 = I² 450. Plinius (ep. VIII 6) nobis magnam partem senatus consulti in honorem Pallantis facti servavit.

praemiis ingentibus. Pallanti senatus centies quinquagies sestertium dare voluit, quae tamen recusavit, cf. Plin. ep. VII 29, 1. VIII 6, 1. 8. Tac. Ann. XII 53.

quaestoriis et praetoriis ornamentis. Narcissus quaestoriis ornamentis a. 801/48 propter mortem Messalinae (Tac. Ann XI 38) ornatus est. Pallas autem prae-

tantum praeterea acquirere et rapere, ut querente eo quondam de fisci exiguitate non absurde dictum sit, abundaturum, si a duobus libertis in consortium reciperetur. C. 28.

XXIX. His, ut dixi, uxoribusque addictus, non principem [se], sed ministrum egit, compendio cuiusque horum vel etiam studio aut libidine honores exercitus impunitates sup-

(Victor) Epit. IV 8. adeo divites, ut causante eo inopiam fisci, lepidissime famoso elogio vulgatum sit, abunde ei pecuniam fore, si a duobus libertis in societatem reciperetur.

Dio 60, 2, 5. *οὐδὲν ἐλευθεροπρεπὲς ἐκέκτητο, ἀλλὰ καίπερ καὶ τῶν Ῥωμαίων ἁπάντων καὶ τῶν ὑπηκόων αὐτῶν κρατῶν ἐδεδούλωτο.*

Tac. Ann. XII 1. Claudio caelibis vitae intoleranti et coniugum imperiis obnoxio.

(Victor) Epit. IV 3. Hic — libertorum et coniugis imperiis subiectus fuit.

Cf. Philostr. Vit. Apoll. I 5 (ed. Kayser p. 185).

Cf. Iulian. Caes. 310. B. C.

---

toria insignia accepit a. 805/52, cum auctor fuisset Claudio, ut senatus consultum fieret de feminis quae servis coniungerentur (de hoc senatus consulto Claudiano cf. Paulus Sent. II 21, 1—18. Gaius I 84. 96. 160), cf. Tac. Ann. XII 53. Secundum Plinium (ep. VIII 6, 4) senatus etiam censuit Pallantem non solum adhortandum sed etiam compellendum esse ut aureis anulis donari se dignaretur, quod tamen recusavit, cum libertus principis manere vellet, cf. Mommsen StR. III 518.

abundaturum. uterque enim Pallas et Narcissus praedives erat. De Narcissi divitiis cf. Dio 60, 34, 4: *ἐπαπώλετο — (ὁ Νάρκισσος) — μέγιστον τῶν τότε ἀνθρώπων δυνηθείς· μυριάδας τε γὰρ πλείους μυρίων* (i. e. quater milies sestertium) *εἶχε, καὶ προσεῖχον αὐτῷ καὶ πόλεις καὶ βασιλεῖς.* Plin. H. N. 33, 135. Juv. XIV 329, ubi vide Schol. De Pallante cf. Tac. Ann. XII 53: *et fixum est aere publico senatus consultum, quo libertinus sestertii ter miliens possessor antiquae parsimoniae laudibus cumulabatur.* Dio 62, 14, 3: *τὸν δὲ Πάλλαντα διεχρήσατο (ὁ Νέρων), ὅτι καὶ πλοῦτον πολὺν ἐκέκτητο, ὥστε καὶ ἐς μυρίας μυριάδων αὐτὸν· ἀριθμεῖσθαι.* Tac. Ann. XIV 65. Juv. I 109 Schol. Frontin. aq. 1, 19 sq. 2, 69. Phleg. de longaev. 4.

non principem [se], sed ministrum egit. uncis inclusi *se* e dittographia ortum, ut iam Graevius voluit, quem praeter Burmannum et Rothium (qui Graevianae emendationis ne mentionem quidem fecit) omnes secuti sunt. Nam neque apud ceteros scriptores legitur *agere se aliquem*, sed semper *agere aliquem*, (exempla huius locutionis aliquot congessit v. cl. Polak l. l. p. 11), neque apud ipsum Suetonium, cf. Tib. 12: *non privatum modo, sed etiam obnoxium et trepidum egit;* 26: *civilem admodum ac paulo minus quam privatum egit;* Tit. 6: *participem atque etiam tutorem imperii agere.* Neque locus Cl. 25: *se pro equitibus agerent* similis est ut Ernesti ad illum locum et Kühner, Gr. L. II p. 219 A 1 voluerunt, sed plane diversus addita praepositione *pro.*

compendio—studio—libidine. enuntiatum concinnius esset, si Suetonius scripsisset id quod Bremi voluit *libidini.* Quae tamen coniectura non necessaria est.

exercitus. cf. Vesp. 4: *Claudio principe*

C. 29. plicia largitus est, et quidem insciens plerumque et ignarus. Ac ne singillatim minora quoque enumerem, revocatas liberalitates eius, iudicia rescissa, suppositos aut etiam palam immutatos datorum officiorum codicillos: Appium Silanum

Dio 60, 17, 2, 8. *ἡ δ' οὖν Μεσσαλῖνα οἵ τε ἀπελεύθεροι αὐτοῦ οὕτως οὐ τὴν πολιτείαν μόνον, οὐδὲ τὰς στρατείας καὶ τὰς ἐπιτροπείας τάς τε ἡγεμονίας, ἀλλὰ καὶ τἆλλα πάντα ἀφειδῶς ἐπώλουν καὶ ἐκαπήλευον ὥστε σπανίσαι πάντα τὰ ὤνια.*

Dio 60, 14, 2. 3 (a. 795/42). *ἤρξατο δὲ τῶν φόνων τούτων ἀπὸ Γαΐου Ἀππίου Σιλανοῦ. τοῦτον γὰρ εὐγενέστατόν τε ὄντα καὶ τῆς Ἰβηρίας τότε ἄρχοντα μετεπεμψάμενος ὥς τι αὐτοῦ δεόμενος, καὶ τήν τε μητέρα οἱ τὴν τῆς Μεσσαλίνης συνοικίσας, καὶ αὐτὸν ἔν τε τοῖς φιλτάτοις καὶ ἐν τοῖς συγγενεστάτοις χρόνον τινὰ τιμήσας, ἔπειτ' ἐξαίφνης ἔσφαξεν, ὅτι τῇ τε Μεσσαλίνῃ προσέκρουσεν οὐκ ἐθελήσας αὐτῇ συγγενέσθαι πορνικωτάτῃ τε καὶ ἀσελγεστάτῃ οὔσῃ, καὶ τῷ Ναρκίσσῳ τῷ ἀπελευθέρῳ αὐτοῦ δι' ἐκείνην.*

Seneca Apocol. 11, 5. Quandoquidem divus Claudius occidit socerum suum Appium Silanum.

Narcissi gratia legatus legionis in Germaniam missus est.

impunitates supplicia. Lipsius legendum censuit *immunitates*, quem secutus est Ernesti. Sed locus Galb. 15: *donari gratia passus est vectigalia immunitates, poenas innocentium impunitates noxiorum* docet coniecturam neque necessariam esse neque rectam. Impunitatis a libertinis concessae exemplum dat Dio 60, 16, 2: *ἤδη δ' οὖν τινες καὶ τῶν πάνυ ὑπαιτίων, οἱ μὲν χάρισιν οἱ δὲ καὶ χρήμασιν ὑπό τε τῆς Μεσσαλίνης καὶ ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Νάρκισσον Καισαρείων περιεγένοντο.*

Praecipue vero civitatem vendiderunt, cf. Dio 60, 17, 5: *πολλοὶ αὐτὴν (τὴν πολιτείαν) παρά τε αὐτοῦ ἐκείνου ᾐτοῦντο καὶ παρὰ τῆς Μεσσαλίνης τῶν τε Καισαρείων ἐωνοῦντο· καὶ διὰ τοῦτο μεγάλων τὸ πρῶτον χρημάτων πραθεῖσα, ἔπειθ' οὕτως ὑπὸ τῆς εὐχερείας ἐπευωνίσθη ὥστε καὶ λογοποιηθῆναι ὅτι κἂν ὑάλινά τις σκεύη συντετριμμένα δῷ τινι πολίτης ἔσται.*

insciens — et ignarus. nisi Suetonius more suo (cf. Baumgarten—Crusius, Ind. p. 841 sq.) haec pleonastice coniunxit *ignarus* valet *caecus*, cf. Tac. Ann. XI 13: *Claudius matrimonii sui ignarus;* Hist. I 49: *amicorum libertorumque usque ad culpam ignarus.* (Eodem sensu fortasse accipiendum est Suet. Tib. 24: *amicos increpans ut ignaros, quanta bellua esset imperium*).

officiorum codicillos. hos princeps mittebat ad senatores quibus dignitatem, et ad equites quibus officium dabat (praeter militias equestres, ad eos enim, qui his militiis functuri erant, epistulae mittebantur), cf. Hirschfeld, V. G. I p. 204 A 4. 266 A 3. Cum Karlowa (Röm. Rechtsgesch. 1 p. 541) subscriptionem tantum eorum manu ipsius principis factam esse credo contra Hirschfeld l. l., qui totos a principe perscriptos fuisse contendit fretus loco Suetonii Gai. 18: *qua epulatione — senatori (misit) codicillos, quibus praetorem eum extra ordinem designabat,* unde tamen me iudice id non probatur. Libertos contra *a codicillis* (C. I. L. VI 6190. 8440—8442. XIV 4011) huc spectare non credo, cf. Hirschfeld l. l. p. 60 A 2.

Appium Silanum. huic plenum nomen fuit C. Appius Iunius Silanus, cf. Dio

consocerum suum, Iuliasque alteram Drusi, alteram Germanici C. 29.

Tac. Ann. XIII 32. Iuliam, Drusi filiam, dolo Messalinae interfectam.

Dio 60, 18, 4 (a. 796/43). *τήν τε Ἰουλίαν τὴν τοῦ Δρούσου μὲν τοῦ Τιβερίου παιδὸς θυγατέρα, τοῦ δὲ δὴ Νέρωνος τοῦ Γερμανικοῦ γυναῖκα γενομένην, ζηλοτυπήσασα (ἡ Μεσσαλῖνα) ὥσπερ καὶ τὴν ἑτέραν ἀπέσφαξε.*

Seneca Apocol. 10, 4. hanc mihi gratiam rettulit, ut duas Iulias proneptes meas occideret, alteram ferro, alteram fame.

(Seneca) Octavia 944. Iulia matris fata secuta est, Post longa tamen tempora ferro Caesa est, quamvis crimine nullo.

Dio 60, 8, 5 (a. 794/41). *αὕτη (Μεσσαλῖνα) μὲν γὰρ τὴν Ἰουλίαν τὴν ἀδελφιδῆν αὐτοῦ, ὀργισθεῖσά τε ἅμα ὅτι μήτε ἐτιμᾶτο ὑπ' αὐτῆς μήτε ἐκολακεύετο, καὶ ζηλοτυπήσασα ὅτι περικαλλής τε ἦν καὶ μόνη τῷ Κλαυδίῳ πολλάκις συνεγίγνετο, ἐξώρισεν, ἐγκλήματα αὐτῇ ἄλλα τε καὶ μοιχείας παρασκευάσασα, ἐφ' ᾗ καὶ ὁ Σενέκας ὁ Ἄννιος ἔφυγε, καὶ ὕστερόν γε οὐ πολλῷ καὶ ἀπέκτεινεν αὐτήν.*

60, 14, 3 (de duplici praenomine cf. Marq. Vit. Priv². p. 25 A 3). Consul fuit a. 781/28 (C. I. L. X 1196. fast. Arv. C. I. L. I² 1 p. 71. Notizie d. Scavi 1892 p. 479). Frater Arvalis fuit, cf. Act. fr. Arv C. I. L. VI 2028. 2029, flamenque eorum (C. I. L. VI 2028 d). Maiestatis postulatus a. 785/32, testimonio tribuni Celsi exemptus est (Tac. Ann. VI 9), legatus Hispaniae Tarraconensis a Claudio a 794/41 revocatus paulo post interfectus est (795/42, cf. Dio 60, 14, 3). Huius filius potest fuisse M. Appius Iunius Silanus cuius liberti memorantur C. I. L. VI 7603. 7606. 7607. 7611. 7613. 7635, cf. Mommsen ad C. I. L. VI 7600.

consocerum suum. cum Dio l. l. dicat Silanum maritum fuisse Domitiae Lepidae, matri Messalinae, recte Silanus a Seneca (Apocol. 11, 5) socer Claudii dici potuit. Priorum autem explicationem, secundum quam Appius Silanus utpote pater L. Silani, generi Claudii, consocer Claudii appellari posset Octavia Silano filio desponsa, stare non posse demonstravit Mommsen Eph. Epigr. I p. 57 sqq. docens L. Silanum filium fuisse M. Silani cos. a. 772/19, idemque l. l. p. 59 statuit nostro loco aut ipsum Suetonium errore eum, qui *socer* fuerit, *consocerum* nominavisse, aut librarios peccavisse.

Si autem, ut mihi dubium non est, error est Suetonii ipsius, non tamen cum Mommseno eius erroris hanc fuisse causam putarim, quod Suetonius Appium Silanum pro Lucii patre habuerit. Imo cum Faustus Sulla a Dione apud Zon. XI 9 p. 467 Messalinae frater appelletur fueritque igitur filius Domitiae Lepidae, Appius Silanus eius vitricus fuit (patre mortuo). Si Appius vixisset usque ad id tempus quo Sulla gener Claudii factus est, revera Claudii consocer fuisset. Credo autem Suetonium stemmate Caesarum neglegentius inspecto neque temporis quo Appius obiit satis memorem hac voce *consocerum* usum esse. De morte Silani cf. c. 37.

Iulias alteram Drusi-filiam. Iulia Drusi et Livillae (sororis Claudii) filia a. 773/20 nupserat Neroni filio Germanici (Tac. Ann. III 29. IV 68. VI 27. Dio 60, 18, 4), nata igitur erat ante a. 761/8. Post exilium Neronis Seiano desponsa (cf. Dio 58. 7, 5. Zon. XI 2 p. 442. Suet. Tib. 65. Tac. Ann. V 6. VI 8), a. 786/33 nupsit Rubellio Blando (Tac. Ann. VI 27. Dio 58, 21) annoque 796/43 dolo Messalinae, ope P. Suillii Rufi (Tac. Ann. XIII 43), necata est. Nominatur in titulo urbano C. I. L. VI 4119: *Elate Iuliae Drusi Caesaris filiae libertae.*

alteram Germanici filiam. huic plenum nomen fuit *Iulia Livilla* (*Iulia* appellatur

C. 29. filiam, crimine incerto nec defensione ulla data occidit, item Cn. Pompeium maioris filiae virum, et L. Silanum minoris sponsum. Ex quibus Pompeius in concubitu dilecti adulescen-

C. I. L. VI 3998. 4352. 10563. Eckhel D. N. VI 219. 233. Tac. Ann. II 54. VI 15. XIV 63. Dio 60, 4, 1. 8, 5. 10, 4; 61, 10, 1. Sen. Apocol. 10, 4; *Livilla* Dio 59, 22, 6. Suet. Gai. 7. C. I. L. VI 891. XIV 3661.) Nata erat initio anni 771/18 (in insula Lesbo, cf. Tac. Ann. II 54), a. 786/33 nupsit M. Vinicio (Tac. Ann. VI 15), incestum cum fratre Gaio (Dio 59, 3, 6. Suet. Gai. 24. 36) et adulterium cum M. Lepido commisit (Dio 59, 22, 6. Suet. Gai. 24). A fratre ut conscia coniurationis Lepidi in insulas Pontias relegata (Dio 59, 3, 6. 22, 8. Suet Gai. 59), a Claudio statim post imperium acceptum revocata (Dio 60, 4, 1. Suet. l. l.), sed eodem anno 794/41 dolo Messalinae aemulam timentis et propter adulterium cum Seneca commissum (Dio 60, 8, 5; 61, 10, 1. Tac. Ann. XIII 42) primo in insulam Pandateriam (Tac. Ann. XIV 63) relegata pauloque post fame (cf. Seneca Apocol. 10, 4. (Seneca) Octavia 944) necata est.

Ossa tamen eius in mausoleum Augusti delata esse videntur, siquidem titulus sepulcralis eius C. I. L. VI 891 = Dess. n. 188: *Livilla .... Germanici C[aesaris f.] hic sita [est]* ad viam Flaminiam prope Mausoleum repertus est. Nominatur praeterea C. I. L. VI 3998. 4352. 10563, (quos tamen titulos Mommsen (ad n. 3998) incertos dicit ad quamnam trium filiarum Germanici pertineant) et XIV 3661.

Cn. Pompeium. cf. ad c. 27, p. 136.

L. Silanum. L. Iunius Silanus Torquatus filius fuit M. Iunii M. f. Silani cos. a. 772/19 (C. I. L. I² 1 p. 70 (fast. Arv.). IV 1556. VI 243. 1437. 1496. 10051. IX 2827. X 1964. XI 1356. Röm. Mitth. 1891 p. 159), proconsulis Africae per sex minimum annos (a. 786/33—791/38), cf. C. I. L. XIV 3665. VIII Suppl. 14603 = Dess. n. 2305. Tac. Hist. IV 48; et Aemiliae Lepidae proneptis Augusti ut demonstravit Mommsen Eph. Epigr. I p. 57 sqq. contra Borghesi Opp. V p. 186 sqq. Quare Seneca (Apocol. 10, 4) eum abnepotem Augusti nominat. Claudius ei a. 795/41 Octaviam despondit (Dio 60, 5. 7), pauloque post et vigintiviratu et praefectura urbis feriarum Lat. causa eum functum idem Dio l. l. tradit. Triumphalia ornamenta XVIII annos natus accepit (cf. ad c. 24, p. 114), praeterea ei concessum est ut quinquennio ante quam per leges liceret honores peteret (Dio l. l.). In praetura gladiatorium munus (cf. Dio 60, 31, 7: *τὴν πανήγυριν τὴν προσήκουσαν αὐτῷ)* impensis Claudii dedit (cf. Dio l. l. Tac. Ann. XII 3).

Ad hunc spectat titulus in agro Tusculano repertus C. I. L. XIV 2500 = Dess. n. 957: [*L. Junius M.*] *f. M. n. Silanu[s Torquatus honoratus an]n. XVIII [triumphalib. ornam. q. pr. inte]r civis e[t peregrinos gener Ti. Claudi C]aesaris Augus[ti]*, et titulus Atticus ex quo eum triumvirum monetalem et quaestorem soceri sui fuisse comperimus C. I. Att. III 612: *[ὁ δῆμος Λεύκιον Ἰούν]ιον Μάρκο[υ] Σειλ[ανοῦ υἱὸν] Τορκουᾶτον ἱερέα θ[εοῦ Ἰ]ουλίου καὶ ἱερέα θεοῦ Κ[αίσαρος Σεβα]στοῦ ἔπαρχον Ῥώμης τριῶν [ἀνδρῶν κ]ατασκε[υῆ]ς χρυσοῦ καὶ ἀργυρο[ῦ καὶ χαλκ]οῦ ταμ[ίαν Τιβερ]ίου Κλ[αυδί]ο[υ Καίσαρος] Σεβα[στοῦ Γερμα]νικοῦ.* Praeterea frater Arvalis fuit, cf. C. I. L. VI 2032.

[p. 149] *abdicare—coactus.* cf. Tac. Ann. XII 4: *adactusque Silanus eiurare magistratum*, quod idem est. De facto coactus est Silanus abdicare postquam a L. Vitellio censorio decreto senatu motus est (Tac. l. l.), cum alioquin magistratum ei lege abrogatum iri certum esset (cf. Mommsen StR. II³ 630 A 4 = I³ 608).

[p. 149] *praetura.* a. 801/48 (Tac. Ann. l. l.) Silanus praetor peregrinus fuit ut docet titulus modo allatus C. I. L. XIV 2500 = Dess. n. 957, confirmaturque a Tacito l. l. *reliquus praeturae dies in Eprium Marcellum collatus est* collato titulo Capuensi C. I. L. X 3853 = Dess. n. 992: *T. Clodio*

tuli confossus est, Silanus abdicare se praetura ante IIII Kl. Ian. morique initio anni coactus, die ipso Claudii et Agrippinae nuptiarum. In quinque et triginta senatores trecentosque amplius equites R. tanta facilitate animadvertit, ut de nece con- C. 29.

Tac. Ann. XII 4. At Silanus insidiarum nescius ac forte eo anno praetor, repente per edictum Vitellii ordine senatorio movetur, quamquam lecto pridem senatu lustroque condito. Simul affinitatem Claudius diremit, adactusque Silanus eiurare magistratum, et reliquus praeturae dies in Eprium Marcellum collatus est.

Tac. Ann. XII 7. Die nuptiarum mortem sibi (Silanus) conscivit, sive eo usque spem vitae produxerat, seu delecto die augendam ad invidiam.

Seneca Apocol. 14, 1. Ducit (Pedo Pompeius) illum (Claudium) ad tribunal Aeaci: is lege Cornelia, quae de sicariis lata est, quaerebat. postulat, nomen eius recipiat, edit subscriptionem: occisos senatores XXXV, equites R. CCXXI ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε (*ita Buech., cod. S. praebet:* XXX equites R. V ceteros CCXXI ὅσα κ. τ. ἑ.)

M. f. Fal. Eprio Marcello cos. II auguri curioni maximo sodali Augustali pr(aetori) per(egrino) procos. Asiae III provincia Cypros. Cum, ut vidimus, (cf. ad c. 24), Silanus annos XVIII natus in Britannico triumpho ornamenta triumphalia acceperit, natus sit necesse est anno 778/25 aut ineunte anno 779/26. Quibuscum tamen parum congruit, quod anno 801/48 praetor fuit, nam cum Dio (60, 5, 7) tradat Silano concessum fuisse, ut quinquennio ante quam per leges liceret honores peteret, exspectes eum a. 801/48 vicesimum quintum annum iam ingressum fuisse natumque esse a. 776/23. Mommsen (Eph. l. l. p. 62) hanc difficultatem ita sustulit, ut Silano postea privilegium adauctum esse credat, quod fortasse etiam colligendum est ex verbis Dionis 60, 31, 7: καὶ πολὺ πρὸ τοῦ καθήκοντος χρόνου στρατηγῆσαι. Quam tamen viam ineamus nescio annon necesse sit. Nam si Silanum natum esse ponimus medio anno 778/25, et annum undevicesimum egit, cum exeunte a. 796/43 vel ineunte a. 797/44 ornamenta triumphalia acciperet et quaestor esse potuit ex privilegio ei concesso a. 798/45 annum vicesimum ingressus (cf. Mommsen StR. I³ 576 A 3 = I² 557), et si simul quaestor aerarii Saturni per tres annos fuit, a. 801/48 extra ordinem praetor fieri potuit, cf. c. 24, p. 112. Nec mirum generum principis simul quaestorem eius et aerarii Saturni fuisse, cum etiam Coiedius Candidus (cf. titulum Suasensem Dess. n. 967 ad c. 24 adscriptum) iis muneribus simul functis sit; nec quod Dio sub a. 767/44 curam aerarii Sat. quaestoribus redditam esse tradit, obstat quominus primos quaestores inde ab a. 798/45 munere functos esse putemus. Haec si recte disputata sunt, Silanus collega fuit Domitii Decidii (cf. C. I. L. VI 1403 = Dess. n. 966 ad c. 24).

quinque et triginta senatores trecentosque amplius equites. cf. Tac. Ann. XIII 43: *acerbitate accusationis — Valerium Asiaticum, Lusium Saturninum, Cornelium Lupum circumventos; iam equitum Romanorum agmina damnata omnemque Claudii saevitiam Suillio obiectabant.* Seneca Apocol. 14, 5: *quis enim nos alius huc misit quam tu, omnium amicorum interfector?* Buecheler (Symb. Bonn. p. 88) pro *trecentosque* legendum esse putat *ducentosque* propter Senecae locum Apocol. 14, 1. Me iudice,

C. 29. sularis viri renuntiante centurione factum esse quod imperasset, negaret quicquam se imperasse, nihilo minus rem comprobaret, affirmantibus libertis officio milites functos, quod ad ultionem imperatoris ultro procucurrissent. Nam illud omnem fidem excesserit quod nuptiis, quas Messalina cum adultero Silio fecerat, tabellas dotis et ipse consignaverit, inductus, quasi de industria simularentur ad avertendum transferendumque periculum, quod imminere ipsi per quaedam ostenta portenderetur.

XXX. Auctoritas dignitasque formae non defuit vel stanti vel sedenti ac praecipue quiescenti; (nam et prolixo nec exili corpore erat, et specie canitieque pulcra, opimis cervicibus) ceterum et ingredientem destituebant poplites minus firmi, et

Dio 60, 2, 1 = Suidas s. v. Κλαύδιος. *τὸ δὲ δὴ σῶμα νοσώδης, ὥστε καὶ τῇ κεφαλῇ καὶ ταῖς χερσὶν ὑποτρέμειν. καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῷ φωνήματι ἐσφάλλετο.*

Seneca Apocol. 5, 2. Nuntiatur Iovi venisse quendam — nescio quid illum minari — assidue enim caput movere, pedem dextrum trahere. quaesisse se, cuius nationis esset: respondisse nescio quid perturbato sono et voce confusa; non intellegere se linguam eius. (3). ut vidit novi generis faciem, insolitum incessum, vocem nullius terrestris animalis, sed qualis marinis beluis esse solet, raucam et implicitam.

Seneca l. l. 6, 2. excandescit — Claudius et quando potest murmure irascitur. quid diceret nemo intellegebat.

---

si omnino quid mutandum, rectius textum corruptum Senecae correxeris, nec mihi numerus quem Suetonius tradit nimius esse videtur.

tabellas dotis consignaverit. de tabulis dotis cf. Marq. Vit. Priv.[2] p. 48 A 2. Auctor quem Tacitus hic sequitur hoc omisisse videtur, quia non credebat.

transferendum—portenderetur. marito Messalinae mortem instare nonnullis portentis praedici putaverunt. Quare Messalina alii collocanda erat, ut in hunc periculum transferretur, cf. Ner. 36: *ut ex Balbillo astrologo didicit, solere reges talia ostenta caede aliqua illustri expiare atque a semet in capita procerum depellere.*

vel stanti. hoc praebent cod. Paris. 6116 et Med. 1. 2, recepitque Rothius, qui tamen stellula apposita locum sibi nondum sanatum videri indicavit. Memmianus habet *et veterum stanti*, alii codices alia, cf. Rothii praef. p. XLV. Locum multi varie emendare conati sunt, e quibus nomino Oudendorp: *ei verum stanti;* v. cl. Polak (l. l. p. 37): *ei quidem vel stanti*, e quibus correctionem Oudendorpii praefero. Nisi e coniectura orta est, lectio cod. Paris. quae bonum sensum dat (nec aliquid deesse puto) retinenda mihi videtur, quamquam iis qui auctoritati Memmiani etiam hoc tribuendum putant, ut Oudendorpii correctio in textum recipiatur, non multum habeo quod contradicam.

specie canitieque pulcra. cf. Seneca Apocol. 5, 2: *venisse quendam bonae staturae, bene canum.*

destituebant poplites. Claudius diu stare

remisse quid vel serio agentem multa dehonestabant: risus indecens, ira turpior spumante rictu, umentibus naribus, praeterea linguae titubantia, caputque cum semper, tum in quantulocumque actu vel maxime tremulum. C. 30

XXXI. Valetudine sicut olim gravi, ita princeps prospera usus est, excepto stomachi dolore, quo se correptum etiam de consciscenda morte cogitasse dixit.

XXXII. Convivia agitavit et ampla et assidua, ac fere patentissimis locis ut plerumque sesceni simul discumberent. Convivatus est et super emissarium Fucini lacus, ac paene summersus, cum emissa impetu aqua redundasset. Adhibebat omni cenae et liberos suos cum pueris puellisque nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum sedentes vescerentur. Con-

Seneca l. l. 7, 2, 4 sq. Quid nunc profatu vocis incerto sonas? Quae patria, quae gens mobile eduxit caput?

Juv. VI 620 sq. minus ergo nocens erit Agrippinae Boletus, siquidem unius praecordia pressit Ille senis tremulumque caput descendere iussit In caelum et longa manantia labra saliva.

Tac. Ann. XII 57. Quin et convivium effluvio lacus appositum magna formidine cunctos affecit, quia vis aquarum prorumpens proxima trahebat, convulsis ulterioribus aut fragore et sonitu exterritis.

Tac. Ann. XIII 16. Mos habebatur, principum liberos cum ceteris idem aetatis nobilibus sedentes vesci, in adspectu propinquorum, propria et parciore mensa.

---

non poterat, cf. Dio 60, 12, 3: *καθημένος γὰρ — ὑπὸ τῆς ἀρρωστίας.* Seneca addit pedem dextrum eum traxisse, cf. Apocol. 5, 2: *pedem dextrum trahere.* 3: *insolitum incessum.* 1, 1: *non passibus aequis.*

caput tremulum. praeter caput manus quoque tremulas fuisse tradit Dio 60, 2, 1. Cf. quoque Seneca Apocol. 6, 2: *ille autem Febrim duci iubebat illo gestu solutae manus ad hoc unum satis firmae.*

princeps. Dio tamen (60, 2, 1) in universum dicit: *τὸ δὲ δὴ σῶμα νοσώδης.* Idem apud Zon. XI 11 p. 471 Claudium a. 805/52 morbo correptum esse tradit: *Νοσήσαντος δὲ μετὰ ταῦτα τοῦ Κλαυδίου εἰσῆλθεν ὁ Νέρων εἰς τὸ συνέδριον καὶ, εἰ ἀναρρωσθείη ὁ Κλαύδιος, ἱπποδρομίαν ὑπέσχετο — ῥαΐσαντος δὲ τοῦ Κλαυδίου τὴν ἱπποδρομίαν ὁ Νέρων μεγαλοπρεπῶς ἐπετέλεσε, καὶ τὴν Ὀκταβίαν δὲ τότε ἔγημε.*

stomachi dolore. intellego dolorem semper redeuntem, quare Lehmannum (l. l. p. 362 A 4) e loco Zonarae modo allato colligentem Claudium a. 805/52 morbo cardiaco correptum esse non sequor.

sesceni. Lipsii correctionem *sexageni* propter *patentissimis locis* non necessariam puto.

convivatus—super emissarium. cf. Tac. Ann. XII 57. De tempore vide ad c. 20, p. 91.

adhibebat omni cenae—liberos. cf. Tac. Ann. XIII 16.

ad fulcra lectorum sedentes. vulgo ad hunc locum afferunt Aug. 64: *neque cenavit una, nisi ut nepotes in imo lecto assiderent*, ubi tamen *in imo lecto* non

C. 32. vivae, qui pridie scyphum aureum surripuisse existimabatur, revocato in diem posterum calicem fictilem apposuit. Dicitur etiam meditatus edictum, quo veniam daret flatum crepitumque ventris in convivio emittendi, cum periclitatum quendam prae pudore ex continentia repperisset.

XXXIII. Cibi vinique quocumque et tempore et loco appetentissimus, cognoscens quondam in Augusti foro, ictusque nidore prandii, quod in proxima Martis aede Saliis apparabatur, deserto tribunali ascendit ad sacerdotes unaque decubuit. Nec temere umquam triclinio abscessit nisi distentus ac madens,

Tac. Hist. I 48. (T. Vinius) servili deinceps probro respersus est, tamquam scyphum aureum in convivio Claudii furatus, et Claudius postera die soli omnium Vinio fictilibus ministrari iussit.

Plut. Galb. 12. δειπνῶν παρὰ Κλαυδίῳ Καίσαρι ποτήριον ἀργυροῦν ὑφείλετο. ἐλθόντι δ' ἐκέλευσεν ἐκείνῳ μηδὲν ἀργυροῦν, ἀλλὰ κεράμεια πάντα προσφέρειν καὶ παρατιθέναι τοὺς ὑπηρέτας.

Dio 60, 2, 5 = Zon. XI 8 p. 460. ἐπετίθεντο δ' αὐτῷ ἔν τε τοῖς πότοις μάλιστα καὶ ἐν ταῖς μίξεσι · πάνυ γὰρ ἀπλήστως ἀμφοτέροις σφίσι προσέκειτο.

Victor Caes. IV 1. Claudius, quamquam ventri foede obediens.

(Victor) Epit. IV 3. Hic ventri vino libidini foede oboediens.

---

idem valet quod *ad fulcra*. Rectius cum hoc loco Marq. Vit. Priv.[2] p. 301 A 1 praeter locum Taciti modo allatum comparat acta fr. Arv. a. 218 p. Chr. n., Henzen p. CCIII: *pueri [praetextati pat]rimi et matrimi, senatorum filii numero III in cathedris consederunt et epulati sunt.* Mihi quoque Claudii liberi in cathedris (de quibus cf. Marq. l. l. p. 726) sedisse videntur.

convivae. T. Vinium Rufum consulem a. 822/69 (C. I. L. VI 155. 1986. 2051. X 6637), praepotentem amicum Galbae fuisse dicunt Tac. Hist. I 48, Plut. Galb. 12.

flatum crepitumque ventris. flatus i. e. βδέσμα vissium, *crepitus ventris* i. e. πορδή, cf. Baehrens. ad Catull. 54, 3. Claudius autem ipse hoc vitio laborasse videtur, cf. Seneca Apocol. 4, 3: *Ultima vox eius haec inter homines audita est, cum maiorem sonitum emisisset illa parte, qua facilius loquebatur.* »*Vae me, puto, concacavi me.*"

Augusti foro. cf. Aug. 29: *fori exstruendi causa fuit hominum et iudiciorum multitudo, quae videbatur non sufficientibus duobus etiam tertio indigere; itaque festinatius necdum perfecta Martis aede publicatum est, cautumque ut separatim in eo publica iudicia et sortitiones iudicum fierent.*

proxima Martis aede. sermo est de templo Martis Ultoris, de quo cf. ad c. 4 p. 18. Ex hoc loco patet in illa aede etiam mansionem Saliorum fuisse, quod confirmatur titulo urbano in ruderibus eiusdem templi reperto C. I. L. VI 2158: *mansiones Saliorum Palatinorum a veteribus ob armorum magnalium custodiam constitutas longa nimis aetate neglectas pecunia sua reparaverunt pontifices Vestae V. V. C. C. pro magisterio Plotii Acilii Lucilli Vitrasii Praetextati V. V. C. C.*

Saliis. de Saliorum cenis (hic de prandio sermo), cf. Marq. StV. III[2] 231 A 7.

et ut statim supino ac per somnum hianti pinna in os inderetur ad exonerandum stomachum. Somni brevissimi erat (nam ante mediam noctem plerumque evigilabat) ut tamen interdiu nonnumquam in iure dicendo obdormisceret, vixque ab advocatis de industria vocem augentibus excitaretur. Libidinis in feminas profusissimae, marum omnino expers. Aleam studiosissime lusit, de cuius arte librum quoque emisit; solitus etiam in gestatione ludere, ita essedo alveoque adaptatis ne lusus confunderetur. C. 33.

XXXIV. Saevum et sanguinarium natura fuisse, magnis minimisque apparuit rebus. Tormenta quaestionum poenasque

---

pinna. ad stomachum exonerandum post epulas aut vomitivo utebantur aut pinna, cf. Tac. XII 67; *tamquam nisus evomentis adiuvaret pinnam—faucibus—demisisse creditur.* Suidas: *εἰωθᾶσιν οἱ δυσεμοῦντες πτέρῳ χρῆσθαι πρὸς τὸ εὐχερῶς ἐμέσαι.* Marq. Vit. Priv.[2] p. 330.

libidinis profusisissimae. semper plures paelices secum habebat, cf. Dio, 10, 18, 3: *ἐκείνῳ (Κλαυδίῳ) τε γὰρ θεραπαινίδιά τινα συμπαρακατέκλινε.* Tac. Ann. XI 29: *duas paelices, quarum corpori maxime insueverat.* Victor Caes. IV 11: *animi ac pellicum gratia — Ostiam profecto.*

Aleam studiosissime lusit. cf. c. 5 *aleae infamiam.* Hoc aleae studium tangit Seneca Apocol. 12, 2, 30: *Vosque inprimis (lugete) qui concusso Magna parastis lucra fritillo.* 14, 4: *Placuit novam poenam (Claudio) constitui debere, excogitandum illi laborem irritum et alicuius cupiditatis speciem sine effectu. Tum Aeacus iubet illum alea ludere pertuso fritillo. et iam coeperat fugientes semper tesseras quaerere et nihil proficere.* Cf. Suet. Vit. 4: *Claudio per aleae studium familiaris.*

gestatione. gestari proprie dicitur, ut ipsa vox indicat, is qui lectica fertur. Hac tamen aetate in universum gestari dicitur is qui sive lectica gestatur, sive in curru animi causa vehitur, cf. praeter hunc locum Sen. ep. 122. 6: *Quaero circa horam octavam noctis, quid sibi ille sonus rotarum velit. Gestari dicitur.* Tac. Ann. XI 33: *in eodem gestamine sedem poscit* (hoc loco potius cum Nipp.-Andr. de curru cogitandum quam de sella gestatoria, ut putat Marq. Vit. Priv[2] p. 737 A 9). Martial. I 12, 8: *gestatus biiugis Regulus esset equis.* IV 64, 19: *Gestator patet essedo tacente* XII 57, 23: *Intraque limen clusus essedo cursus*, cf. IV 52. Gestatio et ipse actus dicitur et locus ubi gestatur, habebantque divites homines Romae apud domum gestationem in hortis privatis, cf. C. I. L. VI 29775 et quem ibi Huelsen laudat, de Rossi apud Fiorelli, Notizie d. Scavi 1888 p. 708 sqq. Bull. Com. 1889 p. 355sqq. 1890 p. 284 sq. In universum cf. Seneca ep. 15, 16: *gestatio et corpus concutit, et studio non officit: possis legere, possis dictare, possis loqui, possis audire.*

Tormenta. sc. servorum, nam homines ingenuos se non quaestioni subiecturum esse promiserat Claudius initio imperii, cui tamen promisso cum non stetisse post rebellionem Camilli dicit Dio 60, 15, 6: *καίτοι τοῦ Κλαυδίου κατ᾽ ἀρχὰς εὐθὺς τῆς ἡγεμονίας ὀμόσαντος μηδένα βασανιεῖν.*

poenas parricidarum. cf. Dig. 48, 9. 9: *Poena parricidii more maiorum haec instituta est, ut parricida virgis sanguineis verberatus deinde culleo insuatur cum cane, gallo gallinaceo et vipera, et simia: deinde in mare profundum culleus iactatur.* Claudium mul-

C. 34. parricidarum repraesentabat exigebatque coram. Cum spectare antiqui moris supplicium Tiburi concupisset, et deligatis ad palum noxiis carnifex deesset, accitum ab urbe vesperam usque opperiri perseveravit. Quocumque gladiatorio munere, vel suo vel alieno, etiam forte prolapsos iugulari iubebat, maxime retiarios, ut exspirantium facies videret. Cum par quoddam mutuis ictibus concidisset, cultellos sibi parvulos ex utroque ferro in usum fieri sine mora iussit. Bestiariis meridianisque adeo delectabatur, ut et prima luce ad spectaculum

---

tos hac poena affecisse dicit Seneca de clementia I 23, 1: *Pater tuus* (Neronem alloquitur) *plures intra quinquennium culleo insuit, quam omnibus saeculis insutos accepimus.* Cf. Aug. 33.

repraesentabat. cf. Vit. 10: *nonnumquam necem repraesentantes adversantibus.* Val. Max. VI 5: *poenam repraesentare maluit.* Minus autem recte nonnulli interpretes putaverunt Claudium a Suetonio vituperari, quod contra sènatus consultum egisset, quo supplicium decimo demum die post damnationem sumi iubebatur, cf. Tac. Ann. III 51. Suet. Tib. 75. Dio 57, 20, 4; 58, 27, 5. Seneca de tranq. an. 14, 4. Apud hos enim scriptores, ut praesertim Taciti et Dionis loci ostendunt, sermo est de iis, qui maiestatis et a senatu damnati erant. Ex hoc loco id tantum apparet, quod et par est, inter sententiam et supplicium spatium aliquod dari solitum fuisse.

exigebatque coram. vulgo enim ante portam Esquilinam necabantur.

antiqui moris supplicium. tale supplicium ipse Suetonius describit Ner. 49: *legitque se hostem — iudicatum et quaeri, ut puniatur more maiorum, interrogavitque quale id genus esset poenae; et cum comperisset, nudi hominis cervicem inseri furcae corpus virgis ad necem caedi*, quibus tamen addendum fuit, et securi percuti, cf. Liv. II 5. VII 19. XXVI 15.

Tiburi. saepius Claudius ibi ius dixit ante fanum Herculis Victoris, ut Augustus quoque fecerat (Aug. 72), cf. Seneca Apocol. 7, 4: *ego Tiburi* (ita Buech., cod. *tibi*) *ante templum* (*Herculis*) *ius dicebam totis diebus mense Iulio et Augusto.*

carnifex deesset. nam per lictores (quos Claudius secum habebat) supplicium iam sumi non solebat, cf. Mommsen StR. I³ 381 A 1 = I² 365.

vesperam usque. de die enim talia fieri mos erat. Sic Gaius quoque a Seneca (de ira III 18) vituperatur quod senatores ad lucernam interfecit, sed sine dubio Gaius et Claudius iure ita agere potuerunt.

vel suo vel alieno. in suis muneribus ipse princeps missionem dabat vel negabat, populus ut daretur rogare tantum poterat; in muneribus ab aliis datis editores hoc spectatoribus remittere solebant. Itaque in alienis ludis gladiatoriis Claudius usurpavit, quod spectatorum erat.

meridianisque. de his cf. Seneca ep. 7, 3 sq.: *casu in meridianum spectaculum incidi lusus exspectans et sales et aliquid laxamenti, quo hominum oculi ab humano cruore acquiescant: contra est. quidquid antea pugnatum est, misericordia fuit. nunc omissis nugis mera homicidia sunt. nihil habent quo tegantur. ad ictum totis corporibus expositi numquam frustra manum mittunt. Hoc plerique ordinariis paribus et postulaticiis praeferunt. Quidni praeferant? non galea, non scuto repellitur ferrum. quo munimenta? quo artes? omnia ista mortis morae sunt. Mane leonibus et ursis homines, meridie spectatoribus suis obici-*

descenderet et meridie, dimisso ad prandium populo, persederet, praeterque destinatos etiam levi subitaque de causa quosdam committeret, de fabrorum quoque ac ministrorum atque id genus numero, si automatum vel pegma vel quid tale aliud parum cessisset. Induxit et unum ex nomenculatoribus suis, sic ut erat togatus. C. 34.

XXXV. Sed nihil aeque quam timidus ac diffidens fuit. Primis imperii diebus quamquam, ut diximus, iactator civilitatis, neque convivia inire ausus est nisi ut speculatores cum

Dio 60, 13, 4. τά τε γὰρ ἄλλα καὶ τοὺς διὰ μέσου τῆς θέας παρὰ τὸν τοῦ ἀρίστου καιρὸν κατακοπτομένους ἥδιστα ἐθεώρει.

---

untur. — *Haec fiunt, dum vacat arena.* Meridie igitur intectis corporibus ii dimicabant, qui ex bestiariis (qui mane pugnabant) supererant; ex tempore nomen duxerunt.

[p.154] *prima luce.* quo tempore bestiarii pugnabant, si venatio, ut fieri solebat, muneri gladiatorio adiuncta erat, cf. Mart. XII 95, 7: *Matutinarum non ultima praeda ferarum.* V. 65, 8: Friedländer S. G. II[5] p. 439 A 11. 12.

dimisso ad prandium populo. cf. Dio 37, 46, 4: *ὁ δῆμος ἀπαυστὶ μεχρὶ τότε τὰς ὁπλομαχίας θεώμενος ἐξανέστη τε μεταξὺ τοῦ ἔργου καὶ ἄριστον εἵλετο. Καὶ τοῦτ᾽ ἐκεῖθεν ἀρξάμενον καὶ νῦν, ὁσάκις ἂν ὁ τὸ κράτος ἔχων ἀγωνοθετῇ, γίγνεται.*

automatum. ut vox indicat est machina quae sponte moveri videtur, sed ad quos usus ea in muneribus adhiberetur accuratius non novimus.

pegma i. e. machina lignea, quae sponte surgere poterat, cf. Seneca ep. 88, 22: *pegmata per se surgentia.* Phaedr. V 7. 7. Juv. IV 122 (ubi vide Friedländer). Mart. Spect. 2, 2. Vita Carin. 19.

sic ut erat togatus. toga autem hominem ad dimicandum magnopere impediit. Casaubonus sine causa maluit *togatum* ut Gai. 45: *sic ut erant loricatos — adhortatus est*, nam saepius Suetonius Nominativum habet post *sic ut erat*, cf. Aug. 78. Cl. 9. Ner. 48. Oth. 8. Hominem libertinum fuisse indicat *togatus*; nomenclatores libertini inveniuntur C. I. L. VI 9692. 9694. 9696.

primis imperii diebus. tricesimo demum die eum in curiam venisse tradit Dio (60, 3, 2).

ut diximus. cf. c. 12, ubi exempla civilitatis congessit Suet.

speculatores. intelleguntur speculatores, milites praetoriani, (diversi a speculatoribus legionum, quorum singulae legiones denos habuerunt, cf. C. I. L. III 3524. 4452 = Dess. n. 2375. 2382. II 4122), saepius in titulis (exempla collegit Cauer Eph. Epigr. IV p. 461 sqq.) memorati (plerumque nude *speculator* vel *speculator cohortis illius* invenitur, nonnumquam vero speculator *Caesaris* (*Augusti*, *Caesaris Augusti*), cf. C. I. L. VI 1921[a] = 2782. 2755 = Dess. 2014. 2145. VI 2669. III 4843. 5223). Eos ante Vespasianum et adhuc sub illo, quamquam per centurias cohortium praetoriarum dispositos, corpus a cohortibus praetoriis secretum effecisse recte collegit Cauer Eph. Epigr. l. l. p. 464 ex diplomate Vespasiani C. I. L. III p. 853 = Dess. n. 1993: *nomina speculatorum qui in praetorio meo militaverunt item militum qui in cohortibus novem praetoriis et quattuor urbanis subieci.* Quibuscum congruit, quod suos praepositos habebant: optionem et tesserarium no-

C. 35. lanceis circumstarent militesque vice ministrorum fungerentur, neque aegrum quemquam visitavit nisi explorato prius cubiculo culcitisque et stragulis praetemptatis et excussis. Reliquo autem tempore salutatoribus scrutatores semper apposuit, et quidem omnibus et acerbissimos. Sero enim ac vix remisit, ne feminae praetextatique pueri et puellae contrectarentur, et ne cuius comiti aut librario calamariae aut graphiariae thecae adime-

Dio 60, 2, 6 = Zon. XI 8 p. 460. *πρὸς δὲ καὶ δειλίαν εἶχεν, ὑφ' ἧς πολλάκις ἐκπληττόμενος οὐδὲν τῶν προσηκόντων ἐξελογίζετο. καὶ αὐτοῦ καὶ τοῦτο προσλαμβάνοντες οὐκ ἐλάχιστα κατειργάζοντο.*

Dio 60, 3, 2 = Zon. XI 8 p. 461. *οὐ μέντοι καὶ παραυτίκα ἀλλ' ὀψὲ καὶ τριακοστῇ ἡμέρᾳ ἐς τὴν βουλὴν ἐσῆλθε. τόν τε γὰρ Γάιον οὕτως ὁρῶν ἀπολωλότα, καὶ πυνθανόμενός τινας ὡς καὶ βελτίονας ἑαυτοῦ πρὸς τὴν ἀρχὴν ὑπ' αὐτῆς προβεβλῆσθαι, οὐκ ἐθάρσει, ἀλλὰ τά τε ἄλλα ἀκριβῶς ἐφυλάττετο, καὶ πάντας τοὺς προσιόντας οἱ καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας ἐρευνᾶσθαι ἐποίει μή τι ξιφίδιον ἔχωσιν, ἔν τε τοῖς συμποσίοις πάντως τινὰς στρατιώτας συνόντας εἶχε, καὶ τοῦτο μὲν ἐξ ἐκείνου καταδειχθὲν καὶ δεῦρο ἀεὶ γίγνεται. ἡ δὲ δὴ ἔρευνα ἡ διὰ πάντων ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ ἐπαύσατο.*

Victor Caesar IV 1. Claudius, quamquam — pavidus animi et ignavior esset, pleraque per formidinem tamen egregie consultabat.

(Victor) Epit. IV 3. Hic — ignavus ac pavidus.

---

minat Tac. Hist. I 25, centurio memoratur C. I. L. III 5223. X 6674 = Dess. n. 2020, vexillarius et optio in titulo urbano C. I. L. VI 205, quem von Domaszewski, die Religion des röm. Heeres p. 91 sqq. a speculatoribus positum esse docet. Ex omnibus cohortibus praetoriis electi videntur, principalesque et centuriones eorum ceteros antecedunt. Et in urbe et extra urbem principem comitantur, cf. Tac. Hist. II 11: *ipsum Othonem comitabantur speculatorum lecta corpora cum ceteris praetoriis cohortibus.* Suet. Galb. 18: *descendentem speculator impulsu turbae lancea prope vulneravit.* Gai. 44. Equites fuerunt, cf. C. I. L. XI 395 = Dess. n. 2648: — *exercitatori equit(um) speculatorum.* — C. I. L. VI 205: *vex(illarius).* Suet. Galb. l. l. Quot speculatores Claudii aetate fuerint, incertum, cum autem a. 822/69 in una cohorte viginti quattuor fuerint, tunc igitur omnes duodecim cohortes CCLXXXVIII habuerunt (cf. Tac. Hist. I 27. 31: *dilapsis speculatoribus cetera cohors.* 35), fortasse, ut von Domaszewski l. l. suspicatus est, trecentos. Idem (l. l.) probabiliter putat numerum eorum a Nerone auctum esse, praefuisse autem iis inde ab illa aetate trecenarium, primum praetorii centurionem (cf. Mommsen Eph. Epigr. IV p. 242 sqq.), cum et huius prima mentio fiat in titulo aetatis Neronianae, et centurio speculatorum adhuc in titulo eiusdem aetatis, nec postea tamen memoretur. Plura vide apud von Domaszewski l. l.

scrutatores. hanc consuetudinem Vespasianus demum omisit, cf. Dio 60, 3, 3. Suet. Vesp. 9.

calamariae aut graphiariae thecae. in theca calamaria vel libraria (Mart. XIV 19 in tit.) praeter alia quae enumerat

rentur. Motu civili cum eum Camillus, non dubitans etiam citra bellum posse terreri, contumeliosa et minaci et contumaci epistula cedere imperio iuberet vitamque otiosam in privata re agere, dubitavit adhibitis principibus viris an obtemperaret. C. 35.

XXXVI. Quasdam insidias temere delatas adeo expavit, ut deponere imperium temptaverit. Quodam, ut supra rettuli, cum ferro circa sacrificantem se deprehenso, senatum per praecones propere convocavit lacrimisque et vociferatione miseratus est conditionem suam, cui nihil tuti usquam esset, ac diu publico abstinuit. Messalinae quoque amorem flagrantissimum non tam indignitate contumeliarum quam periculi metu abiecit, cum adultero Silio acquiri imperium credidisset; quo

Dio 60, 15, 4 = Zon. XI 9 p. 464. Κλαύδιος δὲ τέως μὲν πάνυ κατέδεισεν, ὥστε καὶ ἐθελοντὴν ἑτοίμως ἔχειν τοῦ κράτους αὐτῷ (τῷ Καμίλλῳ) ἐκστῆναι.

Dio 60, 31, 5. καὶ ἐκφοβήσας (ὁ Νάρκισσος) αὐτὸν ὡς καὶ τῆς Μεσσαλίνης ἐκεῖνόν τε ἀποκτενεῖν καὶ τὸν Σίλιον ἐς τὴν ἀρχὴν ἀντικαθιστάναι μελλούσης.

Marq. Vit. Priv.[2] p. 824 inerant scalprum librarium et circinus, quae mucronem habebant. Theca graphiaria nihil praeter graphium continebat, cf. Mart. XIV 21: *haec tibi erunt armata suo graphiaria ferro, si puero dones, non leve munus erit.* Quare Marq. l. l. 825 A 1 non sequor thecam calamariam idem esse dicentem quod graphiariam, cui opinioni noster quoque locus obstare videtur.

Motu civili. cf. c. 13.

non dubitans—posse terreri. Acc. c. Inf. ut Ner. 28: *nam matris concubitum appetisse—nemo dubitavit.* Cf. Kühner Gr. L. II p. 832 A 3.

citra i. e. sine, cf. Caes. 28: *citra auctoritatem*; Aug. 24: *citra commoda;* 66: *citra honorem.*

dubitavit—an obtemperaret. idem tradit Dio 60, 15, 4.

quasdam insidias—expavit. cf. tamen Dio 60, 29, 3: *μηνυθέντων δέ τινων ὡς ἐπιβουλεύοιεν αὐτῷ, τοὺς μὲν ἄλλους ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἐποιήσατο, εἰπὼν ὅτι οὐ τὸν αὐτὸν χρὴ τρόπον ψύλλαν τε καὶ θηρίον ἀμύνεσθαι, ὁ δὲ Ἀσιατικὸς ἐκρίθη.*

ut supra rettuli. cf. c. 13: *alter ut sacrificantem — adoreretur.*

senatum. mos erat ut principes senatum de rebus maioris momenti certiorem facerent, cf. Mommsen StR. III 1265 A 3. Senatus enim internuntius est inter principem et populum. Nonnumquam tamen principes tales res statim per edictum cum populo communicaverunt, cf. Mommsen l. l. 1265 A 1.

per praecones. senatus hac aetate per edictum convocari solebat, cf. Mommsen l. l. 918 A 3, sed in rebus subitis, ut olim semper, per praecones convocabatur, cf. Mommsen l. l. A 2 I[3] 364 A 7 = I[2] 349 A 3.

convocavit. ius senatum convocandi Augusto concessum erat, cf. Dio 54, 3, 3: *ἐπῃνεῖτο ὥστε καὶ τὸ τὴν βουλὴν ἀθροίζειν, ὁσάκις ἂν ἐθελήσῃ, λαβεῖν,* quod in successores eius tralatum esse docet lex de imperio Vespasiani C. I. L. VI 930 = Dess. n. 244 l. 4 sq.: *utique*

tempore foedum in modum trepidus ad castra confugit, nihil tota via quam essetne sibi salvum imperium requirens.

XXXVII. Nulla adeo suspicio, nullus auctor tam levis exstitit, a quo non mediocri scrupulo iniecto ad cavendum ulciscendumque compelleretur. Unus ex litigatoribus seducto in salutatione affirmavit, vidisse se per quietem occidi eum a quodam; dein paulo post, quasi percussorem agnosceret, libellum tradentem adversarium suum demonstravit: confestimque is pro deprenso ad poenam raptus est. Pari modo oppressum ferunt Appium Silanum; quem cum Messalina et Narcissus conspirassent perdere, divisis partibus, alter ante lucem similis attonito, patroni cubiculum irrupit, affirmans somniasse se vim ei ab Appio illatam; altera, in admirationem formata, sibi quoque eandem speciem aliquot iam noctibus obversari rettulit,

Dio 60, 14, 1 = Zon. XI 9 p. 463. *ὁπότε γὰρ ἀποκτεῖναί τινα ἐθελήσειαν (οἵ τε Καισάρειοι καὶ ἡ Μεσσαλῖνα) ἐξεφόβουν αὐτόν, κἀκ τούτου πάνθ' ὅσα ἐβούλοντο ποιεῖν ἐπετρέποντο.*

Victor Caes. IV 9. Namque Claudium, uti supra docuimus, natura performidolosum iniecto metu sui agitabant, maxime coniurationis; quo commento liberti etiam, quos vellent, perditum ibant.

Dio 60, 14, 3. *τοῦτον (Γάιον Ἄππιον Σιλανόν) — ἐξαίφνης ἔσφαξεν, ὅτι τῇ τε Μεσσαλίνῃ προσέκρουσεν οὐκ ἐθελήσας αὐτῇ συγγενέσθαι, — καὶ τῷ Ναρκίσσῳ — δι' ἐκείνην. καὶ οὐ γὰρ εἶχον οὔτ' ἀληθὲς οὔτε πιθανόν τι κατ' αὐτοῦ εἰπεῖν, συνέπλασεν ὄναρ ὁ Νάρκισσος ὡς σφαττόμενον τὸν Κλαύδιον ὑπὸ τοῦ Σιλανοῦ αὐτοχειρίᾳ ἰδών, καὶ αὐτός τε εὐθὺς ὑπὸ τὴν ἕω ἐν τῇ εὐνῇ οἱ ἔτ' ὄντι ὑπότρομος διηγήσατο, καὶ ἡ Μεσσαλῖνα παραλαβοῦσα ἐδείνωσε.*

---

ei senatum habere relationem ferre remittere senatus consulta per relationem discessionemque facere liceat ita uti licuit divo Aug. Ti. Iulio Caesari Aug. Ti. Claudio Caesari Aug. Germanico.

amorem flagrantissimum. cf. Tac. Ann. XI 28: *reputantes hebetem Claudium et uxori devinctum.*

acquiri imperium. cf. Dio 60, 31, 5. Tac. Ann. XI 30: *nam matrimonium vidit populus et miles; ac nisi propere agis, tenet urbem maritus.*

trepidus. cf. Tac. l. l. 33: *Trepidabatur nihilominus ad Caesarem: quippe Getae, praetorii praefecto, haud satis fidebant, ad honesta seu prava iuxta levi.*

essetne — salvum imperium. cf. Tac. l. l. 31: *satis constat eo pavore offusum Claudium, ut identidem interrogaret, an ipse imperii potens, an Silius privatus esset.*

oppressum Silanum. a. 795/42, cf. ad c. 29.

Messalina et Narcissus conspirassent. cf. Dio 60, 14, 3. Tac. Ann. XI 29:

nec multo post ex composito irrumpere Appius nuntiatus, cui pridie ad id temporis ut adesset praeceptum erat, quasi plane repraesentaretur somnii fides, arcessi statim ac mori iussus est. Nec dubitavit postero die Claudius ordinem rei gestae perferre ad senatum ac liberto gratias agere, quod pro salute sua etiam dormiens excubaret. C. 37.

XXXVIII. Irae atque iracundiae conscius sibi, utramque excusavit edicto distinxitque, pollicitus alteram quidem brevem et innoxiam, alteram non iniustam fore. Ostiensibus, quia sibi subeunti Tiberim scaphas obviam non miserint, graviter correptis, eaque cum invidia, ut in ordinem se coactum conscri-

---

Narcissus — Appianae caedis molitor.

arcessi i. e. advocari, quod bonum sensum dat. Quare Lipsii coniectura *arceri* non opus est.

ad senatum. princeps res maioris momenti cum senatu communicabat (cf. c. 36) et praesertim si quos summi ordinis viros interfecisset, eum certiorem eius rei facere solebat, scriptoresque sedulo animadverterunt, si princeps hoc omiserat, cf. Dio 67, 11, 3: *οὐ μὴν οὐδὲ περὶ τῶν ἀναιρεθέντων τῇ βουλῇ τι ἀπέστειλε.* 79, 4, 6: *οὗτοι μὲν διὰ ταῦτα ἀπώλοντο, καί οὐδὲ ἐπεστάλη τι περὶ αὐτῶν τῇ γερουσίᾳ.* Mommsen StR. III 1264 A 3.

Irae atque iracundiae — alteram brevem — alteram non iniustam. per chiasmi figuram haec dicta sunt ut Aug. 13: *neque veteranorum neque possessorum gratiam tenuit, alteris (possessoribus) pelli se, alteris (veteranis) non pro spe meritorum tractari querentibus.* Promisit igitur Claudius iracundiam i. e. irae eruptionem brevem fore, immeritos autem iram suam non conflicturam. (Bremio chiasmum non admittenti *iracundia* idem est atque *odium* (Hass, Groll), quo sensu vox numquam legitur.)

subeunti Tiberim i. e. e mari Tiberim ingresso, cf. Gai. 15: *Ostiam—et inde Romam Tiberi subvectos.* Tib. 72. Velleius. II 106, 3.

scaphas obviam non miserint. ex hoc loco Marq. Vit. Priv² p. 410 A 8 recte collegit scaphas Ostiae non solum inservisse ad merces e navibus quae portum vel flumen intrare non possent transvehendas (cf. Dig. 14, 2, 4 pr.), sed etiam adhibitas esse ad homines transmittendos (cf. Petr. 102). Qui scaphis utebantur scapharii appellati sunt, quorum corpus Ostiae fuisse docet titulus ibi repertus C. I. L. XIV 409: — *item* (patrono) *corpor(atorum) scaphariorum et lenunculario r(um) traiectus Luculli*, cuius corporis pars fuisse videtur *corpus treiect[us] Togatensium*, cuius mentio fit in titulo Ostiensi C. I. L. XIV 403 (cf. Eph. Epigr. I p. 217). Romae quoque scaphas in usu fuisse docet titulus urbanus C. I. L. VI 1872: — *praesertim cum navigatio scapharum diligentia eius adquisita et confirmata sit.* Etiam alibi, ut par est, scapharii inveniuntur, cf. C. I. L. II 1168. 1169. 1180. 1183.

in ordinem coactum. cf. Vesp. 15: *paene in ordinem redactus.* Magistratus qui tamquam privatus tractatur *in ordinem cogi* dicitur, cf. Plin. ep. I 23, 1 (respondit Plinius Falconi roganti, num in tribunatu plebis causas agere sibi liceret): *plurimum refert, quid esse tribunatum putes, inanem umbram et sine honore nomen, an potestatem sacrosanctam et quam in ordinem cogi ut a nullo ita ne a se quidem deceat.* Locutio e re militari desumpta est, in qua praepositi, qui gradu deiciuntur, in ordines cogi dicuntur, cf. Mommsen StR. I³ 139 A 3 = I² 135, qui complura exempla congessit.

C. 38. beret, repente tantum non satis facientis modo veniam dedit. Quosdam in publico parum tempestive adeuntis manu sua reppulit. Item scribam quaestorium, itemque praetura functum senatorem inauditos et innoxios relegavit, quod ille adversus privatum se intemperantius affuisset, hic in aedilitate inquilinos praediorum suorum, contra vetitum cocta vendentes, multasset vilicumque intervenientem flagellasset. Qua de causa etiam coercitionem popinarum aedilibus ademit.

Ac ne stultitiam quidem suam reticuit, simulatamque a se

---

conscriberet. hoc mihi idem est quod *scriberet*, quare Rothio non assentior id legendum censenti. Suetonius enim, ut recte Ernesti et Baumgarten—Crusius animadverterunt verbis cum *con* compositis uti amat, cuius rei exempla hic dedit in indice s. v. *concertare*, *condormire*, *conquiescere*, *conqueri*, *consalutare*. Scripsit autem haec Claudius in epistula ad Ostienses missa, non in libris de vita sua, ut Oudendorpio placuit.

adeuntis. sine *se* ut Aug. 53: *adeuntium desideria;* Tib. 40. Gai. 22.

manu sua reppulit. proprie hoc lictoris proximi fuisset.

scribam quaestorium. inter scribas librarios cum scribis aediliciis summum locum tenebant scribae quaestorii praesertim ad aerarium adhibiti, quam ob causam etiam scribae quaestorii ab aerario appellantur, cf. C. I. L. VI 1816. 1819 = Dess. n. 1895. 1896. VI 3871. Egit de iis Mommsen StR. I³ 346 sqq. = I² 331 sqq.

adversus se affuisset. sc. aerario. Mommsenus (StR. I³ 352 A 5 = I² 337) recte id factum esse putat, cum Claudius aerario non praestitisset quae promisisset (cf. c. 9).

aedilitate. cf. Suet. Tib. 34: *censuit annonam macelli senatus arbitrio quotannis temperandum dato aedilibus negotio popinas ganeasque usque eo inhibendi, ut ne opera quidem pistoria proponi venalia sinerent.* Mommsen StR. II³ 500 A 2 = II² 489.

inquilinos praediorum. praedia sita erant aut in ipsa urbe aut propius urbem Romam passus mille, intra quod spatium aedilium coercitio continebatur, cf. Mommsen StR. I³ 68 A 2 = I² 66.

multassent. de multis ab aedilibus irrogatis cf. Mommsen StR. II³ 513 sq. = II² 502 sq.

cocta vendentes. a Tiberio coercitio popinarum aedilibus data vel aucta erat, cf. Tib. 34. Ea tamen quae Tiberius instituerit, non diu observata esse et e nostro loco et inde colligitur, quod ipse Claudius a. 794/41 luxuriam popinalem cohibuit, cf. Dio 60, 6, 7: *τά τε καπηλεῖα ἐς ἃ συνιόντες ἔπινον, κατέλυσε, καὶ προσέταξε μήτε κρέας ἑφθόν, μήθ' ὕδωρ θερμὸν πιπράσκεσθαι καί τινας ἐπὶ τούτῳ μὴ πειθαρχήσαντας ἐκόλασε.* Quod edictum et ipsum non diu valuisse patet ex Suet. Ner. 16. Dio 62, 14.

Ceterum haec docent non ab omni parte vera esse quae Dio tradit 60, 3, 7: *τούς γε μὴν ἀδικήσαντάς τι ἢ καὶ προπηλακίσαντας αὐτὸν ἰδιώτην ὄντα, (πολλοὶ δὲ ταῦτα ἄλλως τε ὡς μηδενὸς λόγου ἄξιον, καὶ οἱ μὲν τῷ Τιβερίῳ, οἱ δὲ τῷ Γαΐῳ χαριζόμενοι ἐπεποιήκεσαν) πλαστῷ μὲν ἐγκλήματι οὐδενὶ μετῄει, εἰ μέντοι τι ἄλλο κακουργοῦντας ηὕρισκε, καὶ δι' ἐκεῖνα ἐτιμωρεῖτο.*

aedilibus ademit. hoc sine dubio a. 794/41 factum est, quo anno Dio (60, 3, 7) Claudium luxuriam popinalem coercuisse tradit. Utrum autem coercitionem aedilibus ademptam praetoribus dederit, an praefecto urbi, cuius hoc ius postea fuisse scimus (Dig. 1, 12, 1), incertum. Praetoribus iam antea aedilibus deficientibus saepius iurisdictionem eorum datam esse constat, cf. Dio 49, 16 (a.

ex industria sub Gaio, quod aliter evasurus perventurusque ad susceptam stationem non fuerit, quibusdam oratiunculis testatus est; nec tamen persuasit, cum intra breve tempus liber editus sit, cui index erat Μωρῶν ἐπανάστασις, argumentum autem, stultitiam neminem fingere. C. 38.

XXXIX. Inter cetera in eo mirati sunt homines et oblivionem et inconsiderantiam, vel ut Graece dicam, μετεωρίαν et ἀβλεψίαν. Occisa Messalina, paulo post quam in triclinio decubuit, cur domina non veniret requisivit. Multos ex iis, quos

Dio 59, 23, 5. Κλαύδιον ἀπέκτεινεν ἂν (ὁ Γάιος), εἰ μὴ κατεφρόνησεν αὐτοῦ τὰ μὲν τῇ φύσει τὰ δὲ καὶ ἐκ προνοίας πολλὴν νωθείαν προσποιουμένου.

Dio 60, 2, 4 = Zon. XI 8 p. 460. ἅτε γὰρ ἐκ παίδων, ἔν τε νοσηλείᾳ καὶ ἐν φόβῳ πολλῷ τραφείς, καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ πλεῖον τῆς ἀληθείας εὐήθειαν προσποιησάμενος, ὅπερ που καὶ αὐτὸς ἐν τῇ βουλῇ ὡμολόγησε.

718/36); 53, 2, 2 (a. 726/28), C. I. L. VI 1501 = Dess. n. 914 (post a. 734/20, cf. Mommsen StR. II³ 669 A 5 = II² 651), Mommsen StR. I³ 475 A 1 = I² 478, II³ 674 A 1 = II² 655.

simulatamque—sub Gaio. cf. Dio 59, 23, 5; 60, 2, 4.

Exemplum stultitiae simulatae habemus, si recte coniecit Hirschfeld, Wiener Studien III (1881) p. 266 sq., C. I. L. l. infra l., (ut mihi recte coniecisse videtur) a Claudio positum esse titulum Avennione repertum C. I. L. XII 1026 = Dess. n. 195: *Iuliae Drusillae German. Caesar. f(iliae)* [*T*]*i*[*b*]*erius parenti num*[*inis*] *honore delat*[*o posuit*], nam, ut Hirschfeld l. l. monuit, ab homine sanae mentis fratris filia vix parens dici potuit. Si titulus a Claudio positus est, posuit eum sine dubio in itinere Gallico a. 792/39 suscepto (cf. ad c. 9, p. 35; Drusilla consecrata est m. Sept. a. 791/38, cf. Henzen, Act. fr. Arv. p. 164, Huelsen, Eph. Epigr. VIII p. 329), cum sane ad iram Gaii avertendam plus solito stultitia simulanda esset.

evasurus. huc spectant nummi senatus (Eckhel D. N. VI 236 = Cohen, Claude 5—12. 73) inscripti: *Constantia Augusti.*

stationem. statio, i. e. officium, quo quis fungitur, imprimis dicitur de principe (quamquam hic proprie magistratus fuit, cf. Momms. StR. II³ 749 A 2 = II² 727), cf. Augustus apud Gellium XV 7, 3: *ἀνδραγαθούντων ὑμῶν καὶ διαδεχομένων stationem meam;* Ovid. Trist. II 219: *scilicet imperii princeps statione relicta;* Velleius II 124: *pugnantis cum Caesare senatus populique Romani, ut stationi paternae succederet;* Lucan. I 45: *te cum statione peracta Astra petes serus;* Plin. paneg. 7: *nec te laeta stationis istius, sed aspera et dura ad capessendum compulerunt;* Antonin. Pius ad Front. ep. 6 (p. 168 Nab.): *hunc diem, quo me suscipere hanc stationem placuit.*

Μωρῶν ἐπανάστασις i. e. stultorum resurrectio, sc. ironice dictum, qua de causa Suetonius ipsum argumentum addit.

neminem fingere i. e. stultitiam non simulari, itaque eum, qui, ut Claudius, fecisset stulta, semper stultum fuisse et mansurum esse.

oblivionem—ἀβλεψίαν. cf. c. 4. Inde ab *increpuit* inconsiderantiae exempla sunt.

domina. ita hac aetate uxor appellabatur, cf. Epictet. Enchir. 62 (40): *αἱ γυναῖκες εὐθὺς ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κυρίαι καλοῦνται.* Cf.

C. 39. capite damnaverat, postero statim die et in consilium et ad aleae lusum admoneri iussit et, quasi morarentur, ut somniculosos per nuntium increpuit. Ducturus contra fas Agrippinam uxorem, non cessavit omni oratione filiam et alumnam et in gremio suo natam atque educatam praedicare. Asciturus in nomen Neronem, quasi parum reprehenderetur, quod adulto iam filio privignum adoptaret, identidem divulgavit, neminem umquam per adoptionem familiae Claudiae insertum.

XL. Sermonis vero rerumque tantam saepe neglegentiam ostendit, ut nec quis nec inter quos, quove tempore ac loco verba faceret, scire aut cogitare existimaretur. Cum de laniis ac vinariis ageretur, exclamavit in curia: *Rogo vos quis potest sine offula vivere?* descripsitque abundantiam veterum tabernarum, unde solitus esset vinum olim et ipse petere. De

Dio 60, 14, 2. καὶ πολλάκις — κελεύσας τινὰ ἐκ τοῦ παραχρῆμα περιδέους ἀπολέσθαι, ἔπειτα ἀνενεγκὼν καὶ ἀναφρονήσας ἐπεζήτει τε αὐτόν, καὶ μαθὼν τὸ γεγονὸς ἐλυπεῖτό τε καὶ μετεγίγνωσκεν.

Friedlaender S. G. I[5] 400. Marq. Vit. Priv.[2] p. 59 A 3. Dissentit autem Tacitus Ann. XI 38: *Nuntiatumque Claudio epulanti perisse Messalinam, non distincto, sua an aliena manu; nec ille quaesivit, poposcitque poculum et solita convivio celebravit.* De causa dissensus vide ad c. 26, p. 131 *supplicio affecit.*

in consilium. intelleguntur consiliarii vel in negotiis publicis vel in iudiciis. Claudium in negotiis publicis consiliarios adduxisse constat (cf. c. 35: *adhibitis principibus viris*, quod exemplum addendum est iis quae congessit Mommsen StR. II[3] 903 A 4 = II[2] 866), eiusque rei nuper luculentum testimonium dedit papyrus Berolinensis (Berl. Gr. Urk. n. 511 = Hermes XXX p. 486 sqq.), ex qua discimus Claudium, Graecis Alexandrinis querentibus apud eum de Judaeis, item incolis Alexandriae, viginti quinque consiliarios adhibuisse, e quibus sedecim consulares fuerunt, cf. col. II l. 5 sqq. *συνκα[λέσας συνβούλειον?.....] συνκλητικ[ῶ]ν εἴκο[σ]ι π[έντε........] ὑπατικῶν δέκα ἕξ.*

In iudiciis Claudium consiliarios adhibuisse testatur Dio 60, 4, 3: *καὶ γὰρ τὸ κατὰ τοὺς συνέδρους, ἐκλειφθὲν ἐξ οὗ ὁ Τιβέριος ἐς τὴν νῆσον ἐξεχώρησεν, ἀνενεώσατο,* cf. Mommsen StR. II[3] 988 A 4 = II[2] 948.

neminem-insertum. cf. Tac. Ann. XII 25: *Adnotabant periti nullam antehac adoptionem inter patricios Claudios reperiri, eosque ab Atto Clauso continuos duravisse.*

vinariis. ut sequentia *descripsitque abundantiam—tabernarum* docent, non negotiatores vinarii, ut saepissime, sed tabernarii intelleguntur, quo sensu vox praeter hunc locum legitur Sallust. Hist. I fr. 63 (Maurenbrecher): *cum lenones et vinarii laniique <et> quorum praeterea volgus in dies usum habet, pretio compositi;* Victor. Caes. 33, 6: *lenonum ac vinariorum amicitiis haerebat;* et in titulo Pompeiano C. I. L. IV 1819: *Suavis vinaria sitit rogo vos et valde sitit Calpurnia tibi dicit val(e).* (duo postrema exempla addenda sunt apud Marq. Vit. Priv.[2] p. 447 A 4).

quaesturae quodam candidato inter causas suffragationis suae posuit, quod pater eius frigidam aegro sibi tempestive dedisset. Inducta teste in senatu, *Haec*, inquit, *matris meae liberta et ornatrix fuit*, *sed me patronum semper existimavit; hoc ideo dixi, quod quidam sunt adhuc in domo mea, qui me patronum non putant.* Sed et pro tribunali, Ostiensibus quiddam publice orantibus, cum excanduisset, nihil habere se vociferatus est, quare eos demereatur; si quem alium et se liberum esse. Nam illa eius cotidiana et plane omnium horarum et momentorum erant: *Quid*, *ego tibi Telegenius videor?* et Λάλει, καὶ μὴ θίγγανε. multaque talia etiam privatis deformia, nedum principi, neque infacundo neque indocto, immo etiam pertinaciter liberalibus studiis dedito. C. 40

---

quaesturae quodam candidato. recte Rothius hanc emendationem Beroaldi recepit pro codicum lectione *quaestore — candidato.* Nam *quaestor candidatus* (si recte Suetonius ita scribere potuit pro *quaestor candidatus principis*, quod equidem negare non ausim) is tantum dicitur, qui iudicio principis quaestor factus est, non candidatus. Oudendorpii vero explicatio (quae placuit Wolfio, Bremio, Baumgarten—Crusio), intellegendum esse quaestorem alii magistratus candidatum, omnino falsa est, cum magistratus candidatus esse non possit, dicendumque fuisset *quaestorio.*

suffragationis. suffragatio voce et a praesente fit, commendatio de scripto. Utraque cogebat, ut candidatus a senatu crearetur, cf. lex de imperio Vesp. l. 5 sqq.: *utique quos magistratum—senatui populoque Romano commendaverit quibusque suffragationem suam dederit promiserit eorum comitis quibusque extra ordinem ratio habeatur.*

me patronum existimavit. cf. Gaius III 53: *eadem lex (Papia) patronae filio liberis honorato—patroni iura dedit; sed in huius persona etiam unius filii filiaeve ius sufficit.*

publice i. e. toti civitati, cf. Caes. 26: *nullum—largitionis genus publice privatimque omisit;* Aug. 17: *Bononiensibus publice — gratiam fecit coniurandi — pro partibus suis;* 89: *praecepta et exempla publice vel privatim salubria;* Tib. 6: *Lacedaemoniis publice demandatus;* 37: *Cyzicenis publice libertatem ademit;* 48: *publice munificentiam bis omnino exhibuit;* Ner. 57: *tantum gaudium publice praebuit.* Sic iam Cicero dixit, cf. in Verr. V 47: *hunc Reginis publice imperavisti.* Plura exempla dederunt Nipp.-Andr. ad. Tac. Ann. IV 36 et Heraeus ad Tac. Hist. I 51.

si quem alium et se liberum esse. proverbialiter dictum pro: cogi se non pati. Huius locutionis Buecheler (Symb. Bonn. p. 40) praeter nostrum locum duo tantum exempla affert, Sen. Apocol. 1: *ego scio me liberum esse.* Petron. 117: *nec minus liber sum quam vos.* nec plura dat Otto, die Sprichwörter s. v. *liber.*

Telegenius. homo ceteroquin ignotus, qui tamen huius aetatis hominibus notus fuisse debet. Nomen servaverunt Memmianus et Mediceus tert., est gentile, quod apud scriptores hic tantum legi credo, in nonnullis tamen titulis occurrit *Telegenius* (C. I. L. VI 2282. 27136. VIII 10479 n. 51. XIV 2959) vel *Telegennius* (C. I. L. VI 1829. 27136. 27137. 27138. XI 574).

λάλει καὶ μὴ θίγγανε. quid Claudius intellegi voluerit, obscurum.

pertinaciter studiis dedito. cf. ad c.

C. 41. XLI. Historiam in adulescentia, hortante T. Livio, Sulpicio vero Flavo etiam adiuvante, scribere aggressus est. Et cum primum frequenti auditorio commisisset, aegre perlegit, refrigeratus saepe a semet ipso. Nam cum initio recitationis, defractis compluribus subselliis obesitate cuiusdam, risus exortus esset, ne sedato quidem tumultu temperare potuit, quin ex intervallo subinde facti reminisceretur cachinnosque revocaret. In principatu quoque et scripsit plurimum et assidue recitavit per lectorem. Initium autem sumpsit historiae post caedem Caesaris dictatoris, sed transiit ad inferiora tempora coepitque a pace civili, cum sentiret neque libere neque vere sibi de superioribus tradendi potestatem relictam, correptus

Seneca Apocol. 5. 4. Claudius gaudet esse illic philologos homines, sperat futurum aliquem historiis suis locum.

---

3 et Philostr. Vit. Apoll. 5 (ed. Kays. I p. 185): *παιδείας δὲ ξυμπάσης ἐδόκει ἐρᾶν.*

T. Livio. celeberrimo historiarum scriptori, qui amicitia Augusti fruebatur, cf. Tac. Ann. IV 34: *T. Livius eloquentiae ac fidei praeclarus in primis, Cn. Pompeium tantis laudibus tulit, ut Pompeianum eum Augustus appellaret; neque id amicitiae eorum offecit.* Livius a. 770/17 mortuus est Claudio annum vicesimum sextum vel septimum agente

Sulpicio Flavo. cf. ad c. 4: *Sulpicio suo.* Homo ignotus est.

auditorio commisisset i. e. iudicio eorum qui in auditorio erant summisisset. Historias quoque recitatas esse notum est, cf. Aug. 89: *recitantis—audiit, nec tantum carmina et historias, sed et orationes et dialogos.* Seneca ep. 95, 2: *recitator historiam ingentem attulit.* Plin. ep. I 13, 3.

refrigeratus a semet ipso i. e. ipse effecit ut cum frigore acciperetur, cf. Cic. ad Fam. VII 8, 1: *refrigerato iam levissimo sermone hominum provincialium;* Velleius II 83: *refrigeratus ab Antonio.* Quint. I. O. V 7, 26: *testem urbano dicto refrigerare. Frigus* hac de re vocabulum usitatum est, cf. Hor. Sat. II, 1, 62. Sen. ep. 122, 11. Plin. ep. 6, 15, 4. Suet. Aug. 66.

defractis compluribus subselliis. ex parte igitur in auditorio ut in amphitheatro sedisse videntur. Homo obesus in superioribus subselliis sedit, quibus effractis, decidit in inferiora, quae simul corruebant.

recitavit per lectorem. propter linguae titubantiam (cf. c. 30), qua de causa etiam ea de quibus in senatu referre vellet saepe quaestori suo legenda tradidit, cf. Dio 60, 2, 2: *καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῷ φωνήματι ἐσφάλλετο, καὶ οὐ πάντα ὅσα ἐς τὸ συνέδριον ἐσέφερεν αὐτὸς ἀνεγίγνωσκεν, ἀλλὰ τῷ ταμίᾳ, τήν γε πρώτην καὶ παρὼν ὥς γε πλήθει, ἀναλέγεσθαι ἐδίδου.*

sed. codd. habent *sed et.* Recte tamen Madvigius Adv. Crit. II p. 578 *et* post Torrentium eiecit (Rothius tacet), nam sententia nudam oppositionem sine gradatione flagitat.

coepitque a pace civili i. e. inde ab anno 725/29 (ita quoque Nipp.-Andr. praef. Tac. Ann.[9] p. 26, Buecheler (Symb. Bonn. p. 48) eum ab anno 727/27 coepisse putat, cf. infra). Perperam omnino Lehmannus l. l. p. 84 inde a morte Sullae initium eum sumpsisse credit.

neque libere neque vere. cf. Seneca III p. 437 (Haase): *ab initio bellorum civilium, unde primum veritas retro abiit.*

C. 41. Novas etiam commentus est litteras tres, ac numero veterum quasi maxime necessarias addidit; de quarum ratione cum privatus adhuc volumen edidisset, mox princeps non difficulter obtinuit ut in usu quoque promiscuo essent. Exstat talis scriptura in plerisque libris ac diurnis titulisque operum.

XLII. Nec minore cura Graeca studia secutus est, amorem praestantiamque linguae occasione omni professus. Cuidam barbaro Graece ac Latine disserenti *Cum utroque*, inquit, *sermone nostro sis paratus;* et in commendanda patribus conscriptis Achaia, gratam sibi provinciam ait communium stu-

Tac. Ann. XI 13 (a. 800/47). ac novas litterarum formas addidit vulgavitque, comperto Graecam quoque litteraturam non simul coeptam absolutamque. (14) Sed nobis quoque paucae (litterae) primum fuere, deinde additae sunt. Quo exemplo Claudius tres litteras adiecit, quae usui (in usu *coni. Nipp.*) imperitante eo, post oblitteratae, aspiciuntur etiam nunc in aere publico dis plebiscitis *(delet duo postrema verba Nipp.;* publicandis *vel* publicatis *coni. Mommsen; cf. annot. apud Halm)* per fora ac templa fixo.

---

culum esse ante mortem Asinii Galli, ut gratiam patrui demereretur.

litteras tres. Aeolicum digamma inversum Ⅎ pro V consonanti, cf. Quint. I. O. I 7, 26: *nec inutiliter Claudius Aeolicam illam Ⅎ ad hos usus litteram adiecerat.* Priscian. Gr. L. I 20. Gellius XIV 5, 2. Diomedes Gr. L. I 422, 21 sq. Donatus Gr. L. IV 367. Buecheler, de Ti. Claudio grammatico (Elberfeld 1856) p. 3—6; antisigma Ↄ loco *bs* vel *ps*, cf. Priscian. l. l. I 42. Isid. Orig. I 20, 11. Buecheler l. l. p. 8—13; litteram Ⱶ pro Graeca *y* et sono, qui modo per litteram *i*, modo per litteram *u* significatur (ut in *optimus* et *optumus*), cf. Velius Longus Gr. L. VII 75. Buecheler l. l. p. 13—20.

mox princeps—obtinuit. anno demum 800/47 edicto censorio litteras illas induxit, cf. Tac. Ann. XI 13.

Exstat talis scriptura. exempla litterarum Ⅎ et Ⱶ in titulis inveniuntur, huius autem tantum loco Graecae *y*. Digamma inversum diutius quam ceterae in usu fuisse videtur, in actis saltem fr. Arv. a. 812/59 (C. I. L. VI 2041. 2042) adhuc legitur: *SalⅎIus*, *Minerⅎae*, *diⅎae*, *Ⅎitellius.*

diurnis sc. actis, quod tamen vix cum Ruhnkenio inserendum puto. Plene dicuntur *diurna acta populi* (Suet. Caes. 20) vel *diurna acta urbis* (Tac. Ann. XIII 31).

In actis diurnis eas litteras legi eo minus mirum, quod principes semper caverunt, ne quid sibi minus gratum vulgaretur (cf. Dio 57, 21, 5; 67, 11, 3), et postea saltem curam eorum, ut docuit Mommsen Eph. Epigr. V 1175, procurator Augusti gessit, cf. Eph. l. l. = C. I. L. VIII Suppl. 11813 = Dess. n. 1410: *C. Sextio C. f. Papir[ia] Martiali trib. mil. legionis I[III] Scythicae proc. Aug. ab actis urbis* —, sub quo liberti Augusti *ab actis* (C. I. L. VI 8694 = Dess. n. 1687) vel *adiutor ab actis* (C. I. L. VI. 8695 = Dess. n. 1688) eandem rem curavisse videntur (Mommsen l. l.). De actis diurnis cf. Teuffel H. L. R. § 216.

in commendanda—Achaia. hoc sine dubio factum est, cum provinciam a. 797/44 senatui reddidit, cf. c. 25, p. 121.

diorum commercio; ac saepe in senatu legatis perpetua oratione respondit. Multum vero pro tribunali etiam Homericis locutus est versibus. Quotiens quidem hostem vel insidiatorem ultus esset, excubitori tribuno signum de more poscenti non temere aliud dedit quam: C. 42

Ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ.

Denique et Graecas scripsit historias, Tyrrhenicon viginti, Carchedoniacon octo. Quarum causa veteri Alexandriae Musio* additum ex ipsius nomine; institutumque ut quot annis in altero Tyrrhenicon libri, in altero Carchedoniacon diebus statutis velut in auditorio recitarentur toti a singulis per vices.

Dio 60, 16, 7 = Zon. XI 9 p. 465. Κλαύδιος δὲ οὕτω που πρὸς τὴν τιμωρίαν τήν τε ἐκείνων καὶ τὴν τῶν ἄλλων ἔσχεν ὥστε καὶ σύνθημα τοῖς στρατιώταις τὸ ἔπος τοῦτο συνεχῶς διδόναι, τὸ ὅτι χρὴ ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ. καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ καὶ πρὸς ἐκείνους καὶ πρὸς τὴν βουλὴν τοιουτότροπα ἑλληνιστὶ παρεφθέγγετο, ὥστε καὶ γέλωτα παρὰ τοῖς δυναμένοις ἔστιν ἃ αὐτῶν συνεῖναι ὀφλισκάνειν.

---

excubitori tribuno. in Palatio semper cohors praetoria togata excubia agebat, cf. Tac. Ann. XII 69: *ad cohortem quae more militiae excubiis adest.* Suet. Oth. 6; Ner. 8. 21. Tac. Hist. I 29; II 38; ipsique principes semper tribuno qui cohorti praeerat signum dabant, cf. Suet. Gai. 56. 59; Ner. 9. Tac. Ann. I 7; XIII 3.

excubitori. adiectivum ut Verg. Moret. 2: *excubitor ales* (gallus).

ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι. versus legitur Odyss. π 72 et φ 133.

Tyrrhenicon. e specimine quod ipse Claudius dedit in oratione de iure honorum Gallis danda Col. I l. 15—23 (nam eadem sine dubio in Etruscis historiis scripsit) patet iacturam earum summopere dolendam esse, cum etiam Tuscis fontibus usus sit.

veteri Musio. vetus Museum, a rege Ptolemaeo Philadelpho institutum, (cf. Susemihl, Gesch. d. Gr. Litt. in der Alexanderzeit I p. 7) situm erat in vico, cui nomen Bruccheum, prope regum domum, circumdabatque templum Musarum. Is, qui Museo praeerat a principibus Aegypti dominis creatus (cf. Strabo XVII p. 794: *ἔστι δὲ τῇ συνόδῳ ταύτῃ τὰ χρήματα κοινὰ καὶ ἱερεὺς ὁ ἐπὶ τῷ Μουσείῳ τεταγμένος τότε μὲν ὑπὸ τῶν βασιλέων, νῦν δὲ ὑπὸ τοῦ Καίσαρος)* fortasse procurator Augusti erat, cf. C. I. Gr. 5900: *ἀρχιερεῖ Ἀλεξανδρείας καὶ Αἰγύπτου πάσης καὶ ἐπιστάτῃ τοῦ Μουσείου Λευκίῳ Ἰουλίῳ Οὐηστίνῳ καὶ ἐπὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ βιβλιοθηκῶν Ῥωμαϊκῶν τε καὶ Ἑλληνικῶν —.*

additum ex ipsius nomine. praeter Wolfium (tacite *Museum* supplentem, quod fieri posse nego), omnes editores recte lacunam statuerunt, varia tamen supplementa prompserunt. Sic Ursinus supplevit *alterum*, Rothius *Claudieum* (de hoc supplemento cf. e. g. Tac. Ann. I 15: *ludos, qui de nomine Augusti fastis additi Augustales vocarentur*), Polak (l. l. p. 38) *aliud*, hi omnes lacunam ante *additum* statuentes, Drechsler vero (Zeitschr. für Österr. Gymn. 41, p. 195) legendum censet *nomine novum.* E quibus commentis mihi ut simplicissima Ursini et Drechsleri maxime placent,

C. 43. XLIII. Sub exitu vitae signa quaedam, nec obscura, paenitentis de matrimonio Agrippinae deque Neronis adoptione dederat. Siquidem, commemorantibus libertis ac laudantibus cognitionem, qua pridie quandam adulterii ream condemnarat, sibi quoque in fatis esse iactavit omnia impudica, sed non impunita matrimonia; et subinde obvium sibi Britannicum artius complexus hortatus est, ut cresceret rationemque a se omnium factorum acciperet; Graeca insuper voce prosecutus:

Dio 60, 34, 1 = Zon. XI 11 p. 472. *ὁ δὲ Κλαύδιος τοῖς ὑπὸ τῆς Ἀγριππίνης δρωμένοις, ὧν γε καὶ ᾐσθάνετο ἤδη, ἀχθόμενος, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν Βρεττανικὸν ἐπιζητῶν, ἐξ ὀφθαλμῶν αὐτῷ ἐπίτηδες ὑπ' ἐκείνης τὰ πόλλα γιγνόμενον, Νέρωνι, οἷα τῷ ἑαυτῆς παιδὶ ἐκ τοῦ προτέρου ἀνδρὸς αὐτῆς Δομιτίου, πάντα τρόπον περιποιουμένης τὸ κράτος, οὐκ ἤνεγκε τὸ γιγνόμενον, ἀλλ' ἐκείνην τε καταλῦσαι καὶ τὸν υἱὸν διάδοχον τῆς ἀρχῆς ἀποδεῖξαι παρεσκευάζετο.*

Tac. Ann. XII 64. Sed in praecipuo pavore Agrippina vocem Claudii, quam temulentus iecerat, fatale sibi, ut coniugum flagitia ferret, dein puniret, metuens, agere et celerare statuit.

Dio apud Zon. XI 11 p. 472. *ὁ Κλαύδιος — τὸν υἱὸν ἐς τοὺς ἐφήβους εἰσαγαγεῖν καὶ διάδοχον ἀποδεῖξαι παρεσκευάζετο.*

Dio 60, 34, 2 = Zon. XI 11 p. 472. *μαθοῦσα δὲ ταῦτα — προκαταλαβεῖν φαρμάκῳ ἠθέλησεν.*

Joseph. Ant. Iud. XX 8, 2, 151. *δεδοικυῖα δ' ἡ Ἀγριππῖνα μὴ ὁ Βρεττανικὸς ἀνδρωθεὶς αὐτὸς παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν ἀρχὴν παραλάβοι, τῷ δ' αὑτῆς παιδὶ προαρπάσαι βουλομένη τὴν ἡγεμονίαν — διεπράξατο.*

Museo illi nomen Claudieum fuisse tradit Athenaeus II p. 240 b: *Ἀντίδοτος δ' ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Πρωτοχόρῳ παράγει τινὰ παραπλήσιον τοῖς ἐν τῷ Κλαυδι<εί>ῳ νῦν σοφιστεύουσιν ὧν οὐδὲ μεμνῆσθαι καλόν.* (Fiatne huius Claudiei mentio in titulo secundum Hirschfeld (V. G. I. p. 180 A 2) et Mommsenum (C. I. L. X p. 14*) potius interpolato quam falso C. I. L X 270*: — *proc. Claudi Alexandrine praetoriae* —, videant peritiores. (Hirschfeld l. l. p. 181 A 4 legendum censet *proc.* [*fam. glad.*] *Claudi* — vel [*praef. classis*] *Alexandrine*).

paenitentis de. paenitere saepius est verbum personale, cf Vit. 15: *paenitens facti.* Cic. Phil. XII 2, 7: *Optimus est portus paenitenti mutatio consilii.* Liv. 36, 22, 3: *si paenitere possint.* Num autem alibi legatur *paenitere de* nescio.

Omnia impudica sed non impunita. tetigit Claudius sine dubio adulterium Agrippinae et Pallantis, quod per Narcissum, cui id notum, cognovisse videtur, cf. quae Narcissus dicit apud Tac. Ann. XII 65: *quamquam ne impudicitiam quidem nunc abesse Pallante adultero, ne quis ambigat decus pudorem corpus, cuncta regno viliora habere.* Nimium tamen est illud *omnia*, nam Paetina culpa caret, cf. c. 26.

hortatus ut cresceret. ut toga virilis ei dari posset. Fere eadem Narcissus dicit apud Tac. l. l.: *Haec atque talia dic-*

ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται. Cumque impubi teneroque adhuc, quando statura permitteret, togam dare destinasset, adiecit: *Ut tandem populus R. verum Caesarem habeat.* C. 42

XLIV. Non multoque post testamentum etiam conscripsit ac signis omnium magistratuum obsignavit. Prius igitur quam ultra progrederetur, praeventus est ab Agrippina, quam praeter haec conscientia quoque, nec minus delatores multorum criminum urguebant.

---

titans amplecti Britannicum, robur aetatis quam maturrimum precari, — adolesceret, patris inimicos depelleret, matris etiam interfectores ulcisceretur.

ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται. veram lectionem restituit Petr. Victorius, Var. Lect. 24, 14. Memmianus praebet *ὁ τρώσας πείσεται.* Hoc responsum olim Telepho regi Mysiae datum erat, cum vulnus, quod is Troianis opem ferens ab Achille acceperat, coire nollet eaque de re oraculum consuluisset. Cf. Eustath. p. 45, 39: *ὡς δὲ τὸ τραῦμα εἶχεν ἀθεράπευτον, χρᾶται καὶ ὁ χρησμὸς ἀνεῖπε τὸ θρυλλούμενον ὡς ἄρα ὁ τρώσας ἰάσεται.* Hygin. fab. CI. Quo responso accepto Telephus in Graeciam profectus aut hasta ipsa admota (Ovid. Met. XII 112; Trist. V 2, 15. Horat. Epod. XVII 8), aut robigine hastae (Hygin. l. l. Plin. H. N. 25, 42; 34, 152. Anth. Lat. I² 184, 9 sq.) sanatus esse dicitur.

quando statura permitteret. Britannicum circa mortem Claudii paene iustam staturam habuisse testatur Dio 61, 1, 1: *καὶ τῇ τοῦ σώματος ἀκμῇ καὶ ὑπὲρ τὸν τῶν ἐτῶν ἀριθμὸν ἤνθει (ὁ Βρεττανικός).* Ex his verbis colligitur, Claudium togae dationem non dilaturum fuisse in eum diem, sane propinquum, quo filius annum quintum decimum ingressurus esset (d. 13 m. Febr. a. 808/55), a qua aetate secundum Proculeianos pubertas incipiebat, cf. Ulpian. 11, 28. Gaius I 196. Instit. I 22.

verum Caesarem. Britannico cognomen Caesar iam fuit, ut nummus senatus docet (Eckhel D. N. VI 254 = Cohen I p. 171) inscriptus: *Ti. Claudius Caesar Aug. f. Britannicus*, cf. C. I. Gr. 3831 a 16 (Add.): — *τοῦ] Καίσαρος Βρ[εττανικ]οῦ πατρός.* C. I. L. XI 3602 = Dess. n. 221. Itaque nostro loco non de nomine dando cogitandum, sed indicavit Claudius se Britannicum consortem imperii facturum successoremque sibi designaturum; sic demum populum Romanum verum Caesarem (i. e. Augustum) in purpura natum habiturum.

testamentum. in hoc Britannicum Neroni saltem aequatum fuisse oportet, cf. Tac. Ann. XII 69: *testamentum haud recitatum, ne antepositus filio privignus* (i. e. non a patre, sed a militibus et senatu, cf. Mommsen StR. II³ 1135 A 5 = II² 1079) *iniuria et invidia animos vulgi turbaret.* Testamentum irritum fuit, cf. Tac. l. l. Dio 61, 1, 2.

urguebant. hoc (quod iam Baumgarten-Crusius praetulit) dedi Madvigium (Adv. Crit. I p. 19) secutus pro codicum lectione *arguebant.* Nam neque verba et facta Claudii (cf. *praeter haec*), neque conscientia accusabant, sed stimulabant Agrippinam, ut auderet.

[p. 170] *veneno quidem occisum convenit.* Iosephus (num huic Philostratus (cf. testim.) addendus sit, dubito) tamen aliam traditionem novit, cui, quamquam id non diserte dicit, fidem habuisse videtur, ita ut vel hoc solo exemplo probetur opinio Rothii (praef. p. XV), Suetonium nusquam Iosephum consuluisse.

Nuper vir magnae auctoritatis L. von Ranke (Weltgeschichte III 2, Analekte p. 308 sqq.) Iosephi opinionem amplexus probare studuit Claudium boleto, non medicato, sed natura noxio interemptum esse. Quamquam hoc ipsum, quod traditio a Iosepho servata exstare potuit,

C. 44. Et veneno quidem occisum convenit; ubi autem et per

Tac. Ann. XII. 66. Tum Agrippina sceleris olim certa et oblatae occasionis propera nec ministrorum egens, de genere veneni consultavit, ne repentino et praecipiti facinus proderetur: si lentum et tabidum delegisset, ne admotus supremis Claudius et dolo intellecto ad amorem filii rediret. Exquisitum aliquid placebat, quod turbaret mentem et mortem differret. Deligitur artifex talium vocabulo Locusta, nuper veneficii damnata et diu inter instrumenta regni habita. Eius mulieris ingenio paratum virus, cuius minister e spadonibus fuit Halotus, inferre epulas et explorare gustu solitus. (67). Adeoque cuncta mox pernotuere, ut temporum illorum scriptores prodiderint infusum delectabili boleto venenum, —.

Dio 60, 34, 2 sq. = Zon. XI 11 p. 472. *ὡς δὲ ἐκεῖνος οὐδὲν ὑπὸ τοῦ οἴνου, ὃν πολὺν ἀεί ποτε ἔπινε, καὶ ὑπὸ τῆς ἄλλης διαίτης, ἣ πρὸς φυλακὴν σφῶν οἱ αὐτοκράτορες χρῶνται, κακοῦσθαι ἠδύνατο, Λουκοῦστάν τινα φαρμακίδα περιβόητον μετεπέμψατο, καὶ φάρμακόν τι ἄφυκτον προκατασκευάσασα ἔς τινα τῶν καλουμένων μυκήτων ἐνέβαλε. καὶ αὐτὴ μὲν ἐκ τῶν ἄλλων ἤσθιεν, ἐκεῖνον δὲ ἐκ τοῦ τὸ φάρμακον ἔχοντος, καὶ γὰρ μέγιστος καὶ κάλλιστος ἦν, φαγεῖν ἐποίησε.*

Plin. l. l. XI 189. (caput iecoris defuit) Claudio — quo mense interemptus est veneno.

Plin. l. l. II 92. circa veneficium, quo Claudius Caesar imperium reliquit Domitio Neroni.

Victor Caes. IV 13. Quae (fratris filia) — veneno coniugem interemit.

Victor Epit. IV 10. quae — dehinc ipsum coniugem veneno interemit.

(*Seneca*) *Octavia 164.* miscuit coniunx viro venena saeva. Cf. 23, 30, 44, 102.

Joseph. Ant. Iud. XX 8, 1, 148. *τελευτᾷ δὲ Κλαύδιος Καῖσαρ — καὶ λόγος ἦν παρά τινων, ὡς ὑπὸ τῆς γυναικὸς Ἀγριππίνης φαρμάκοις ἀνῄρητο.*

Philostratus Vit. Apoll. (*ed Kayser I p. 189*). *τὸν χρηστὸν Κλαύδιον, ὡς ὑπὸ γυναίων ἡττηθεὶς ἐπελάθετο τοῦ ἄρχειν, ἀλλὰ καὶ τοῦ ζῆν, ἀπέθανε γὰρ ὑπ' αὐτῶν ὥς φασι.*

---

nos monet ut caute agamus (nam, si umquam, hac in re Cassianum illud *cui bono?* Agrippinam accusare debuit), vir summus mihi non persuasit, ut Iosephum verum tradidisse credam contra Plinium, Suetonium, Tacitum, Dionem, quibus accedit testimonium aequalis, qui, si potuisset, sine dubio rem in melius interpretaturus fuisset, Iunium Gallionem fratrem Senecae dico, cuius dicti (Dio 60, 35, 3) omne acumen perit, si Claudium fortuita morte defunctum esse censeas.

[p. 171] *discrepat.* cf. Vit. 2: *sed quod discrepat in medio sit.* Liv. III 31: *cum de legibus conveniret, de latore tantum discreparet.* Orat. Claudii de iure hon. Col. 1, l. 16: *nam et hoc inter auctores discrepat.*

[p. 171] *epulanti in arce.* pridie quam

quem dato, discrepat. Quidam tradunt, epulanti in arce cum sacerdotibus per Halotum spadonem praegustatorem; alii, domestico convivio per ipsam Agrippinam, quae boletum medicatum avidissimo ciborum talium obtulerat. Etiam de subsequentibus diversa fama est. Multi statim hausto veneno obmu- C. 44.

Plin. H. N. XXII. 92. inter ea quae temere manduntur et boletos merito posuerim, opimi quidem hos cibi, sed immenso exemplo in crimen adductos, veneno Tiberio Claudio principi per hanc occasionem ab coniuge Agrippina dato.

Dio 60, 35, 2 sq. ὅθενπερ Λούκιος Ἰούνιος Γαλλίων ὁ τοῦ Σενέκα ἀδελφὸς ἀστειότατόν τι ἀπεφθέγξατο. — ἐκεῖνος δὲ ἐν βραχυτάτῳ πολλὰ εἰπὼν ἀπομνημονεύεται. ἐπειδὴ γὰρ τοὺς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ θανατουμένους ἀγκίστροις τισὶ μεγάλοις οἱ δήμιοι ἔς τε τὴν ἀγορὰν ἀνεῖλκον κἀντεῦθεν ἐς τὸν ποταμὸν ἔσυρον, ἔφη τὸν Κλαύδιον ἀγκίστρῳ ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνενεχθῆναι. καὶ ὁ Νέρων δὲ οὐκ ἀπάξιον μνήμης ἔπος κατέλιπε. τοὺς γὰρ μύκητας θεῶν βρῶμα ἔλεγεν εἶναι, ὅτι καὶ ἐκεῖνος διὰ τοῦ μύκητος θεὸς ἐγεγόνει.

Martial. I 20, 4. Boletum qualem Claudius edit edas.

Juv. V 147. Boletus domino (ponetur), sed quales Claudius edit, Ante illum uxoris, post quem nil amplius edit.

Juv. VI 620. minus ergo nocens erit Agrippinae Boletus, siquidem unius praecordia pressit Ille senis.

---

mortuus est, i. e. a. d. IV idus Oct., qui dies ultimus Augustalium fuit, cf. Kal. Amit. C. I. L. I² p. 244: *Aug(ustalia) Feriae ex s. c. q(uod) e(o) d(ie) imp. Caes. Aug. ex transmarin(is) provinc(is) urbem in travit araq(ue) Fort(unae) reduci constit(uta).*

Halotum. de eo cf. Galb. 15: *Quin etiam, populo R. deposcente supplicium Haloti et Tigellini, solos ex omnibus Neronis emissariis vel maleficentissimos incolumes praestitit atque insuper Halotum procuratione amplissima ornavit.* Si accurate hoc loco Suetonius tradit, Tacitus hic quoque duas traditiones contaminavit, nam et per Halotum et boleto medicato Claudium venenatum esse scribit.

praegustatorem i. e. servum qui cibos potusque gustu ante explorat. Antonius triumvir primus Romanorum hunc regum Orientalium morem (Xenoph. Cyr. I 3. Justin XII 14) secutus erat (cf. Plin. H. N. 21, 12: *nova praegustantium diligentia*), et postea praegustatores inter instrumenta aulae manserunt. Augusti praegustator (fortasse acceptus ab Herode rege Iudaeae) nominatur in titulo urbano C. I. L. VI 9005 = Dess. n. 1795: *Genio Coeti Herodiani praegustator. divii* (sic) *Augusti idem postea vilicus in hortis Sallustianis decessit non(is) Augustis M. Cocceio Nerva C. Vibio Rufino cos. Iulia Prima patrono suo.* Claudii aut Neronis praegustator nominatur C. I. L. XI 3612 = Dess. n. 1567, Neronis C. I. L X 6324 = Dess. n. 1734. Tot fuerunt, ut collegium efficerent, quod suum procuratorem habebat, cf. C. I. L. VI 9003 = Dess. n. 1796: *dis manibus Ti. Claudii Aug. lib. Zosimi procurat(oris) praegustatorum Claudia Entole coniunx viro benemerenti et Claudia Eustachys filia patri pientissimo.* C. I. L. VI 9004 =

C. 44. tuisse aiunt, excruciatumque doloribus nocte tota defecisse prope lucem. Nonnulli inter initia consopitum, deinde cibo affluente evomuisse omnia, repetitumque toxico, incertum pultine addito, cum velut exhaustum refici cibo oporteret, an immisso per clystera, ut quasi abundantia laboranti etiam hoc genere egestionis subveniretur.

Tac. Ann. XII 67. nec vim medicaminis statim intellectam, socordiane an Claudii vinolentia; simul soluta alvus subvenisse videbatur. Igitur exterrita Agrippina, et quando ultima timebantur, spreta praesentium invidia, provisam iam sibi Xenophontis medici conscientiam adhibet. Ille tamquam nisus evomentis adiuvaret, pinnam rapido veneno illitam faucibus eius demisisse creditur, haud ignarus summa scelera incipi cum periculo, peragi cum praemio.

Dio 60, 34, 3 = Zon. XI 11 p. 473. *καὶ ὁ μὲν οὕτως ἐπιβουλευθεὶς ἐκ μὲν τοῦ συμποσίου ὡς καὶ ὑπερκορὴς μέθης σφόδρα ὢν ἐξεκομίσθη, ὅπερ που καὶ ἄλλοτε πολλάκις ἐγεγόνει, τῆς δὲ νυκτὸς οὐδὲν οὔτ' εἰπεῖν οὔτ' ἀκοῦσαι δυνηθεὶς μετήλλαξε.*

Tac. Ann. XII 68. Vocabatur interim senatus, votaque pro incolumitate principis consules et sacerdotes nuncupabant, cum iam exanimis vestibus et fomentis obtegeretur, dum reliqua firmando Neronis imperio componuntur. Iam primum Agrippina, velut dolore evicta et solacia conquirens, tenere amplexu Britannicum; veram paterni oris effigiem appellare ac variis artibus demorari, ne cubiculo egrederetur. Antoniam quoque et Octaviam, sorores eius, attinuit, et cunctos aditus custodiis clauserat, crebroque vulgabat ire in melius valetudinem principis, quo miles bona in spe ageret tempusque prosperum ex monitis Chaldaeorum adventaret. (69) Tunc medio diei, tertium ante idus Octobris, foribus Palatii repente diductis, comitante Burro Nero egreditur ad cohortem, quae more militiae excubiis adest.

Dess. n. 1797: *dis manibus Chrysaori Aug. lib. praegustatori benemerenti collegium praegustatorum fecit, curavit Eridanus Aug. lib. procurator.* Cf. Henzen ad C. I. L. VI 9005.

[p. 171] *boletum. boleti* (Agaricus Caesareus Schäffer, cf. Lenz, Botanik d. Röm. u. Griechen p. 753. 751 A 310) inter optimos fungos erant (cf. Mart. I 20, 2: *solus boletos, Caeciliane, voras;* III 60, 5: *sunt tibi boleti; fungos ego sumo suillos*), et innoxios. Galenus, de probis pravisque alimentis 4. 5 (p. 770 et 785 ed. Kühn), numquam boletos homini nocuisse dicit, scilicet bene coctos. cf. Lenz l. l. p. 762. Quo modo tunc ederentur vide apud Senecam N. Q. IV 13, 10.

prope. raro *prope* ad tempus indicandum usurpatur. Falso omnino Seneca, mortem diu celatam esse dissimulans, dicit Apocol. 2, 3: *horam non possum certam tibi dicere, — tamen inter sextam et septimam erat — Claudius animam agere coepit nec invenire exitum poterat.*

nonnulli. his de summa re consentit Tacitus, qui tamen et de clystere et de

XLV. Mors eius celata est, donec circa successorem omnia ordinarentur. Itaque et quasi pro aegro adhuc vota suscepta sunt, et inducti per simulationem comoedi, qui velut desiderantem oblectarent. Excessit III Id. Octob. Asinio Marcello, Acilio Aviola coss. sexagesimo quarto aetatis, imperii quarto C. 45

Victor Caes. IV 15. Ceterum (tetrum *cod. P.*) funus, uti quondam in Prisco Tarquinio, diu occultatum, dum arte mulieris corrupti custodes aegrum simulant.

(Victor) Epit. IV 11 sq. Vixit annos sexaginta quattuor, cuius funus, ut quondam in Tarquinio Prisco diu occultatum. Dum arte muliebri corrupti custodes aegrum simulant, Nero — imperii iura suscepit.

Seneca Apocol. 3, 2. exspiravit autem dum comoedos audit, ut scias me non sine causa illos timere.

Dio 60, 34, 3 = Zon. XI 11 p. 473. *μετήλλαξε τῇ τρίτῃ καὶ δεκάτῃ τοῦ Ὀκτωβρίου, ζήσας ἑξήκοντα καὶ τρία ἔτη, αὐταρχήσας δὲ ἔτη δέκα καὶ τρία καὶ μῆνας ὀκτὼ καὶ ἡμέρας εἴκοσιν.*

Seneca Apocol. 1, 1. Quid actum sit in caelo ante diem III idus Octobr.

„ „ *2, 2.* Puto magis intellegi, si dixero, mensis erat October, dies tertius idus Octobris.

Joseph. Ant. Iud. XX 8, 1, 148 = Bell. Iud. II 12, 8, 247. *τελευτᾷ δὲ Κλαύδιος Καῖσαρ βασιλεύσας ἔτη δεκατρία μῆνας ὀκτὼ πρὸς ἡμέραις εἴκοσι.*

---

pulte tacet, sed iam antea Claudio alvum solutum fuisse et a Xenophonte medico pinnam veneno illitam faucibus eius immissam esse tradit.

donec–ordinarentur. usque ad medium diem, cf. Ner. 8: *ut de Claudio palam factum est inter horam sextam septimamque.* Tac. Ann. XII 69.

vota suscepta. a consulibus sacerdotibusque (Tac. l. l. 68).

comoedi. hoc confirmat Seneca l. l. 3, 2.

excessit III id. Octob. testimonia scriptorum allata confirmantur actis fr. Arv. a. 811/58 C. I. L. VI 2041: *III idus Octobr. L. Salvius Otho Titianus mag(ister) collegi fratrum Arvalium nomine immolavit in Capitolio ob imperium Neronis Claudi Caesaris Aug. Germanici.*

Asinio Marcello Acilio Aviola cos. hi erant consules ordinarii a. 807/54, cf. Tac. Ann. XII 64. Klein fasti cons.

M. Asinius Marcellus, pronepos (cf. Tac. Ann. XIV 40: *Marcellus Asinio Pollione proavo clarus*) Asinii Pollionis, propter nomen gentile potius filius videtur fuisse M. Asinii Agrippae (cos. a. 778/25, cf. ad c 13 p. 59) quam M. Claudii Marcelli Aeserníni (curatoris riparum et alvei Tiberis (C. I. L. VI 1237), praetoris peregrini a. 772/19 (fast. Arv. C. I. L. I² 1 p. 70), cf. praeterea C. I. L. X 1448), qui et ipse ex filia nepos Pollionis erat (Suet. Aug. 43).

M' Acilius Aviola filius videtur fuisse Acilii Aviolae legati pro praetore Galliae Lugdunensis a. 774/21 (Tac. Ann. IV 41). Ad eum spectat (non ad Acilium Strabonem, Tac. Ann. XIV 18, cui Lucium praenomen fuisse docuit titulus nuper repertus, l'Année épigr. 1891 n. 163) titulus urbanus C. I. L. VI 1331: *M'Acilio C. f. ...... quaestori divi Cl[audi ...... procos.] provinciae Narb[onensis] ..... sodali [Augustali].* Nominatur porro, ut

C. 45. decimo anno, funeratusque est sollemni principum pompa et in numerum deorum relatus; quem honorem a Nerone destitutum abolitumque recepit mox per Vespasianum.

Tac. Ann. XII 69. Caelestesque honores Claudio decernuntur et funeris sollemne perinde ac divo Augusto celebratur, aemulante Agrippina proaviae Liviae magnificentiam.

Tac. Ann. XIII 2. (decretum) simul Claudio censorium funus et mox consecratio. (3) Die funeris laudationem eius princeps exorsus est.

Suet. Ner. 9. Claudium apparatissimo funere elatum laudavit et consecravit.

Dio 60, 35, 2. *ἔτυχε δὲ καὶ τῆς ταφῆς καὶ τῶν ἄλλων ὅσων ὁ Αὔγουστος. Ἀγριππῖνα δὲ καὶ ὁ Νέρων πενθεῖν προσεποιοῦντο ὃν ἀπεκτόνεσαν, ἔς τε τὸν οὐρανὸν ἀνήγαγον ὃν ἐκ τοῦ συμποσίου φοράδην ἐξενηνόχεσαν.*

Eutropius VII 13. is vixit annos III et LXI imperavit XIIII. post mortem consecratus est divusque appellatus.

Plin. Paneg. 11. dicavit caelo — Claudium Nero, sed ut irrideret.

Juv. VI 622. tremulumque caput descendere iussit In caelum.

Suet. Vesp. 9. Fecit et nova opera: templum Pacis foro proximum, Divique Claudii in Caelio monte coeptum quidem ab Agrippina, sed a Nerone prope funditus destructum.

(Seneca) Octavia 248 sq. Hic gravior illo pestis, hic hostis deum, Hominumque templis expulit superos suis.

---

vidit Reinach, Rev. d. Études Juiv. 1896 p. 167, in papyro Berolinensi (Hermes XXX p. 486) n. 511 col I l. 8 sq.: *Ἀουΐόλαος συνκλητικός*. Si recte Reinach l. l. p. 169 res in illo papyro memoratas a. 794/41 factas esse putat, Aviola noster a. 794/41 quaestor Gaii et Claudii Caesarum fuit, et eodem anno a Claudio inter consiliarios eius (cf. c. 39 p. 162) adhibitus est.

Uxor eius fuit Aedia M. f. Servilia (C. I. L. IX 2363. 2365. 2424), cf. C. I. L. VI 355: *Ti. Claudio Caisare Aug. Germanico V Ser. Cornelio Orfito cos. Isidi Invictai et Serapi M. Aidius SerℲiliai AℲiol[ai] lib. Amerimnus ex visu.* Postea (a. 818/819) proconsul Asiae fuit, cf. Waddington, fastes n. 93, ab anno 827/74 usque ad annum 850/97 curator aquarum, cf. Frontin. aq. 102. Cf. quoque Pauly—Wissowa Real-Enc. I p. 253 sq.

sollemni principum pompa. cf. Tac. l. l. 69. Dio 60, 35, 2, qui eodem modo funus eius celebratum esse dicit quo Augusti funus (de huius exsequiis cf. Dio 56, 34. 42). Cf. quoque Sen. Apocol. 12.

in numerum deorum relatus. a senatu Nerone auctore, cf. Mommsen StR. II^3 818 = II^2 791. Huc spectat nummus senatus (Cohen, Claude n. 29) inscriptus: *Divus Claudius Augustus* in cuius aversa exstat carpentum a quattuor equis tractum. Cultus est a sodalibus Augustalibus, qui ab hoc tempore sodales Augustales Claudiales appellantur, cf. Marq. StV. III^2 471. Simul flaminem (C. I. L. IX 1123 = Dess. n. 1054) et flaminicam (Tac. Ann. XIII 2) accepit. Statua divi Claudii (aquila enim ad pedes eius assidet) hodie in Museo Vaticano exstat, cf. Bernouilli, Röm. Iconogr. II 1 tab. XVII.

honorem—a Nerone destitutum aboli-

XLVI. Praesagia mortis eius praecipua fuerunt: exortus crinitae stellae, [quam cometen vocant] tactumque de caelo monumentum Drusi patris, et quod eodem anno ex omnium C. 46.

Tac. Ann. XII 64. M. Asinio M' Acilio consulibus mutationem rerum in deterius portendi cognitum est crebris prodigiis. Signa ac tentoria militum igne caelesti arsere; fastigium Capitolii examen apium insedit; biformes hominum partus et suis fetum editum, cui accipitrum ungues inessent. Numerabatur inter ostenta deminutus omnium magistratuum numerus, quaestore, aedili, tribuno ac praetore et consule paucos intra menses defunctis.

Dio 60, 35, 1. οὕτω μὲν ὁ Κλαύδιος μετήλλαξεν, ἐς τοῦτό τε ὅ τε ἀστὴρ ὁ κομήτης ἐπὶ πλεῖστον ὀφθείς, καὶ ἡ ψεκὰς ἡ αἱματώδης, ὅ τε σκηπτὸς ὁ ἐς τὰ δορυφορικὰ σημεῖα ἐμπεσών, καὶ ἡ αὐτόματος τοῦ ναοῦ τοῦ Διὸς τοῦ Νικαίου ἄνοιξις, τό τε σμῆνος τὸ ἐν τῷ στρατοπέδῳ συστραφέν, καὶ ὅτι ἐξ ἁπασῶν τῶν ἀρχῶν εἷς ἀφ' ἑκάστης ἐτελεύτησεν, ἔδοξε σημῆναι.

Plin. H. N. II 92. Sed cometes numquam in occasura parte caeli est, terrificum magna ex parte sidus atque non leviter piatum, ut civili motu Octavio consule, iterumque Pompeii et Caesaris bello, in nostro vero aevo circa veneficium quo Claudius Caesar imperium reliquit Domitio Neroni ac deinde principatu eius assiduum prope ac saevum.

---

tumque recepit mox per Vespasianum. haec verba sic dicta nullam explicationem admittunt nisi hanc: Nero primum suo exemplo effecit ne divus Claudius coleretur (*destitutum*), deinde etiam ipsam consecrationem abolevit, templo quoque ab Agrippina aedificari coepto funditus destructo (cf. Suet. Vesp. 9. (Seneca) Octavia 248 sqq.).

Quae recte a Suetonio tradita esse optime Hirschfeld (Götting. gelehrt. Anz. 1873 p. 747 sq.) contra Schillerum (Gesch. d. röm. Kaiserr. u. Nero p. 91 A 1) collegit ex lege de imperio Vespasiani, ubi Augustus semper *divus Augustus* audiat, Claudius vero semper *Ti. Claudius Caesar Augustus Germanicus.* Minus autem accurate, quamquam de summa re recte Suetonius tradidit honorem illum per Vespasianum renovatum esse. Nam sub Galba (cf. Act. fr. Arv. C. I. L. VI 2051) et sub Othone, cf. C. I. L. l. l. (ad III K. Febr. et pr. idus Martias): *divo Claudio b(ovem) m(arem)* divo Claudio a fratribus Arvalibus sacrificatur. Quod Claudius illis principibus denuo cultus est, id sine dubio factum est rescissione actorum Neronis, memoria eius damnata. Quam rem me iudice Suetonius ideo omisit, quod etiam acta Galbae et Othonis a Vespasiano rescissa sunt (cf. Mommsen StR. II³ 1130 A 1 = II² 1074). — Cum autem senatus consulta facta auctore eo principe, cuius acta rescinduntur, pars actorum eius non sint (cf. Mommsen l. l. A 3), colligendum mihi videtur, non ipsum senatus consultum, quo Claudius consecratus esset, Nerone auctore inductum, sed consecrationem constitutione Neronis abolitam esse.

Quando autem haec a Nerone facta sint colligi potest ex titulo in cippo miliario exstanti C. I. L. X 8014 (posito post d. X m. Dec. a. 819/66, vel etiam post d. XIII m. Oct. a. 820/67, cum Neronis tribunicia potestas quarta decima memo-

C. 46. magistratuum genere plerique mortem obierant. Sed nec ipse ignorasse aut dissimulasse ultima vitae suae tempora videtur, aliquot quidem argumentis. Nam et cum consules designaret, neminem ultra mensem quo obiit designavit, et in senatu, cui novissime interfuit, multum ad concordiam liberos suos cohortatus, utriusque aetatem suppliciter patribus commendavit, et in ultima cognitione pro tribunali accessisse ad finem mortalitatis, quamquam abominantibus qui audiebant, semel atque iterum pronuntiavit.

---

retur), ubi Nero audit *Divi Claudi f.* Itaque a. 820/67 vel paulo ante mortem Neronis consecratio Claudii abolita est, nam ne a Nerone primum eam abolitam, deinde denuo decretam esse putemus obstat praeter nostrum locum lex de imperio Vespasiani. Neque igitur assentior Hirschfeldo, Sitzb. d. Berl. Akad. 1888 p. 9 A 39 dicenti Senecae Apocolocyntosin scriptam esse post consecrationem Claudii abolitam, neque accurate Beurlier, le culte impérial p. 33, id post mortem Agrippinae factum esse dicit.

[p. 175] *praesagia mortis.* cf. Tac. Ann. XII 64. Dio 60, 35, 1.

[p. 175] *crinitae stellae [quam cometen vocant]*, postrema tria vocabula duce v. cl. Polak (l. l. p. 13) ut interpolata uncis inclusi, nam non solum Ner. 36. Vesp. 23, sed etiam Caes. 88 nulla explicatione addita legitur *stella crinita.*

monumentum Drusi. cf. c. 1.

plerique. exaggerat auctor, nam et Tacitus et Dio singulos cuiusque generis magistratus mortuos esse dicunt.

consules designaret i. e. commendaret, cf. Gai. 18: *senatori-codicillos (misit), quibus praetorem eum extra ordinem designabat* (designati consules proprie dicuntur renuntiatione demum in comitiis facta, cf. Mommsen StR. II³ 924 A 4 = II² 884). Hac igitur aetate princeps etiam consules commendavit, quod primis annis Tiberii nondum fecit (cf. Tac. Ann. I 81. Mommsen l. l. A 2). Ipso tamen Tiberio principe mihi id institutum fuisse videtur, cf. C. I. L. IX 2342 = Dess n. 944: — *per commendation(em) Ti. Caesaris Augusti ab senatu cos. dest(inatus).* (Cf. tamen Mommsen l. l. II³ 923 A 1 = II² 882, qui in titulo modo laudato *commendationem* idem valere putat quod *suffragationem;* sed et ipse Nerone imperatore consules a principe commendatos esse concedit (II³ 924 A 2 = II² 884), et postquam Tiberius Capreas migravit, mihi semper consules commendavisse videtur.)

ultra mensem. falso Seneca Apocol. 9 consulem nescio quem designatum in Kal. Iunias (sc. a. 808/55) fuisse dicit, cf. Mommsen StR. I³ 588 A 4 = I² 569.

commendavit. filios igitur Claudius in curiam introduci iussit, quos senatui in successionem commendaret. Similiter egerat Tiberius, cum Germanici filios in curiam induxit, cf. Tac. Ann. IV 8, et quae annotavi ad c. 6 (p. 29): *commendavit insuper exercitibus ac senatui populoque R.*, ubi hic locus addendus est.

INDEX NOMINUM

NUMERIS CAPITA INDICANTUR.

CONSPECTUS LOCORUM PARALLELORUM TACITI ET DIONIS.

I.

TACITI.

Ann. I	33	=	c.	1.
	54	»		6.
II	8	»		1.
	82	»		1.
III	5	»		1.
IV	44	»		1.
V	1	»		1.
VI	46	»		2. 3.
XI	11	»		21.
	13	»		16. 41.
	14	»		41.
	20	»		24.
	22	»		13. 24.
	25	»		16.
	26	»		26.
	27	»		26.
	27—38	»		26.
	28	»		2.
	38	»		28.
XII	1	»		26. 29.
	3	»		24. 26.
	4	»		14. 27. 29.
	5	»		16. 26.
	7	»		26. 29.
	8	»		27.
	9	»		27.
	13	»		20.
	25	»		27.
	43	»		18.
	49	»		5.
Ann. XII	52	=	c.	13.
	53	»		28.
	54	»		28.
	56	»		20. 21.
	57	»		20. 27. 32.
	58	»		25. 27.
	60	»		12.
	64	»		1. 43. 46.
	66	»		44.
	67	»		44.
	68	»		45.
	69	»		10. 45.
XIII	1	»		27.
	2	»		45.
	3	»		45.
	16	»		32.
	23	»		27.
	29	»		24.
	32	»		24. 29.
	54	»		25.
Hist. I	48	»		27. 32.
	89	»		13.
II	75	»		13.
V	9	»		28.
Agr.	13	»		17.
German.	34	»		1.

II.

DIONIS.

48, 34, 3	=	c. 1.
44, 1	»	1.
4	»	1.
5	»	1.
54, 4	»	1.
54, 22, 3	»	1.
32, 1	»	1. 2.
2	»	1.
33, 5	»	1.
55, 1, 1	»	1.
3	»	1.
4	»	1.
2, 1	»	1.
2	»	1.
3	»	1.
27, 3	»	2.
56, 31, 2	»	6.
58, 13, 2	»	6.
59, 3, 1	»	7.
6, 1	»	7.
6	»	7.
7, 9	»	7.
22, 5	»	9.
6	»	9.
7	»	9.
23, 2	»	9.
5	»	9. 38.
28, 5	»	9.
29, 6	»	10.
60, 1, 1	»	10.
2	»	10.
Dio apud Zon. XI p. 459	»	10.
60, 1, 3	»	10.
4	»	10.
Dio apud Zon. XI p. 460	»	10.
60, 2, 1	»	2. 3. 10. 30.
2	»	4.

60, 2, 4	=	c. 2. 38.
5	»	29. 33.
6	»	35.
3, 2	»	12. 35.
3	»	35.
4	»	11.
5	»	11.
7	»	9.
4, 1	»	11. 12.
3	»	12. 14.
4	»	14.
5	»	11.
5, 1	»	11.
2	»	11.
3	»	2. 12.
4	»	12.
5	»	12.
6	»	12.
7	»	12. 14. 27.
6, 8	»	21.
7, 3	»	21.
4	»	12.
8, 5	»	29.
10, 1	»	14.
11, 2	»	20.
3	»	20.
4	»	20.
5	»	20.
12, 3	»	11.
4	»	11.
5	»	27.
13, 1	»	21.
2	»	25.
4	»	34.
14, 1	»	37.
2	»	29. 39.
3	»	29. 37.

60, 15, 1	=	c. 13.	Dio apud Zon. XI p. 466	=	c. 27.
2	»	13.	60, 29, 7	»	25.
3	»	13.	30, 2	»	24.
4	»	13. 35.	Dio apud Zon. XI p. 467	»	27.
16, 3	»	23.	Dio apud Zon. XI p. 467	»	28.
7	»	42.	60, 31, 3	»	26.
17, 1	»	14.	5	»	26, 36.
3	»	25.	6	»	26.
8	»	29.	Dio apud Zon. XI p. 468	»	26.
9	»	21.	60, 31, 7	»	24. 27.
18, 4	»	12. 29.	Dio apud Zon. XI p. 468	»	27.
19, 1	»	17.	60, 32, 2	»	27.
21, 1	»	17.	Dio apud Zon. XI p. 469	»	27.
2	»	14. 17.	60, 33, 3	»	21.
3	»	17.	4	»	21.
4	»	17.	Dio apud Zon. XI p. 472	»	27.
22, 1	»	27.	Dio apud Zon. XI p. 472	»	18.
23, 1	»	17.	60, 34, 1	»	43.
2	»	24.	Dio apud Zon. XI p. 472	»	43.
4	»	17.	60, 34, 2	»	43. 44.
24, 1	»	24. 25.	3	»	44. 45.
25, 6	»	23.	4	»	28.
27, 5	»	13.	35, 1	»	46.
28, 1	»	23.	2	»	44. 45.
6	»	15.	3	»	44.
29, 2	»	25.			

ADDENDA ET CORRIGENDA.

---

p. 2 in Dionis testimonio (48, 34, 3) lege: *καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν.*

» 7 Col. I l. 19: post Drusi insere fuit.

» 8 » I l. 15: pro conditae l. condita.

» 9 » II l. 18: ubi nude Cohen legitur prima editio intellegitur.

» 10 » II l. 18: in lacuna lege ubi.

» 12 » II l. 3: pro *Κλαυδίος* l. *Κλαυδίου.*

» 12 » II *Livillam:* In titulo tamen urbano C. I. L. VI 8711 *Livilla* audit.

» 16 » I l. 26: pro fuerint l. fuerit.

» 17 » II *incohare:* mundus (cf. *mundus patet*) = caverna, cf. Thurneysen K. Z. 28, 156.

» 18 » II l. 5: pro C. I. L.² 1 p. 318 l. C. I. L. I² 1 p. 318.

» 20 » I l. 34: pro Tib. l. Ti.

» 20 » I l. 41: pro Siivani l. Silvani.

» 34 » II l. 15: pro Cn. Cornelii Lentuli Cossi l. Cossi Cornelii Lentuli.

» 35 » I l. 4: dele 8, 26.

» 39 » II *gregarius miles:* cf. Add. et Corr. ad p. 40.

» 40 Victor Caes. III 16: locum F. Pichlmayr (Progr. Gymn. Ludoviciani Monac. 1892) e codice Oxoniensi sic edidit: forte Vimius (unius *P*), ortus Epiri, centurio (*omittit P*) e cohortibus *e. q. s.*
Itaque Victor non solum in nomine a Iosepho discedit, sed etiam contra Suetonium hominem illum centurionem non gregarium militem fuisse tradit.

» 41 Col. I l. 4: pro Tib. l. Tit.

» 44 Victor Caes. III 8: l. III 18 et ipsum locum sic lege: — ocius si valerent (*ita O, omittit haec duo verba P*) ausum comprimere.

» 49 Col. I l. 10: pro III 6 l. III 16.

» 49 » » » 21: » senatum l. senatus.

» 52 » » » 12 sqq.: Argumentum illud nuper confirmavit titulus Eleusinius (Ath. Mitth. 1894 p. 174), quem explicavit Foucart, Rev d. Phil. 1895 p. 119 sqq.

p. 54 Col. II l. 25: pro obvertunt lege subvertunt.
» 55 » I l. 27: post Puteolis adde: (in urbe sane semi-graeca).
» 64 » » » 11: post *castrensis* dele interpunctionem.
» 76 » » » 11: pro Gellius V 41 lege Gellius V 4, 1.
» 77 Victor Caes. IV 2: pro solus l. solam.
» » Col. I l. 25: pro expediionis l. expeditionis.
» » » II l. 26: pro transfuga l. transfugas.
» 81 » I l. 4: pro *ἵππσον* l. *ἵππων*.
» 84 » II *diribitorio:* de diribitorio et de Saeptis egit Huelsen (Bull. Com. 1893 p. 119—141) putans diribitorium situm fuisse supra porticum Saeptorum et ideo a Claudio electum, unde meliorem prospectum haberat.

Saepta autem idem l. l. docet sita fuisse secundum viam Latam (hodie *Via del Corso*), inter locum, ubi hodie *Via di S. Marco*, et veterem ductum aquae Virginis prope arcum Claudii.

» 94 Victor IV 14: pro regnavit lege regnarit.
» 95 Col. II l. 18: » 628/26 lege 628/126.
» 96 » II » 6: » ludiorum lege ludorum.
» 99 » I *Saeptis*: vide Add. et Corr. ad p. 84.
» 102 » II l. 10: dele verba: Hermes XXX p. 496.
» 127 » I l. 38: pro *ivo* l. *divo*.
» 142 » II l. 36: pro *μητ'* lege *μήτ'*.

THESES.

THESES.

I.

Hom. Ilias I (IX) 100.

τῷ σε χρὴ περὶ μὲν φάσθαι ϝέπος ἠδ' ἐπακοῦσαι,
κρηῆναι δὲ καὶ ἄλλῳ ὅ κέν τινα θυμὸς ἀνώγῃ
ϝειπέμεν' εἰς ἀγαθόν.

Leg. φάσθαι ϝέπος ἠδ' ἐπιτεῖλαι.

II.

Soph. fragm. 193 (Nauck, 204 Dind.) ex Eriphyle:

ὅπου δὲ μὴ τἄριστ' ἐλευθέρως λέγειν
ἔξεστι, νικᾷ δ' ἐν πόλει τὰ χείρονα,
ἁμαρτίαι σφάλλουσι τὴν σωτηρίαν.

v. cl. van Herwerden (in Appendice Euripidis Helenae 1895) p. 102 proponit: „num forte latet ἐν λόγοις?"

Praetulerim: νικᾷ δ' ἔμπαλιν τὰ χείρονα.

III.

Iniuria in fr. 22 Euripidis (ex Aeolo) sollicitantur verba: κοινοῖσι δ' αὐτοῖς χρώμεθ' (vs. 4), v. cl. Schmidtio: μονίμοισι δ' οὗτοι coniciente.

IV.

εἰ δ' εὐτυχῶν τις καὶ βίον κεκτημένος
μηδὲν δόμοισι τῶν καλῶν πειράσεται,
ἐγὼ μὲν οὔποτ' αὐτὸν ὄλβιον καλῶ,
φύλακα δὲ μᾶλλον χρημάτων εὐδαίμονα.

Iniuria hi versus a Mai in *Coll. Script. Vett.* II XXXII ex *Florilegio Vaticano* Philemoni tribuuntur (fr. 99 Kock), cum sint Euripidis ex Antiopa (fr. 198 Nauck), ut monuit Kock. Vs. 2 Kock: τῶν καλῶν θηράσεται. Versum ultimum varie tentarunt viri docti. Hensio εὐδαίμονα ab interpolatore versus explendi causa additum videbatur. Nauck et Halbertsma (Adversaria Critica p. 68) proposuerunt: φύλακα — χρημάτων δυσδαίμονα. G. Hermann volebat χρημάτων εὐδαιμόνων. Leg. φύλακα δὲ μᾶλλον χρημάτων εὐθήμονα.

V.

Explicatio, quam Kock (ad Aristoph. Equit. 859) vocis κρουσιμετρεῖν dat, improbanda est.

VI.

Lysias X 21.

Ἐγὼ γοῦν δεξαίμην ἂν πάσας τὰς ἀσπίδας ἐρριφέναι ἢ τοιαύτην γνώμην ἔχειν περὶ τὸν πατέρα.

pro γνώμην propono λύμην.

VII.

Lysias XXXI 34.

Οὐ γὰρ ἄλλοις τισὶν ὑμᾶς δεῖ περὶ τῶν ἀξίων ὄντων βουλεύειν τεκμηρίοις χρῆσθαι ἢ ὑμῖν αὐτοῖς, ὁποῖοί τινες ὄντες αὐτοὶ περὶ τὴν πόλιν ἐδοκιμάσθητε.

Lege: ἀξιούντων.

VIII.

Isaeus I 10.

ὅτι γοῦν ἐκ ταύτης τῆς ὀργῆς Κλεώνυμος ταύτας ποιεῖται τὰς διαθήκας, οὐχ ἡμῖν ἐγκαλῶν, ὡς ὕστερον ἐσώθη ἔλεγεν, ὁρῶν δὲ ἡμᾶς ἐπιτροπευομένους.

Lege: οὐχ ἡμῖν ἐγκαλῶν, ὕστερον εἰώθει λέγειν. ὁρῶν δὲ κ. τ. λ.

IX.

Ovid. Met. V 58.

Perculit et fractis confudit in *ossibus ora.*

Legendum: in oribus ossa.

X.

Seneca libros moralis philosophiae partim ante a. 803/50 scripsit.

XI.

Suet. Claud. 4.

Nec dubium est, quid post haec Augustus constituerit et reliquerit eum nullo — honore impertitum.

Lege: Nec dubium est, quid post haec Augustus constituerit, *ut* reliquerit.

XII.

Suet. Claud. 23.

De maiore negotio acturus in curia, medius inter consulum sellas tribunicio subsellio sedebat.

fortasse legendum: inter consulum sellas <sella vel> tribunicio subsellio.

XIII.

Juv. III 238.

eripient somnum Druso vitulisque marinis.

Scholiastae explicatio vocis *Druso* amplectenda est.

XIV.

Juv. III 272.

possis *ignavus* haberi
Et subiti casus improvidus.

Legendum: possis *ignarus* haberi.

XV.

Numerus cohortium urbanarum (fortasse simul praetoriarum cohortium) Gaio principe auctus est.

XVI.

L. Iunius Silanus, gener Claudii, inde ab a. 798/45 per tres annos quaestor aerarii Saturni fuit.

XVII.

Claudius in senatu sedere solitus est in tribunali a Gaio exstructo.

XVIII.

Antiquissimis temporibus *servi* manumissi et filii eorum *libertini* appellabantur.

XIX.

Titulus urbanus C. I. L. VI 28768: *Sex. Vibidius V(irginis) V(estalis) L(ibertus) Phileros* docet Vibidium Virronem, quem Athenienses statua honoraverunt (cf. C. I. Att. III 603) patrem fuisse Vibidiae item ab Atheniensibus statua honoratae (cf. C. I. Att. III 875), quam Tacitus (Ann. XI 32. 34) a. 801/48 virginem Vestalem maximam fuisse tradit.

XX.

Sentius, amicus Vespasiani, quem Tacitus (Hist. IV 7) a Nerone interfectum esse tradit, consul est a. 794/41, Cn. Sentius Saturninus.

XXI.

Aufidii Bassi *libri belli Germanici* complexi sunt res a Romanis in Germania gestas inde a clade Variana usque ad a. 769/16, cum Germanicus revocatus est.

XXII.

Ex Suetonii verbis Ner. 25: *secutis ovantium ritu plausoribus* non cum Sittl. (Gebärden p. 58 A 2) colligendum **ovantes** plausu exceptos fuisse.

XXIII.

In papyro Musei Berolinensis (Berl. Gr. Urk. n. 511 = Hermes XXX p. 486 sq.) Col II l. 5 legitur:

]λιανοῖς κήποις συνκα[


U. Wilcken supplet: [ἐν τοῖς Λουκουλ]λιανοῖς κήποις συνκα[λέσας lege: [ἐν τοῖς Σερουϊ]λιανοῖς κήποις συνκα[λέσας.

XXIV.

Claudii consecratio post d. X m. Dec. a. 819/66, vel post d. XIII m. Oct. a. 820/67 constitutione Neronis abolita est.

XXV.

Tacitus a. 850/97 consul factus est.


Ls 43.213
Vita divi Claudii :
Widener Library
006692315
3 2044 085 232 486